Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΗΟΣ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΛΟΓΟΙ Θ,

ἐπιγεγραμμένοι ΜΟΥΣΑΙ.

Τοῦ αὐτοῦ Ἐξήγησις περὶ τῆς Ὁμήρου βιοτῆς.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARVM LIBRI IX,

IX Mvsarvm nominibus inscripti.

Eiusdem Narratio de vita HOMERI.

CVM VALLÆ INTERPRET. LATINA HISTORIARUM HERODOTI, ab HENR. STEPHANO recognita: & Spicilegio FRID. SYLBVRGII.

Item cum iconibus structurarum Babyloniacarum ab HERODOTO *descriptarum.*


Excerpta è Ctesiæ libris de rebus Persicis & Indicis, & ex iisdem FRAGMENTA auctiora.

Cum INDICE *aucto & locupletato.*

Alia quæ accesserunt ad hanc editionem, versa cognosces post præfationes pagina.

Editio adornata opera & studio Gothofredi Jungermani.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



ROM. SOC. IESV BIBL. SEC. COLL.

FRANCOFVRTI,

Apud Claud. Marnium, & hered. Jo. Aubrii.

MDCVIII.

Cum priuilegio Regis Galliæ ad sexennium.

ILLVSTRISS. DN.

DN. PHILIPPO LVDOVICO, COMITI HANOVIÆ ET RINECKÆ, Domino in Mintzenbergk &c. S. Cæs. Mai. à consiliis, Heroi generosiss. & clementiss.

ILLVSTRISS. Comes, Domine clementissime, Scriptorem celeberrimum, & quo vetustiorem post Mosem & sacræ historiæ conditores integrum nostra ætas non vidit, sub T. ILL. GENEROS. nomine edimus. HERODOTVS is est, quem HISTORIÆ PARENTEM, Eloquentiæ parens nominare haudquaquam fuit veritus. Editionem vero illam sub illustrissimo nomine Tuo (vt de hac re prius aliquid verborum faciam, & ita de mei facti ratione; quum prę sertim ipse auctor ob famam suam & gloriam quam per tot sæcula ipsi Musæ suæ conseruarunt, sermonem longum minime desideret) quod suscepimus, ei rei caussam addidisse & votum nostrum si commemorem, nihil falsi hîc protulisse certe sum existimandus. Postquam enim per vnum alterumve annum & quod excurrit, hîc in T. ILL. GENEROS. vrbe noua substiti, primum ab ocello typographorum Cl. Marnio aduocatus, si aliquo pacto ipsius desiderio de bonis auctoribus Græcis denuo vel nouiter, si ita daretur occasio, edendis corrigendisve possem satisfacere, quæ quidem ampliss. & clariss. amicorum nonnulla de me fuerat opinio, accesseratque commendatio, quamuis ingenii mei tenuitate, quod numquam dissimulaui, sed fassus fui ingenue, me vtrique isti oneri, certe alteri præsertim, imparem esse affirmarem, hominem insuper nulla eruditæ doctrinę copia instructum, & qui illas spes amicorum virorum, quos veneror, non tam reipsa vlla ex parte, quam amore & beneuolentia, qua me non meritum licet prosequerentur, sustinere possem: postquam igitur, quod dicere cœpi, per aliquantum temporis spatium hîc substiti, cogitatum fuit aliquoties, si qua noua boni auctoris editione studia nostra qualiacunque T. ILL. GENEROS. probare, immo commendare porro possem, atque adeo testari publice, nos hîc sub tutela T. ILL. GENEROS. vixisse sane nec inuitos nec non lubenti animo. Sed occasio digna mihi hactenus dari visa nulla: ita sui occupatus potissimum aliena opera curans, excussus propriis, vt ille ait: & vllo illicio alienam messem ad me pertrahere, id vero, quamuis more hoc hodie fit, quo tamen & alia non bono scilicet fiunt, facere nolui; nec vnquam me tam improba capiat cupiditas.

Interim T. ILL. GENEROS. hinc ob augusta negocia abire contigit, acciditque paullo post vti optimus Marnius noster post alios eximios historicorum Græcorum & HERODOTI editionem adornari iuberet, vnius preli ratione præsertim ita poscente. Ibi statim nobis incidit, forte cum hoc auctore nos id audere posse, quod hactenus sollicitos habuerat; & in diuturna absentia T. ILL. GENEROS. eam editionem vouimus, vt quam primum ἐπ' οἰκίοις illa rediret, contingeretque ex ista ἀπορροῖ, gratissima, &, vt vtroq; vocabulo Herodoti nostri vtamur, qualis numquam antea rerum omnium διεχύ. Cuius voti quum simus facti compotes, merito ante omnia & nobis gratulamur ideo, gratiasque agimus benignissimo omnium rerum moderatori, summo & αὐτοῦτῳ Deo, quod tam large vota nostra expleuerit, vt T. ILL. GENEROS. non tantum saluam sanamque reducem videre potuerimus, sed & insigni præterea titulo auctam cognoscere: eundemque cæli & terræ potentiss. arbitrum precamur, vti porro T. ILL. GEN. consilia & facta gubernare, dirigere, & fortunare clementer & benigne velit. Reuertor ad præsens. Et caussam quidē quæ me impulit, cur T. ILL. GEN. cum HERODOTO nostro alloqui ausus fui, sic attigisse, satis, ni fallor, esse iam potest. De altero, huius nimirum auctoris dignitate & auctoritate, fortasse verba magis adhuc compendifieri queant, quum ea T. ILL. GENEROS. nullo modo ignota esse possint, vt quam profecto in hisce litteris, quas humaniores vocamus, non mediocriter tinctam vel ex tam deprædicata fama cognoscere & audire potuimus sæpius. Sane vti T. ILL. GENEROS. multo maiora digniora-que offerri debere nullo modo eo inficias, ita tamen nec hunc nostrum indignum ea sperare volo. Nec enim vereor ne illi adhæreſcat apud T. ILL. GENEROS. macula ista, quam aspergere conati fuerunt non solum recentiores non nulli, sed etiam antiquiorum aliqui: quorum maleuolentia eousque progressa fuit, vti quidam περὶ κακοηθείας, si dis placet, Herodotv scribere ausi fuerint: nisi illos tamen, graues alias & eruditos auctores, quid excuset, quod manifesti sint patriæ amore (qui in multis præiudicium facit) id potissimum fecisse, quam HERODOTVS noster non ita extollat, vti ipsis allubuisset, vel facturi fuissent si suscepissent ἰσονείας ἀπόδειξιν ipsi. Scilicet ille solos Bœotos & Thebanos laudasset, in hoc numquam reprehensus esset. Sed eius apologiam, quum iam laborioſe id præstiterint, tam Gallice quam Latine, viri doctissimi, in quibus & breuiter & grauiter auus etiam meus ὁ μακαρίτης Ioachimus Camerarius, à me retexi non est opus, nec locus etiam hic patiatur: & me hercle apud ILL. GENER. T. actum agere non decet. Lubet saltem addere hoc tamen de fabulosis quibusdam narrationibus, quæ in HERODOTO (quis negat?) leguntur, quas tamen ille sacerdos Musarum non de se nobis largitur, vel οἰκόθεν promit, sed ab aliis accepta suæ historiæ intulit: nō idcirco tam temere censoria ipsum virgula, quam quidam nullo populi suffragio arripiunt, castigandum. Quid enim? consideret mihi quis ista ἐθνικὰ & τοπικὰ, is præsertim *Qui mores hominum multorum vidit & vrbes.* An non vbique locorum talia acroamata in promptu sunt apud ciues? an non origines suas ab antiquis plane & oblitteratis monimentis repetunt? an, vetustiorem modo possint arcessere suæ vrbis memoriam, fabulas effugere curant? Certe illas narrationes tales tum pueri à parentibus audimus & mandamus memoriæ, porroque in nostros posteros quasi de manu in manum traditas deriuamus. Ea tum late peruagantur scilicet, fiuntque sermo publicus: & historiarum scriptor eiusmodi certe debet de originibus locorum & vrbium antiquitate quæ feruntur, exponere: longeque id

præstat

præstat quam vt quid comminiscatur ipse, quod vt quidam ingenioſi fecere, ita numquam laudatum fuit à prudentioribus. Quæ itaque penes ſcriptorem culpa reſidet, ſi talia quædam ἐπεισόδια μυθώδη inſerat in hiſtoria, præſertim tali quæ circa τοπικὰς ἀναγραφὰς occupari neceſſe habet ſæpius, qualis & noſtri HERODOTI profecto eſt: quem ἀνιχνίσεις ſuas, vt & alii ipſo antiquiores, τόποις, in quibus res geſtæ fuerunt, ἀκριβουμένας partitum, critici veteres iam diu eſt quod obſeruarunt? Ne quid dicam quam ingenue ille identidem conteſtetur ita ferri, ita famam eſſe, ita ſe audiuiſſe, immo aliquoties etiam non ſibi iſta quidem veriſimilia eſſe, tamen ſe non debuiſſe prætermittere; alia, quæ ab aliis iam monita, & inter prolegomena Herodoto noſtro præfixa habentur. Nec vero iſta de originibus, quæ in omnibus ſcriptoribus quo ab vltima vetuſtate euocentur longius, fabuloſiores videri ſolent, è meo ingenio deprompſi: ſed ex Dionyſii Halicarnaſſei commonefactione, accuratiſſimi talium arbitratoris, qui profecto longe modeſtius & cautius de priſcis illis ſcriptoribus iudicium fert, quam hodie à quibuſdam fere calore quodam & plerumque imperitiâ fieri videmus. Iſtum ad modum & Ælianus, ὁ μελίφθογγος, poſtquam ex Alexandro Myndio, vetuſto ſcriptore, protulit hiſtoriã de ciconiis, quæ aues exacta ætate ad Oceanitidas volent inſulas, idque præmii pro pietate erga parentes referant, vt ex auibus conuertantur in homines: ὅ μοι δοκεῖ μῦθος εἶναι). Fabulam id eſſe, ait, non puto. Quid enim, addit, hoc comminiſci Alexandro profuiſſet? Turpe namq; eſſe viro cordato mendacium præferre veritati, ſi etiam maximum proponatur eius facti lucrum; nedum iſtud facturus eiuſmodi vir præſumendus ſit in iis, vnde ne vilis quidem lucelli exſpectare debeat emolumentum vllum. Quæ certe & de noſtro HERODOTO pariter recte & vere dici poſſunt, eamque ob cauſſam afferre volui: qui tamen numquam proceſſit eo audaciæ, vt bruti alicuius in hominem μεταμόρφωσιν περιτιθύσας perſuadere voluerit cuiquã; etſi tale quid, vti dixi, de ciconiis Prænestinus ille ſophiſta Myndio hiſtorico credebat. Verum, vt ſupra dixiſſe commemini, mea defenſione ſcriptorum eximius non eget, abſque aliis hoc ſatis & abunde eſt iam præſtitum: & omnis antiquitas cum honore & laude vſurpauit HERODOTI nomen, ſæpe eum τὴν συνεσφέα honeſto nomine vocantes. σοφώτατον, γλυκὺν, θαυμασιώτατον τὸν μελίγηρυν Herodotum aiunt, eius diuinam in dicendo ſuauitatem in primis admirati. vtque eum ſemper præſtantiſſimum putarunt, qui ad Homeri ſui exemplum quam proximus accedere poſſet; ita HERODOTVM noſtrum & quidem ſolum ὁμηρικώτατον extitiſſe præclari rhetores ſcriptis ſuis conteſtatum reliquere. Nec itaque dicam quidquam etiam de illo, quem adiunctum antea à typographorum γραφίδι ſcriptis HERODOTI, nec ego temere auellere volui, archiatro regio, inquam, CTESIA: quod is omnia noſtro contraria narrare in hiſtoria animum induxerit. nam cuius vitii HERODOTVM affinem facere vult, ἐκείνῳ ἔλαττον αὐτὸς μάλα γε βεβιωκὼς ἰατρός, idque auctores certatim annotarunt. Antiquitati ſane viri, non à nemine etiam laudati, hoc dedi, & quæcunque raptim Fragmenta colligere potui, vel ab aliis collecta fuere, quoniam eius ſcripta ad nos non peruenerunt, ea Excerptis à Photio adieci, & in publicum ſic aucta & locupletata edidi denuo: quum præſertim earundem gentium hiſtoriam, Aſſyriaca nimirum & Perſica, quam noſter HERODOTVS, ſcribere ſuſceperit. Verum vt tandẽ finem imponam orationi: ſi igitur HERODOTI noſtri hiſtoriam principem locum inter alias antiquorum tenere affirmauero, & iure quidem meritoque, nec vllam facile illi poſſe vel debere anteponi: id non abſque auctoritate grauiſſimorum viro-

rum certe fecero. Nec itaq;, Illuſtriſſ. heros, Dn. clementiſſ. eius editionem exiſtimauimus indignam, quæ ſub T. ILL. GENEROS. nomine adpareret, quum in ea profecto haud paruæ res commemorentur, ſed potentiſſ. regum & principum conſilia ac facta, multaq; monita inſpergantur à viro principe legi digna: ne quid dicam quam pie loquatur, quamuis ethnicus ille vir, de diuina prouidentia: & quod neminem Græcorum ſcribendi genere acceſsiſſe propius ad Hebraicam breuitatem ſimplicitatemque velint, ex eoque ſacræ chronologiæ cum profanis hiſtoriis conciliationem non incertam petant, ac collationem inſtituant nec inutilem nec iniucundam. Quæ ego ſane ex grauiſſ. & doctiſſ. virorum iudicio profero: quum meum, vt iuuenis adhuc & imperitior, nec in vſu rerum verſatus, nec eruditione aliqua ſuffultus, interponere non debeam. Qui itaque ſatis abunde voti ſummam me conſequutum putabo, ſi noſtrum qualecunq; ſtudium (quantum quidem in tam breui temporis ſpatio, quo abſolutus fuit hic auctor, mea ex parte præſtari potuit, variis aliis diſtracto modis) in Herodotea editione noua, vt ornatior quam antea prodiret, poſitum, à T. ILL. GENEROS. non improbatum fuiſſe cognouero. Cuius quidem rei me ſpes bona fouet, qui ſciam T. ILL. GENEROS. fauorem erga bonas litteras & artes earumq; cultores eximium, virtutem vt hodie raram, ita laudatiſſimam in principe viro: quam, vt & alias, quas in T. ILL. GENEROS. admiramur, ore quod magna ſonaturum eſt prædicari decet: ego pro tenuitate mei ingenioli & oris infacundia calamum hic ſiſto, & eas potius colo cum ſilentio & animo venerabundo. Nec aliud iam addo quam vt T. ILL. GENEROS. cum auctore iſto cultum & deuotionem humiliter & ſubmiſſe iterum iterumque deferam, quæ vt ab homine tenui & ignoto illa ne ſpernat, obnixe & maximopere rogo. Ita, quod reſtat, Deum æternum oro, vt ille propitius T. ILL. GENEROS. ſaluam & incolumem diu diuque ſuperſtitem eſſe ſinat cum bono Eccleſiæ ſuæ & Reip. emolumento: Illuſtriſſimæque domus veſtræ gloriam antiquam non ſolum conſeruare, ſed altius etiam extollere velit. T. ILL. GENEROS. quam optime valeat. Hanouiæ in T. ILL. GENEROS. vrbe noua, è typographio Wecheliano. Anno ∞ IOC VIII. ipſis Idib. Mart.

T. ILLVSTRISS. GENEROSIT.

humillimus cliens

GOTHOFREDVS IVNGERMANVS.

LECTORI CANDIDO.

NIHIL *fuit, amice lector, de quo nos minus cogitauerimus anno præterito, quam* HERODOTI *editionem ista hieme susceptam iri: nec eius rei mihi vel leuiter in mentem venire potuit. Sed varie se habent etiam optimorum typographorum sæpe rationes, vt mehercle, quantum ego hactenus, dum illi arti non ita diu operam ἐπανορθωτικὴν in parte dedi, cognoscere potui, adeo vt illud & hic verum esse, quod prouerbio teritur, expertus pronunciem, scilicet & nos plerumque in ipsa demum arena consilium capere oportere, non secus ac gladiatores aiunt. Ita ergo factum & nunc fuit, qui voti mei nondũ potui fieri vel semel compos, vt ad opus aliquod prãsi ac parati accederemus. Quamuis enim tum quod ad me attinet, ne quidquam ambitiunculæ ex his verbis mihi quis siniſtre colligat, quæ in me profecto non est vlla, nihil magni vel eximii à mea tenuitate proficisci posset, nec ego quid tale etiam promittam: tamen occasio sic esset à viris litteratis egregiam aliquam colligere symbolam ociosius: quam in Reip. litterariæ gratiam nobis credo illi haudquaquam negarent. Verum ἄφθονοι illæ Musarum θύραι non vbique adeo nobis in propinquo: locorumque interualla sibi & temporis longioris spatium tum deposcunt. Sed ad ea quæ nostram editionem attingunt propius: vbi non mirabor, si quædam monere oblitus fuero; ita hæc in ipsis nundinis scribo, & quum liber iam mitti ad eas debuerat. Quum itaque auctoris cuiusdam veteris diu exspectata Græcolatina editio nondum à viro docto huc transmissa esset, quam alias prelo subiicere, nostro fuit decretissimum, operæque ad suos labores denuo confluerent, Marnius noster, vno prelo præsertim ita exigente, consilium de Herodoto edendo cœpit, & dictum factum, in eam rem editionem H. Stephani secundam ad nos misit, quæ operis nostris pro exemplari esse posset. Ego tum eram totus in Polluce, & Notis ad eum pertexendis, quas vt auderem aliquas post opt. amicum nostrum W. Seberum, quem in eadem re occupatum esse sciebam, cuiusque editio hisce nundinis prodit, caussa princeps fuit ms. Palatinus eximius ab amiciss. viro* IANO GRVTERO (*cuius eruditionem illam τῶν πάνυ admirer ne an summam erga me beneuolentiam exoscular magis, incerte angitur animus; & Musæ non sirint, vt vmquam tam angusto temporis spatio eius de me meritorum enumerationem ac deprædicationem imprudenter includam*) *ex illustr. illa Bibliotheca erutus, in quo hoc clare discere potui, non vane iactari de critice à viris qui in eo genere hodie familiam ducunt, eam vt Africam esse: quippe adferre semper aliquid noui. At non tanti forte nouitas, quæ si spectetur sola, cordatorum etiam virorum cauilla haud effugit, vt ideo quid porro in isto auctore tẽtare debuerim, nisi tam multas veras lectiones me reperisse in laudato ms. putassem, vel veras tamen quasdã, vbi vulgatæ falsæ videntur, repositurũ eius ope adiutus sperassem: de quo, si non spernetur hic partus, eritque qui tollere velit, τὸ αὐτὸ τάχα βοήσει, quod præfiscini tamen addiderim. Ego itaque, ne multis morer, tum in Polluce totus, ita in eodem pergebam: satis ratus, si Herodotea editio ad Stephanianæ exemplum publicaretur, nobisque saltem hoc proponeremus vt nostra qualiscunque diligentia pro viribus tamen Stephanianæ esset æmula: diligentia, inquam, non eruditio, ad cuius ἄκρον tale, quale ille vir attigit, me peruenire posse haud spero vmquã. Verumtamen quum superiori anno iamiam exeunte, cogitationes nostræ εἰς τὸ νέωτα conuerterentur frequentius, considerata operâ meâ, & quid restaret profligandum ante quam nundinæ aduenirent, quarum terminis nostri labores iniquius, si verum dicere licet, plerumque circumscribuntur, & viso, me demum peruenisse ad ὀνομαστικὸν septimum, sique absoluendum esset in Polluce quod sub manu, verendum esse ne in Herodoti editione amplius quam præuaricatus viderer, vt qui huic plane nullam operam à me dedissem: sic itaque mearum rerum hercle satagere cœpi, cura animum incertante varia. Sed cogitaui tamen Pollucem alias proditurum, licet ego nihil adsuerem, quum ille sat eruditum editorem, amicum nostrum, esset iam nactus: & mihi etiam aliquod moræ pretium fore, quod à doctissimo quodam viro in eo auctore obseruata & emendata exspectare iussus fui è Gallia: abrupiq; tandem hoc filum, & Pollucẽ sepositi, cum æstate, si erit ocium & facultas, σὺν θεῷ resumpturus. Itaque Herodoto tandem, non ita tamen solo, vt non & aliis distraherer sæpius, per duos menses operam dedi, quantam per quotidianum pensum dare licuit, & pauca quædam attulisse mihi videor vt illius iam editio prodiret illustrior & πως δήκη aliqua auctior: plura sane allaturus, si per tempus licuisset huic rei inhærere longius. Scilicet qui in opere ipso parum possunt, in parergis sunt occupati: quique in libro ipso elaborare nihil audent, interdum tamen quasi alludunt ad margines. Tu de omnibus ita censebis, amice & candide lector, vt tumultuarie valde præstitis, & nimis properanter, præterea ab homine cui profecto nec ingenium in numerato est, nec exprompta adeo memoria. Ego paucis ordine ea referam, quo & de aliorum laboribus certus fias vnde scilicet quidque & à quo simus mutuati. ita enim vnicuique suum, vt verum & par est, poterit tribui.*

Textus (vti vocabulo iam recepto in hac re vtar) Græcus & Latinus nostri Herodoti ad exemplum

editionis H. Stephani secundæ expressus est: quid vero ipse in sua recensione præstiterit, cognoscas, si lubet, ex ipsius prolegomenis, quæ statim cum aliis Herodoto præfixa inuenies. Mutare mihi nihil permisi, nisi quosdam typographicos errores, ita certos, vt me palpari putarem: qua tamen in re quo versarer cautius, adhibui semper editionem eius primam, mihi quondam à Clariss. GRVTERO datam. raro item in interpunctionibus variaui, itidem illa priori nonnunquam in consilium adhibita, editione certe diligentissima. vbi tamen vtrumque spero ita tentatum, ne quidquam facile in iis locis, quos studio se mutasse ait in illa secunda editione, peccarem. De interprete alias quem VALLAM autumant, mihi profecto idem accidit, quod H. Stephano, vt obscuras quasdam sententias tam apte expressas ab eo in Herodoto mirarer, interdum tamen ipsius interpretatio, licet nondum vllam accuratiorem linguarum cognitionē mihi vendicare possim, meis auribus quidem nescio quid mendosi sonaret & inconcinni. Adeo vt si quid ego voluerim refert, optimum H. Stephanum de nouo vertisse τὴν εὐσεφέα optarem, quod illi facile fuisset, qui vix duodecim dies consumpserit in tot interpretationibus & melioribus & verioribus conscribendis quas oræ adposuit: vel vt istas interpretationes, quas margini adiecit, in textum ipsum transtulisset, quum præ iis alteræ plerumque etiam plane falsæ sint, vel Græcis verbis minus respondeant. Verum quoniam ipse hoc noluit, immo etiam aliis diserte interdixit ne in contextum referrent has interpretationes; & nos eius voluntatem contra ire hic iam noluimus: quo tamen lectori oræ paginarum ad notandum vel obseruandum essent liberiores, illa omnia cum bona ipsius diligentiæ pace migrare iussimus in extremas paginas, vbi nobis videntur locum non minus certe commodum vel elegantem obtinere: numeris præfixis, qui singulorum quo referenda indices. Ceterum de libello qui vitam HOMERI continet, didici ex prima H. Stephani editione, eum esse ex Conradi Heresbachii interpretatione, ab H. Stephano multis locis recognita: at versus qui passim inserti occurrunt, Conradum non vertisse: ideoque eos partim ex eiusdem H. Stephani, partim ex aliorum interpretatione nos habere. Et hæc de contextu, interpretatione, interpretationeque recognita. Ad CAPITA, siue TMEMATIA quod attinet, dixi ante annum ad Cæsarem, quid in ea re spectassem, eundem auctorem ita videlicet partitus. Si qui improbant, libere dico in hac re, malo cum illo quem magnum in ea auctorem sequor ita desipere (quod Musæ tamen bene prohibebunt) quam cum illis diu erse sentire. Sed, inquient, rectius tamen & melius potuisset ista partitio institui. Hic sane habebunt me fatentem, & aptius alium potuisse non negabo; nostramque minus congruam interdum, immo sæpius, & id fatebor. & fuisset alia modo qualis qualis ad manus; arripuissem libens vel ambabus quod aiunt. Ego mehercle in festinatione summa non potui ista dinumerare accurate: nec vllum inde auctori nostro spero fore incommodum; quod eas numerorum σημειώσεις oræ interiori paginarum adposui, neq; ipsum contextum ideo distraxi: saltem ea fini elaborans, vt Index ad eas accommodari posset; non ad paginas, quæ in nulla non editione incerte variare solent. Auctorem alias ita scripsisse, eiusque orationem ea inter se cohærere ἁρμονίᾳ, vt omnem istam minutam diuisionem respuat, si nesciuissem, ex re ipsa satis potuissem experiri. Nec capita etiam inter se paria, sed illa prolixiora, ista breuiora feci, prout mihi multum rerum nominumve contineri videbatur pro Indice excerpendo. Nec spero tam iniquum mihi aliquem extiturum, vt ad mensuram hæc tradi sibi postulet. Nemo tamen in Plinio, Aeliano, (quamuis illis alia scribendi materia) aliis, hanc inæqualitatem culpat, sed sic permittunt, quamuis ab indoctiss. sæpe librariis ea profecta segmenta sciant. Sed vos qui nimium reprehenditis & acerbo animo, considite quæso vel noueni, quot Herodotus noster & Cephalion quidam Musas conscripsit, idemque tentate separatim quisque: dabo vobis contra pignus, si inter vos conueniet, & ni tandem exclamabitis ipsi Quot capita tot sensus, id quod vulgo iactant. Pergo. Notulæ quæ in textu Latino nigræ occurrunt interseruntur tales ¶, designant tibi tmemata, vel tmematia, in quæ H. Stephanus librū vnumquemque in sua editione posteriori distribuit. qua distributione, vt ipse ait, lectio quæ alioqui nimis longa videri possit, in certa interualla, ceu longa quædam via, diuidatur, vbi commode, si visum fuerit, liceat interquiescere. Id quoniam ipse monuit, nec ego sane omittere volui. De vita vero HOMERI adhuc dicendum superest, nos in H. Stephani editione ad Græcum contextum nullas διαφωνίας (vt ipse Herodoteo vocabulo vocat) lectiones inuenisse. Quum itaque olim dum Heidelbergæ apud nobil. & ampliss. v. G. MICH. LINGELSHEMIVM, patronum meum eximium, quem honoris & laudis gratia nomino, degerem, cum ms. Palatino, in quo vna cum quibusdam aliorum auctorum scriptis ista ἐξηγησις περὶ τοῦ Ὁμήρου γένους καὶ βίου continebatur, illum libellum contulissem, istaque excerpta adhuc inter scidas quasdam inuenissem, & quosdam locos inde augeri & emendari non inepte posse vidissem, eam διαφοράν singulis locis in margine Græci contextus adscripsi; in contextu ipso mutaui nihil, sicut & infra in scriptum illud præfatus fui. Sequuntur adiectæ ab H. Stephano adpendices, de PERSARVM LEGIBVS ET INSTITVTIS vna, altera de ÆGYPTIORVM, vtraque ex auctoribus priscis ab eo excerpta cum quibusdam eius in aliquot locos obseruationibus. Hic lubuit quid loco quasi tertiæ adpendicis adderē, vel quasi locupletare adpendicem Stephani Aegyptiacam. De illo enim Aegypti flumine vnico, NILO, ex pluribus auctoribus adieci veterum sententias inter se dissentientes omnes super huius fluuii augmento, partim & Herodoti opinionem refutantes. Notaueram mihi illa loca, quum alias collectanea ad Herodotum pararem,

variis

variis auctoribus antiquis raptim pervolutatis, & nouis etiam quicunque mihi ad manus: stultè, qui hæc confieri sperabam posse tempore tantulo. Sed ista tamen priuatim corrasisse forte non erit aliquando plane supernacuum. Possent enim ni fallor quædam loca inde Herodoti emendari, illustrari certe: & vtinam hanc operam nobis H. Stephanus, qui omnium potuisset optime, dedisset, suasq; illas promissas adeo adnotationes emisisset: quas iam vmquam emersuras quis speret, postquam

Τὴν Μώσας φίλον ἄνδρα τέλος θανάτοιο κάλυψεν.

Vix vacat in his temporis angustiis, lubet tamen locum qui occurrit in exemplum subiicere. Clione, cap. CXVII, *ait ad Astyagem Harpagus:* ἐπεί τε ἐγὼ ποιησάμενος τὰ κελεύοντα, ἐτελεύτησε τὸ παιδίον, πέμψας τὸν εὐνέχων τὰς πηρώτας, καὶ εἶδον δὶ ἐκείνων, καὶ ἐθηψάμην. *Hic pro vltimis verbis forte alicui non displiceat lectio quorundam, vt videtur, veterum,* ἐθηψάμην. *Sic enim diserte Thomas magister in eclogis vocum Atticarum:* ὡσαύτως (*scilicet vt* εἵρεψα *dicimus pro* ἔρεισα, *&* ἠρεψάκεισάμην αὐτὶ τοῦ ἠρεισάμην) καὶ ἐθηψάμην αὐτὶ τοῦ ἔθηψα. Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ· καὶ εἶδον δὶ ἐκείνων, καὶ ἐθηψάμην. *Sed non possum quin & alterum, quum non ita procul illum sequatur, addam, qui forte maioris momenti. Eadem prima Musa, cap.* CXXVIII, *de Astyage legitur:* πρῶτον μὲν τὸν μάγων τοὺς ὀνειροπόλους, οἳ μιν ἀνέγνωσαν μετεῖναι τὸν Κῦρον, τούτους ἀνεσκολόπισε. *Scilicet pro illo* μετεῖναι *forte* μὴ κτεῖναι *legendum, nec aliter veteres codices habuisse, si me Thomæ eiusdem auctoritas non fallit, quamuis apud eum corrupta vna litterula ita legas:* ἀναγνώσκω τὸ ἀναπεθῶ, ὡς ἐν τῇ πατρώᾳ τῇ· οἳ μιν ἀνέγνωσαν μὴ κτεῖναι Κῦρον. *In primis vero plura in illis, qui Herodoti verba hinc inde laudauerunt, mendosa possent è nostro rescribi. Sane apud Stephanum, siue quisquis est ille* ὁ τὰ ἐθνικὰ κατηγορήσας, *varietas in propriis vrbium creberrima est, vt loco exempli,* Θυέλλα, πόλις Οἰνωτρίας, ἐν ᾗ μοῖρα Φωκαέων ᾤκησεν, ὡς Ἡρόδοτος α'. *atqui in Herodoto nostro illa* Υ' ἐλη *scribitur in ea Musa Clione, cap.* CLXVII. *Sic quæ Euterpe, cap.* XXIX, Ταχομψὼ, *Ethnicographo saltem* Χομψὼ *ex eodem libro Herodoti affertur. Qui* Ζύγαντες *in Melpomene, c.* CXCIV, Γύζαντες *ex eodē libro quarto laudat idē, & in* Βύζαντις *ait,* κακῶς λέγει δὲ γ' Γύζαντις *legi apud Herodotū, quo modo tamen & in* Κύραννις (*quæ* Κύραμις *Herodoto ibidē*) *adducit,* νῆσος, *inquiens,* κατ' Γύζαντας τὰς ἐν Λιβύῃ Ἡρόδοτος τετάρτῃ. *Verū mitto hæc, & dico de ceteris quæ restant. His itaque adpendicibus, quas dixi, subiectum habes* FRID. SYLBVRGII *Spicilegium in Herodotum, quod ex editione Herodoti Latina minori forma ab illo ad exemplum Stephanianum primum anno* CIↃ IↃLXXXIV *curata, vbi id interpretationibus H. Stephani in margine insertum, raptim excerpsi. Non paucis tamen locis adhuc inquiri posse in interpretem nemo mihi negabit qui examinabit accuratius, ociosiusq; hoc agere volet. Mihi sane ita visum fuit non raro vel obiter relegenti, & proposuissem libēs, si per tempus licuisset, tam quorundam locorum interpretationes alias, quæ apud recentiores exstant post Vallam prolatæ, quam meas de quibusdam locis in Herodoto Latino dubitationes, vt viri docti de his statuerent & decernerent, rectene an secus illud facerem: nam & ego meum nomen inter illos profiteor qui doceri cupiunt. Vel illud vltima Musa, cap.* CXIX, *quale est?* offa illa falsuræ prius Imposita resiliit palpitauitque, quemadmodum pisces recens capti. *Quando* prius? *& quid verbigerari opus? omnino scripsisse Vallam,* prunis, *& id à librario male descriptum, vel ab operis male lectum, indeque effectū illud* prius. *Græca certe id confirmant:* οἱ ταρίχοι ὅτι τῷ πυρὶ κείμενοι ἐπάλλονται τὰ ἔσαιρον, ὅκως πρὶν ἰχθῦς νεάλωτους. *Ibidem statim ante capite* CXVIII, ὡς καταλαμβάνοντο ὀλίγον ἐόντες ὑπὲρ Αἰγὸς ποταμοῦ· *Valla,* quum pauci essent, super Ægos fluenta circumuenti. *quis itaque legerit* ὀλίγοι ἐόντες. *An recte vero, ego non iudico, saltem indico vt legerit. Qualia multa quis obseruet, qui vel obiter hoc agat. Ne recedamus longius, eadem Calliope, c.* 98. Quod facientes quum cernerent Persæ, & scirent Samios fuisse adhortatos, arma Samiis adimunt. *potius debebat* Ionas, *pro* Samios. *Ita enim Herodotus,* καὶ τοῖσι Ἴωσι ταῦτα παραινέσαντας· *scilicet* ὡς εἶδον οἱ Πέρσαι τοὺς Ἕλληνας. *cap.* LXXIV, Εὐρυβάτεα, Eurybatem *Argiuū legimus, quem Valla mendose* Eurybiadem *habet. Sic cap.* LII. *de Amomphareto:* ἀντιφερόμενος τῷ πρότερον λόγῳ· *in Valla omissa negans particula,* quippe qui colloquio superiori interfuisset. *Verum & hæc colligo non vltra, sed missa facio iam. Nunc & de* CTESIA *breuiter, in quo pariter, quod ad excerpta quidem ex ipsius Persicis & Indicis à Photio attinet, sequuti sumus H. Stephani editionem Herodoto adiunctam: nisi quod aliqua quæ auctiora in clariss. & benenolentiss. viri* D. HOESCHELII *Photio Græco erant, vel in ms. Bauarico esse idem vir laudatus monuit, ea fere in contextum nostrum retuli, vtrimq; secus tamen vncis inclusa, & re ad oram indicata: Latinam versionē tum pariter mutuatus ex Latino Photio eximiæ eruditionis viri* A. SCHOTTI, *qui præclaram illam editionē suam ad me antequam domo misit. Græca lectiones variantes ad oram vero sunt ex eadem editione Photii, quam cum Stephaniana Ctesiæ diligenter contuli, & vbicunque illa variabat ad nostram adnotaui. de quibus & infra ad Ctesiam monui: sicut & de hoc, Notas subiectas & Interpretationes diuersas esse ab eadem A. Schotto, priores quidem: posteriores vero, quæ nouo incipiunt à signo, eas ab H. Stephano & D. Hoeschelio esse. Ipsi Ctesiæ præfixi H. Stephani disquisitionem de* CTESIA, *& quæ sub finem eiusdem notarum legebantur de* Διττογραφίᾳ *quorundā nominum, in Ctesia præsertim, deque voce* Ἕλλογῶν· *hæc inquam omnia editionis ipsius prima, quæ anno* CIↃ IↃ LVII *dedit Ctesiæ eclogas Græcas cū quorundam aliorum. Vt item Persica & Indica excerpta ex conuersione H. Stephani Latina habes, è qua & antea, (quam,*

& in prioribus eius editionem scilicet sequutus, hic loco mouere noluj: nõ ignarus alias à cl. viris. Schotto in eadem re post ipsum elaboratum esse haud frustra, vt vel quæ aptim excerpsi indicent, præsertim in Indicis) ita in Indicis & alteram subieci ab amico nobis viro quondam confectam, & qui nunc πανσοφίᾳ θεμένῳ, L. RHODOMANO, (ob cuius obitum Græcæ Μῦσαι αἰτίων ἀλλήλαισιν ἐκάκυον) sed non editã, quam descriptam huc misit, quĩ de nostro instituto cognouisset, nob. & cl. vir Mel. Goldastus. Vltimam partem, Fragmenta nimirum CTESIAE congesta, & in ordinem non nullum interdum digesta, ibi si meo labori aliquid adscribam, non spero me ideo cuiusquam reprehensionem incursurum. Quamuis enim fatear lubens præcipua quædam ex Xenophonte, Plutarcho, Athenæo, & Demetrio Phalereo ab H. Stephano primum collecta & edita: posteaque ab A. Schotto in Latino suo Photio aucta ex aliis auctoribus: tamen & eadem & non pauca alia me contulisse vel ipsius Ctesiæ verba, vel aliorum ex ipso factas ἐκλογας, vel vbi eius mentio, certum est. Vbi tamen nihil exposco quam tumultuariæ συναγωγῆ συγγνώμην. quam paucis enim diebus me circumscripserint operæ, quibus ista describenda, conscribenda, omniaque παρέργως, quid referre attinet? Adscripsi vero ad Latini contextus oram semper, quo interprete illa legas: quæ è quibusdam crebrius petenda fuere, vt ex Plutarcho, Aeliano, Tzetze, id interdum omissum fuit admonitiunculæ, facileque ipse colliges ab eodem esse interprete, cuius versionem in eiusdem auctoris verbis antea adposuimus. Athenæi omnia puto ex H. Stephani interpretatione, certe ex eius editione horum fragmentorum eam sumus mutuati. In ceteris minutioribus particulis, vbi non ad manus fuit versio, à me ipso excudere conatus fui aliquid interim quod alicuius versionis loco esset, ne vna ex parte scilicet pagina vacarent. In quo te iterum rogatum volo quisquis es, vt benigne mecum agere velis, & non ad tuam eruditionem ista expendere nimis, qua me facile vincis, vel vincere potes: ego enim cedam libens, acerbitatem tantum deprecor & in carpendo maleuolentiam, alias facillime laturus si meliorem substitueris, nostræ alleueris atrum Transuerso calamo signum. Errare solent & qui cauent ne errent, qui nonum suum in annum premunt: quid mihi incautiori & sua iam adeo præcipitanti accidat? Et idcirco egregiam laudem spoliaque ampla referet hercle nemo, qui festinantis erroribus valde insultabit. At quo feror? nec enim cum tali mihi rem esse volo, sed cum candido & humano lectori, quem tamen & ipsum ne morer diutius, sermonem contraho. Notas igitur extrema quaq; paginarum ora Ctesianorum fragmentorum vt in mentẽ venit ita quasdam aspersi: sicut & in tertia feci adpendice. De Indice iam in Herodotum sermo iterum longus incipiendus foret. Sed breuiter. quum eum quem inceperam ipse perficere non possem, reconcinnaui quantum potest priores: ita tamen vt multum auxerim vel sexcentis locis, multa falsa & ridicula eiecerim, & pleraq; ad Herodoti ipsam dictionem reformauerim. conferre volenti id patebit: licet non omnia curua corrigere potui, sed omittere sic coegit nolentem quamuis pro labore multo & vario χρόνῳ & ἀκαρῆ. Optimus ille vir, H. Stephanus, cuius memoriam cum honore vsurpo & laude, ita eius infinita & eximia merita de bonis auctoribus iubent, cuicumq; illam prouinciam mandauerit, is frustratus profecto fuit ipsum non parum. Ad Græcum quod attinet, in eo construendo actum agere me non opus fuit scilicet. Notum enim exstare Lexicon Ionicum Aem. Porti quod Herodoteæ lectioni vtiliter adhibeas. In eum finem addidimus numeros barbaros in ora contextus Græci; vt ita istud Lexicon & nostra editioni inseruire commode possit. Sed fere oblitus fui eorum quæ Herodoto præfiximus. Vt itaque ὕστερον πρότερον, quod aiũt, ὁμηρικῶς, verbo, quod ad illa, absoluã, sunt ea PROLEGOMENA ex H. Stephani ambabus editionibus petita, vt & vocum HERODOTI recensio. Nos adiecimus LEXICON, vti quidem titulus præscribitur, vel potius, vt mihi videtur, glossas notabiliorum in Herodoto vocabulorum. Misit id ad nos ita transcriptum, quo exemplo edimus, è suo ms. vir nob. & cl. MEL. HAIMINSFEEDIVS GOLDASTVS. Quod coniecturæ de quibusdam incidit obiter, ad oram posui: alias mihi notaui bonam partem σποράδην ex his glossis exstare apud Corinthum in iis quæ præter alias de dialecto Ionica conscripsit. Tum de vita, scriptis & stylo nostri HERODOTI ex priscis aliquot Testimonia adieci, quantum quidem per vnum alterumq; diem, quo protractum fuit hoc opus in ipsis nundinis, coaceruare licuit. Tu & hanc operam boni consule, idem rogatus, quod de priore abs te petii. Sed de carmine duplici ad me à clariss. & litteratiss. viris misso, statim q; subiecto, volo me tibi omnino excusatũ. Nec enim diffiteor mihi immerito tribui quidquid ibi laudis; nec potui tamen quæ amoris causſa mississent omittere, licet non & potui non erubescere ideo. Testari itaque libet, me amorem & beneuolentiam eorum erga me agnoscere insignem, animoque gratissimo amplecti. cetera illos partim de nostro instituto non recte intellexisse, quamuis, vt ingenue exposui, aliorum potissimũ vestigiis insistat illorumq; exemplum sequatur, partim præiudicio agnoscant verbo, quod fecit amor, præoccupatos, in me laudando fuisse largiores. Ego sane quæ eorum illis adiecero oculam, lucri facere potero ruborem sepius. Optarem tamen τὸ θαυμαστὸν BROVGHTONO Hecatostichon, quod in Herodoti & mei gratiam pangere cœpit, absoluere licuisset. Nunc decessit alio profectus, id abruptum reliquit. Libet tibi tamen primos aliquot versus ex iis quæ vidi, vel Herodoti nostri causſa, & vt ceteros eliciam, adscribere.

Ἡροδότου λιγυρὴ Γοὺς ἰαχήσει ἀοιδὴ
Χεσιμεῖ ἄσσ τὸ νέκταρ Βροῦγτον ἐστόνιξε

Ὁ Θεὸς, ἐστὶ θέλησις· ἐὰν ταῦτα μὴ μὴ λέ,
Ἐκ τῶν Μουσῶν δωρήματος τόσσον ἐλίξας.
Κλαίω ἔχει Κύρε κλέος ἐν Βαβυλῶνι καὶ ἀλλόσι.
Πρόλογε δ' Ἡσαΐας τοῦ Κύρε ἐνομακλήδεω. &c.

Nec amplius te moror amice lector. Tu modo hæc, quæ in tuam gratiam à nobis præstita sunt, bene interpretare, & ignosce erratis, quæ nos præterierũt, quum præsertim oculi inualetudo ad occupationum mearũ vim accederet, ego q̃ alias nec è Lyncei prosapia nec Argi me feram, qui tamen suis oculis credo negocium inuenirent, talis est operarum plerumque varietas, & errorum inconsiderans accumulatio, laborumque quasi catenam, quod considerare debes, trahimus continuam: adeo vt hic τὸ ἀναμάρτητον, (quod alias dei proprium solius, καὶ τοῦτο ἀδὶ εἰς ἕνα ἡμῶν ἀφικνούμενον, vt cum Aristide hoc dicam) à nobis exigere velle nemo debeat, qui modo ipse hominem se natum cogitauerit. Vale & nobis faue. quod si feceris efficies nos ad alia posthac alacriores.

HVGONIS BROVGHTONI
ad Gothofredum Iungermanum distichon.

Ὅσσος ὁ Ἡρόδοτος κοσμήτωρ ἱστορίαων·
Τόσσος Ἰουγερμανὸς κόσμος ἐὼ Ἡροδότῳ.

Ad Cl. Musarum Herodoti ἐπίμυσον ἀνορθωτὴν GODE-FRIDVM IVNIVM meum.

HERODOTO *imbuerant omnes ipsæque nouenæ,*
germanæ Aonides, ora stylumque, Deæ:
Ioniasque illas Veneres, quantum vsque fuisset,
vnius in linguam denique transtulerant.
Nequicquam hoc. Adeo vis maior Temporum, & omnem
Ioniam, & nobis surpuit Aonidas.
Te, nisi, quanquam innuptæ illæ, seclo genuissent:
Quid? nisi vt Herodoto tu decima vna fores?

Et aliter.

Hactenus Herodoti fuerant Musæ, ore, locutæ:
Musarum vel subdica mage Herodotus,
Talesti auspicio & tanta suffultus opum vi,
totam illam nobis fuderat Ioniam.
Quin & facundas vltro dudum ipsus Athenas
liquerat: Ausonio ciuis in orbe nouus:
Ioniamque suam Ausoniá mutauerat orá:
iam tunc, sponte sua, deditus in Latium.
Cùm mala tot veneris labes & rugula secli,
in Phœbi ipsius obtexuit ore notam.
Nec tulit id, vernans IVVENALIS *adorea nostri:*
& nona Diuarum, longiùs, Heba nouem.
Quin nunc tota suum, pro nomine, se illa Neandrum,
neque non iam ingereret Gemmulam, opesque nouas.
Non nisi vt Herodoto fieret consultiùs inde:
atque vt posset Heba redire sua.

Prorſus vti placitum eſt Superis: ſua munera Terræ,
temporum in alterna diſuariare vice:
atque arbuſtiui mala damna trimeſtria Honoris,
reddere, Vere iterum mox rediuiua nouo.
Aut & vti anguiculis, Anni pars vna, Senecta,
& ſua cùm fuerit, perbreuè, turpis hyems:
altera mox eadem, verniliùs inde recentans,
pellem interpollat, Annua bina dies.
Quamque bene iſtud iam? cùm ſic quoque Nomina rebus
compariant? præſens eſt ſua iiſque Fides?
Cumque adeo & ſic tu, mâlis iam ſiue Neander,
ſiue Poetarum agnominis eſſe duûm:
vtrunque impleſti nobis nitidæque Iuuentæ &
dotibus ingenii, Vere ſacroque tuo:
Ipſi etiam Herodoto vitam ætatemque Nouaſti:
Verque reduxti illi pulcrius inde ſuum
Ionicumque Lepôrem illum, ſuaque ora recocto,
nunc laus iſta tua eſt, reſtituiſſe Seni.

Ἰωαν. Τ. Φερσιάδου.

SERIES

EORVM QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

HERODOTI defenſio cõtra eius reprehenſores, nominatim vero Plutarchum, ex Ioach. Camerarii procœmio in hiſtorias Herodoti Pag. 1
Herodoti vita, ex eodem 7
De dialecto Ionica, ex eodem 8
Herodoti vocabula Ionica, & quædam genera loquẽdi, illi cum Homero magna ex parte communia: nec non alia: collecta & Latine reddita partim ab Ioachimo Camerario, partim ab Henrico Stephano 11
Ioniſmi Gallici, ſiue Ionici Galliciſmi, ex eodem H. Steph. 24
Alia de Herodoti vocibus & varia in quibuſd. mss. ſcriptura, &c. ex eiuſd. H. Stephani prolegomenis diuerſis. 27.30.33
Lexicon vel Gloſſæ Herodoteæ Græcæ ex ms. 35
De vita, ſcriptis, ſtylo Herodoti ex auctoribus antiquis tam Græcis quam Latinis teſtimonia 37
Quibus ſubiecta & epigrammata aliquot Græca veterum, & pro eius defenſione plura noua H. Stephan.
Herodoti libri ipſi IX, nomine Muſarum inſcripti, Clio, Euterpe, Thalia, Melpomene, Terpſichore, Erato, Polymnia, Vrania, Calliope. cum interp. Latina L. Vallæ, & recognitionibus H. Stephani.
Herodoti libellus de genere vitaque Homeri, cum interp. Heresbachii, ab H. Stephano recognita. 558
Adpendices ad Herodotum de Legibus & Inſtitutis tam Perſicis quam Ægyptiacis, è diuerſis auctoribus, opera H. Stephani 575.598
Adpendix alia de incremento Nili, & eius cauſſis ex diuerſis auctoribus. 606
Frid. Sylburgii ſpicilegium ad Herodotum 627
Sequuntur CTESIÆ quædam:
H. Stephani de Cteſia diſquiſitio 630
Eiuſdem de Διπλογραφίᾳ quorundam nominum, in Cteſia præſertim: & de Excerptis ipſis ac voce Ἐκλογῶν 633
Elogium Cteſiæ Cnidii ex Briſſonio 634
Veterum teſtimonia aliquot de Cteſia, eiuſque ſtylo 635
Series regum Perſicorum ad Cteſiæ hiſtoriam ab A. Schotto deſcripta 636
Cteſiæ Perſicorum Excerpta ex Photio, cum interp. H. Stephani, & variis lectionibus ex editione graeca Photii: item cum diuerſis interpretationibus A. Schotti: & notis eiuſdem, & H. Stephani, Dauidis Hœſchelii.
Cteſiæ Indicorum Excerpta ex eodem Photio, cum iiſdem quæ ad Perſica acceſſerunt
Eadem Indicorum excerpta ex interpretatione de Rhodomani 668
Ex iiſdem Perſicis, Indicis, & aliis Cteſiæ ſcriptis fragmenta, ex variis auctoribus congeſta 673
Omnia cum interpretatione Latina & Notis.
Index in Herodotum.

EX IOA-

EX IOACHIMI CAMERARII PROOEMIO IN HISTORIAS HERODOTI.

QVVM Ricardus Crocus, Britannus, qui Lipsiam aduenerat, statuisset domi suæ quibusdam priuata opera Herodoti historias explicare, nos etiam tum ad hunc autorem cognoscendum à magistro sumus missi. Etsi autem Crocus vix peruenit ad secundum illius autoris librum enarratione sua, ego tamen captus dulcedine & elegantia atque etiam facilitate scriptorum, quum celeriter diuersitatem quandam sermonis, quam διάλεκτον vocant, percepissem, ita postea semper in illo legendo, hæsi atque perseueraui, vt qualemcunque (sentio enim quàm exigua hæc sit) facultatem Græcæ linguæ consequuti sumus, eam magna ex parte Herodoti lectioni acceptam referre debeamus. Itaque & nunc eum quo tum vsus fui (acceptum à magistro) Herodoti codicem, tractatum versatúmque à me plurimum, omnibus in pagellis notatiunculis & scriptura nostra insignem, inter alios omnes & diligo maximè, & quoties fortè aspexi, non vnquam ferè temperare mihi possum quin aperiam, & in eo aliquid legam. Tum redit in memoriam puerilis studii iucundissima cogitatio: & illum laborem mediocrem, non tamen fuisse omnino ἄλυον, ἐσ' ἀτέλεσον ἰδρῶϑ' ὃν ἱδρωσα, lætor. Autorem autem istum tanti facio animo meo, vt nullum omnium aliorum huic meritò anteponi posse censeam.

Paulo pòst.

Neque me fugit, posse hoc testimonium de Herodoto meum videri magis amoris esse erga illum tam longo tempore confirmati, quàm iudicii, vel etiam illo hos esse corruptum. Notum enim quod & astrologi vsurpant, τὸν φιλέαν ἐς τὸ μῖσος ἐκπεσεῖν τὸ μέγιστον, ἐς μεγαλύνειν τὰ σμικρότατα. Quapropter hoc loco placuit causas exponere cur tanti facerem illum, & veluti rationes referre sententiæ nostræ, atque etiam respondere iis quæ resciuissemus aduersus ipsum dici solere: vt intelligi posset, neque nos temere aut de puerili persuasione quadam illum celebrare, & insectatores ipsius ad malignitatis crimen quandam etiam imprudentiæ ignominiam sibi accersere. Ac nostra sententia paucis illa quidem confirmabitur. responsio erit longior, vt necesse est: de qua tamen & ipsa, inductio animi mei & rationum conclusio magis atque certius poterit perspici. Quum igitur in quocunq; autore in primis id quod ab illo susceptum est ad exponendum, & ipsa expositio, considerari soleat: in priore hæc ferè spectanda ad laudem existimo, si eæ res sumptę delectæque sint quarum cognitione alii adiuuari, quæq; ipsæ suapte bonitate placere posse videantur: in posteriore, si expositio sit verbis sententiisq; apta atque consentanea. Quæ breuiter dicta latè patent ad intelligendum. Sed in vtroque quid Herodotus neglexit, vel non præstitit potius, quominus præclarissimus & celeberrimus autor haberi debeat? Nam quæ accedit antiquitatis autoritas, quanti & ipsa sit putanda, quantumq; ponderis habeat, quis non videt? Quisve ignorat, omnium consensu maximam huic laudem, admirationem, reuerentiam deberi? Quum autem priorum temporum historias, variarum quidem gentium, sed potissimum Persarum & Græcorum, componendas & narratione sua exequendas suscepisset, nónne potius præcipuas & præstantes res complexus est expositione sua, quàm nihili atque futiles? vt fecere, fortasse & veterum aliqui, certè posteriorum ex illo genere sophistico multi, qui nihil nisi inani quadam obiectatione animos leuium quorundam afficere studuerunt. sicut ille Æthiopicorum & Dictys Cretæ autor: de quibus facilè existimari potest de similibus operibus aliorum. Ergo nihil tale in hoc esse autore affirmo? Minimè equidem: sed hæc caput esse historiæ nego, quum sit potius expolitio & exaggeratio quædam illius. Argumentum autem & caput quod? fundationes, euersiones, mutationes regnorum maximorum, opulentissimarú vrbium expugnationes, successiones potentissimorum regum, celeberrimarum ciuitatum fortunæ & imperia. Oratio verò nónne placidissimè decurrens, omnibus ornamen-

tis conſpicua eſt & illuſtris? Sola compoſitione (vt Ciceroni placet) diſſolutior, id eſt, numeris carens: quum naturalium quædam in illa tamen numerorum modulatio inſit, à quo ipſo etiam præſtantia quædam nō abeſt. Narrationes ſunt diſertæ: indicationes expreſſæ & ſpecioſæ: explicationes accuratæ & euidentes: collectiones certæ atque plenæ: in his rerum geſtarum, hominum, temporum fides: accurata compertorum relatio, dubiorum coniectura ſagax, fabuloſorum verecunda commemoratio: mira vbique ſimplicitas, & eximius quidam candor. Quæ omnia hiſtoriæ potiſſimùm famam, dignitatem, virtutem conſtituunt & perficiunt.

His breuiter & ſtrictim commemoratis, ad ea quæ in hoc autore reprehendi, quorumque nomine vituperari à quibuſdam ille ſolet, accedamus. Contra quę quum dicemus, etiam eorum pleraque quæ poſuimus paulo antè, tractabuntur copioſius & enodatius. Ac primùm de illa vulgàti & ſanè veteri accuſatione mendaciorum pauca diſſeramus. non enim certè res ipſa multa deſiderat. Aldus etiam Manutius iam hoc ante nos crimen diluit. Sed quænam ſunt illa obſecro mendacia? Quidam ſanè profitentur ea ſe annotaſſe & confutaſſe: quæ vtinam perueniſſent in manus noſtras. ita enim futura eſſet reſpōſio copioſior. Neque deſunt qui Herodoti potiſſimum ſcripta illi ſatyræ inſectatiōni occaſionem præbuiſſe perhibeant, vt audaciam mentiendi in hiſtoria Græcorum exagitaret. Nam Athos (vt ille loquitur) velificatus, deridetur, & compedes Helleſponti, epotaque flumina Medo. Nonnulli fabuloſas quaſdam narratiunculas inſertas paſſim hiſtoriæ, vt huius grauitate indignas, reiiciunt, & propter illas autorem mendacii damnant. Sed de iis quæ memorantur ab Herodoto propter magnitudinem nobis incredibilia, periniquum fuerit iudicium, ſi non vera eſſe ideo ſtatuemus quòd notis cuique rebus, moribus, diſciplinæ non ſimilia, neque rationibus noſtris congruentia eſſe videantur, ſique nonniſi iis quæ facilè intelligere & animo complecti poſſimus, fidem habendam eſſe ducemus. Quàm multa illi ipſi qui hęc antiquiora falſa fictaque eſſe affirmare audent, ſe vidiſſe referunt & pro certis commemorant, à quibus aſſenſio legentium refugit? Etiam poſteris hoc noſtris accidet, vt multa quę nunc nimis verè fiunt atque geruntur, expoſitione inflata & amplificata eſſe ſuſpicentur. Sunt ſanè quædam inaniora (non enim nego) in talibus, vt in peregrinatorum, qui adiere illa loca quæ tellus extrema refuſo ſummouet oceano, ſermonibus. Cuius inhumanitatis tamen fuerit, vniuerſum genus narrationum iſtarum ſemel abiicere vt futile & vanum? Quod ſi fiat, omnem hiſtoriæ rationem confundi, habitúmque peruerti neceſſe ſit. Quid de Babylone prodiderit Herodotus, non eſt ignotum. Hæc nobis ſcilicet probabuntur de ſenſu & cognitione oppidulorum noſtrorum. Quid enim ad illa ſpatia, vel maximę vrbis, omnium quas nouimus ambitus? Itaque & Ariſtoteles gentem regionémve appellandam potius Babylona, & ſiqua alis æqualis fuerit, quàm ciuitatem aut vrbem, cenſet. Quid? de fertilitate ſoli Aſſyrii quę narrat, an nos credere poterimus de noſtris aruis? Quo tamen loco ipſe ignorantię incredulitatem refutauit. ſic enim ait, *Ita bene fert ea terra fruges vt nunquam non reddat ducena: ſi autem quàm poteſt optimè tulerit, reddit trecena. Folia tritici & hordei lata naſcuntur digitis commodis quatuor. At milii & ſeſami quam procerę arbores exeant, in ſcientia certa non memorabo. Intelligo enim, eos qui in regione Babyloniorum non fuere, minimè credituros vel ea quæ de frugibus modo diximus.* Sunt autem hæc etiam diſtinguenda. Alia enim ad vtilitatem aliquam legentium, vel explicationem eorum de quibus narratio fit, referuntur atque pertinent: vt Babylonis deſcriptio, & copiarum Xerxis enumeratio. de quorum altero facilè perſpiceretur, meritò fuiſſe ſecuros ciues in tali & ita munita vrbe: alterum & potentiam regni Aſiatici, & in quod tum periculum Græcia venerit, demonſtrat. Vtrumque autem documentum quoddam dat, nullas, quamuis magnas, vires, infractas, neque opes inuictas eſſe. In aliis nihil quæritur, niſi vel delectatio, vel vt audientium animi moueantur noua mirabilique narratione: vt de gryphibus, formicis Indicis, phœnice, & his ſimilibus. Horum, vt illa omni equidem mendacii crimine planè libero, ita haud facilè conceſſero, in horum vllo mendacii manifeſtè autorem redarguendum eſſe; quum tot deriſa quondam & exibilata, pænè iam comperta eſſe exiſtimentur: quumque non minus iſtis à veritate abhorrentia multa aſſeuerentur ab iis, qui non audiuiſſe de aliis, ſed ſeipſos aſpexiſſe dicitent: vt nihil tam ſit abſurdum quin fidem reperire poſſe videatur. Sed ab his recedamus.

Ob fabuloſas quidem narratiunculas tantum abeſt vt quaſi mendacem inceſſi vituperarique autorem hunc debere putem, vt etiam, quum & aptiſſimè illas inſeruerit, & belliſſimè conſonarit, & venuſtiſſimè compoſuerit, admirandus: quumque inſtructionem in ſingulis aliquam vitæ, conſiliorum, actionum comprehenderit, eximiam gratiam quoq

ab

Fabulæ.

Folio 8.

In Cleone, f. 295

Cleone, f. 278. & f. Polymnia, f. 61. & f.

Erato, f. 173. Thalia, f. 202. vt 116. Melpom. f. 13.

ab omnibus meritus esse videatur. Quid quòd fidem suam in his fere liberat, cauetque ne quis simplicior decipiatur, quum addit semper huiusmodi quiddam, *Vt ferunt, Vt ego audiui, Quod veri mihi quidem simile non sit.* In Euterpa verò plane refutat illam fabulam de pręcisis ancillarum manibus, *Hæc garrientes ita narrare mihi quidem videntur.* Item Melpomene, fabulam de Psyllis pręmunit. ea enim quæ Afri perhibeant se memorare ait. Quid autem dicit in Polymnia, quod meminisse in tota historia vult lectorem? *Ego*, inquit, *quæ fando cognoui, exponere narratione mea debeo omnia: credere autem esse vera omnia, non debeo.* In coniecturis quidem sequendis, quum de apparentibus (vt ipse ait) obscura colligere studeret, si falsus est, cui obsecro omnium hoc non accidit? Neque qui tale aliquod erratum in scriptis veterum animaduertit, sibi ideo placere & illum contemnere debet. quod ferè ineruditiores isti facere consueuere, qui exultant ad hos notationum & reprehensionum successus, non secus acsi thesaurum inuenissent: quum hic verè tum thesaurus (secundum vetus verbum) in carbones euadat. Sed paulùm etiam ad fabulas illas reuertamur: quæ, obsecro, cur offendunt animum cuiusquam, quum veritati & integritati historiæ minimè officiant? Sed vt insertæ apud Thucydidem conciones, (quas certè nemo, vt opinor, non confictas, neque non quidem nullas, sed non tales ab iis quibus attribuuntur habitas esse videt) illæ tamen vt in grauitate huius autoris, admirationem, ita in dulcedine nostri, fabellæ voluptatem habent. At egressiones, & nihil ad rem pertinentium quasi inculcationes, ab historia alienæ sunt. De quo equidem aliter sentio, neque in hoc, neque vllo in genere eruditionem, intelligentiam, doctrinam quasi in angustum cogendam, vt non liceat euagari & excurrere, si libeat, longius. Immo vel solus hic fructus est ingenii & industriæ studiorum, vt veluti ostentatione iactantiáque sui gloriam laudémque petat. Auferat in his mihi aliquis ista: incorruptam, sanctam, castam, vt virginem, debere esse historiam. Non corrumpunt enim, non violant hæc illam: sed exornant, vt aurum & gemmæ pudicissimarum quoque corpora, purissima illa quidem. Nam vt malæ & profligati pudoris feminæ insigniorem reddunt comptu turpitudinem suam: ita, quamuis varia copioſaque sit quasi emblematis quibusdam, summa historiæ falsa & commentitia, meritò in sua hæc infamia quasi superba improbetur. Itaque non inornatam, non nudam, non contractam, sed splendidam, vestitam, explicatam (dummodo integram, &, vt ita dicam, probam & incorruptam) decet esse historiam. Cuius fidem omnem nónne in temporum indicatione, in nominum commemoratione, in rerum tam bello quàm pace à quibusque susceptarum atque gestarum certa enarratione, in occasionum consiliorúmque prudenti persecutione omnes positam esse sentiunt? Quæ vniuersa nostrum autorem existimo & custodisse diligenter, & præstitisse præclarè. Quæ enim tempora indicauit falsò, quæve confudit? Quorum hominum locorúmve nomina posuit perperam? Res autem ab iis gestas quos complexus fuit narratione sua, accuratè illas quidem retulisse non dubitarim asseuerare: certò autem & verè quoque, libenter equidem crediderim, quanquam ab aliquibus assensio quodammodo refugiat. In consiliis profectò & occasionibus recensendis qui circumspectionem & prudentiam requirit maiorem, nimiùm is quidem esse fastidiosus mihi videtur. Ad hæc, si, vt in tabula magni & memorabilis argumenti, adiuncta sunt veluti παρεργον, quibus vndique illa insignis & conspicua reddatur, cuius quæso vel rationis vel sapientiæ, ne dicam inconstantiæ & stultitiæ, fuerit reprehendere? Quum autem historia non solùm delectationem cognitionis, sed institutionem etiam animorum continere debeat, vt & voluptatem & vtilitatem afferat legentibus: si his ipsis quæ vt fabulosa notantur, etiam monita vtilia atque salutaria multa insunt, quis iam eos non modò qui vituperent, sed qui laudent, iniquius ferat omnino possit? Fuit Candaules rex Lydorum: nemo, vt opinor, negare audet. Hoc tempore in aliam familiam translatum fuit regnum Lydiæ. an quisquam falsò hoc proditum dicit? Obiiciunt illa iam culpant de satellite coacto aspicere nudam reginam? Quæ si, quod haud scio an ita sint, ficta essent, quanti multis de causis fieri mererentur? Nónne illam peruersitatem animorum, quæ ita mirabiliter, vt diuinitus effici videatur, sæpe vrgentibus fatalibus exitibus animaduertitur, demonstrant? Quàm speciosis & bonis sententiis illustris est narratio eadem & in aliis multis poteram, sine vllo exquisitionis labore, ostendere. Expugnari præterea Babylonium metum & opinionem Sardis oportuit. Sit iam illud de puero natóque cum capite leonino fictum, (quod fortasse minimè est) quàm pulchrum hoc? quòd nouercæ ille vrbem totam latus fuit: quod si factum fuisset, capi secundum responsum diuinum vrbs non posset. Sint sanè illa Scytharum dona ficticia: quid incommoditatis tandem habet, vel quid potius pulchritudinis & bonitatis non habet cùm enarratum in historiarum, decens, festiua, acuta? Sed quare ego prauitate quadam animi,

Polymnia, c. 14 Vranie, c. 137. non vera esse potius, id est, ita audita cognitaque autori, putem? Eadem & de Xerxis somnio, de regibus Macedonum, decq; aliis similibus dici possint. Quapropter, quod ad crimen hoc vanitatis attinet, prorsus in nostro autore turpitudinem illam & mendaciorum maculas detersas esse confido. Neque possum satis animo constituere meo, qui factum esse existimem, vt à veteribus quoque illud in hunc conferretur. Nisi vnus fortasse aliquis plures in errorem induxit, aut inuidia odiúmve, vel (vt mollius dicam) animi certa quædam destinataque inductio quosdam ad huiuscemodi calumnias impulit. Sed hæc velle exquirere omittamus.

NVNC AD aliam maiore studio susceptam & grauius atque inimicius factam accusationem veniendum, quam intendit huic vir magnæ doctrinæ & sapientiæ laude clarus, Plutarchus Chæronensis, qui nostrum autorem acerbissimè postulauit & conuincere conatus est malignitatis, edito libello, cui præscripsit περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας. Contra quæ, etsi singularis est viri autoritas & celebris eruditio, concedi tamen nobis oportere puto, vt pro Herodoto dicere liceat: si illi permittitur, contra non minus se, quam nobis ipse est, antiquiorem Herodotum scriptio, atq; aliquanto certè præstantiorem multis nominibus virtutum. Ipse quidem Plutarchus quo paratior venit ad maledicendum Herodoto, & in eo copiosus fuit ac vehemens, hoc minus læsisse illum putari debet. Quis est verò qui non laudatissima quoque conuiciis impetere posse videatur, quum Zoilos & Xenophanes suos habuerit Homerus? Quid autem verbis conquirere & comprehendere homini non infanti neq; obtuso difficile? Et dicit hoc egregiè Æneas ad Achillem,

Iliad. α

Multa licet memoret conuicia vterque vicissim,
Quæ neque centenis remis instructa carina
Perferat. ipsa etenim facilis verbisq; redundans,
Sermones variis hinc lingua reuoluit & illinc:
Quisque & fortè alii quod dixerit, audiet ipse.

Vt autem contra ea quæ quisque improbet dicere rectè possit, ita quomodo dicat diligenter considerandum: nequid vel inscitè vel etiam malignè improbare videatur. Nam horum vtrumcunque deprehensum & notatum contradictionem omnem infirmat: ita quidem sæpenumero, nemo vt responsione magnopere dignam arbitretur. De quo & elegantissimis versibus & luculento sensu compositum epigramma Græcum Eueni veteris poëtæ fertur: quod nos quondam Latinum fecimus vt sequitur,

Est multis pariter mos omnia dicere contra,
Sed non & similis dicere recta labor.
His sat erit verbum me commemorasse vetustum:
Hæc mihi quum placeant, tu licet illa probes.

Plutarchus autem minimè cauit ne insimulando malignitatis alterum, malignitatem ipse quandam singularem suam proderet. Nam quum collegisset quasi intimos sensus & reconditam voluntatem prauitatis malignorum, ad illa à se proposita postea, vt pueri à magistris secundum capita quædam traditas materias deducere iubentur, sic accusationem suã applicauit, in autorem hunc (vt ego quidem iudico) illa conferens alienæ malignitatis crimina. Ac ne dissimulauit ipse quidem neq; texit caussam iræ ac odii sui: nam suã ciuitatem, id est Bœotos, ignominia affectos, & infamatos (vt ait) immeritò, grauiter fert & dolenter. Hinc igitur illæ lacrymæ, hæc illa indignatio. Statim igitur quid autoritatis in tali criminatione sit, quam non veritatis sed vltionis cupiditas expresserit, apparet, vt illius quasi filum sequentes, refellere quæ congessit singula nihil sit necesse. Sed ad quædam tamen aliquid dicamus.

Quòd vero huic incipiens, suauitatem orationis, qua iucundè commouerentur legentes, exprobrat, ad id nihil aliud respondendum censeo, quàm quod Alexander Hectori fratri, qui sibi in iurgio formositatem obiecisset, οὐ τὰ καλὰ ἐπῶν ἐρωτικὰ δῶρα. Sed malignitatem omnem vndique ita colligit: Primùm de vsu nominum asperiore, deinde verbis durioribus, in copia molliorum & leniorum. Deinde, si extra historiæ seriem alicuius vitia, vel si in hac laudes ieiunius commemorentur. Præterea, quum plurimis fortè sermones referantur, assentiri deterioribus. omnino enim coniecturas sequi ad peiora, esse malitiosi & infensi animi. Postremò, laudis adiectione veluti condire vituperationem. esse enim simplicitatis hanc simulationem pessimam. Quid ad hæc ergo dicemus? profectò non reperit in Herodoto ista Plutarchus, sed animo suo conquisita in illum intulit. Quare enim vsum nominum verborumque in hoc autore non probat? qui quidem (vt rectissimo) vsus est diserta & accurata orationis structura, quam à posteriorum seculi forma differre

ferre nos quoque intelligere possumus. Quid autem causſæ fuerit cur non potius illa verè & simpliciter, quàm mendaciter & inuidè, dici sentiamus? Egregium est quòd conquerenti Lasthenis factioni, (quorum scelere prodita fuerat Olynthus) contumelioſe à Macedonibus se nefarios proditores appellari, respondisse Philippum regem accepimus, *Macedonas esse indoctam nationem ac inciuilem, solereq; ficum nominare ficum, & ligonem ligonem.* Quid autem offendit (obsecro) Plutarchum, quòd Herodotus protulit asperius quædam, ac non molliuit appellationibus? Visum enim scilicet illi fuit id dicere quod esset. Nam de coniecturis sequendis deque laude & vituperatione vniuersa hoc licebit vnum iterum atque iterum respondere: de suo illum iudicio historiam susceptam exposuisse: neque recte facere eum qui ingenii sui vires in alieno opere explicare velit, præsertim ad infamiam autoris. Ego, vt quicque retulit, sic sensisse, audiisse, comperisse existimo. Et cur non in hac potius persuasione perseuerem quàm illam inducam maleuolentiæ, peruersitatis, virulentiæ? Quia enim contumelia afficit diuina & humana, sacra & profana. Si vera sunt, quæ est contumelia? (recte enim ille in comœdia negat se maledicere, quum, quæ vera sint, dicat) sin falsa, ostendatur falsitas. Sed quomodo ostendit? ratiunculis quibusdam & concluſiunculis leuissimis. Quod, quàsi ipse sentiret, ne hoc quidem agere se ait, vt mendacii, sed vt malignitatis reum peragat Herodotum. Hanc igitur defendamus, si possumus. Ac laudationibus illis minutis & tenuibus (vt vult Plutarch.) quot possunt opponi præclarè, & pleno ore (vt dicitur) enunciatæ? Quale enim hoc? *Omnium quos scimus hominũ primi Athenienses cursu illati in hostes sunt: omnium primi sustinuere vestitus Medici & hoc ornatorum aspectum: ad illud autem vsque tempus nomen quoque Medorum terribile fuerat.* Addantur his quæ de Cynægiro scripsit. Ac nequis Athenienses tantùm laudatos benignius credat, (in quo nescio quam suspicionem corruptæ largitionibus voluntatis mouet Plutarchus, temerè quidem, vt videtur, neque ipse quicquam explanat) quid? parcéne Lacedæmonios laudauit his verbis? *Sunt Lacedæmonii in certaminibus singularibus haud vllis aliis inferiores: in acie verò omnium mortalium præstantissimi.* Quid? horum ciues Sperthiam & Bulin parúmne prædicatione sua ornauit? Sed hæc innumerabilia sunt. Atque in nomen sophistæ etiam inuehitur quasi probrosum: quum profectò eos, qui veluti opifices quidam essent sapientiæ, & artem quandam facerent illius, sophistas, vt citharistas & grammatistas, vocatos, & postea vitio hominum, (vt in aliis pluribus euenit) nomen quoque male audiisse constet. Nam quòd exagitat præclaram sententiam de instabili & incerta fortuna rerum humanarum, quam Herodotus Soloni attribuerit (cui quidem similes & alibi leguntur) nimiæ sapientiæ & pietati hominis concedatur: qui veritus sit, ne si ita de Deo loquamur, vt humanus intellectus quæ dicuntur percipere possit, parum pii esse videamur. Cur ergo Deo oculos, manus, pedes, aures attribuimus? cur dicimus Deum irasci? cur vlcisci? etiam vereri profectò, tentare, pœnitere, lætari, dolere. πάρεστι δὲ λύπης καὶ χαρᾶς ἰδρυται τὸ θεῖον. sine quibus illa ne intelligi quidem possunt. Quid Xenophon? (quo nemo fuit numinis colentior, nemo obseruantior, nemo impietatis erga Deum acrior hostis) nónne eandem sententiam ponere non dubitauit in præclaro illo opere suo historiæ rerum Græcarum? sic enim ait, καὶ ὁ θεὸς ἤ, ὡς ἔοικε, πολλάκις χαίρει τοὺς μὲν μικροὺς μεγάλους ποιῶν, τοὺς δὲ μεγάλους μικρούς. Hæc igitur sacrilega est in Herodoto sententia, quia secundum hominum intelligentiam φθονερὸν dixit esse τὸ θεῖον. Sed hæc quam sint futilia quis non videt? Omissam autem [illegible] retis fabulam & Pittaci pugnam ferat æquo animo Plutarchus: seque hoc consoletur, quod [illegible] ait, tot alias exposuerit non magis profectò fabulosas. Sed prætereunda sunt certè aliquid, indigna quæ refutentur. Crœsi quidem annum satis clarè memorat eruditionem, & [illegible]am fortunæ aduersæ? cui τὰ παθήματα μαθήματα ἐγένοντο. Neque Xenophon sapientissimus vir dubitauit similiter post amissum regnum prudentiorem Crœsum producere. Ad [illegible]rumentationes illius de Ephesiis, Colophoniis, Chiis: vbi quàm leui vtitur ratione, [illegible]mplacenus Charon, antiquior ille quidem Herodoto, quædam non scripserit. Quasi [illegible]ortuerit narrare Herodotũ, nisi quod in litteras iam esset relatum. Quod dictu est perq[illegible]idiculum: præsertim quum ipse profiteatur, eorum quæ alii non comprehenderint, [illegible]tionem facere decreuisse. Sed cùm de illis, tum de Samiis, Corinthiis, Lacedæmoniis, [illegible] Aristogitone, Athenienſibus, Platæensibus, quæ disputat, patiamur (sanè illum vincere. Quis enim, qui aduertere animum paulum modò voluerit, non [illegible] facile est victoriæ istius præclarum successum?

Venio igitur ad plenam lunam: de qua ingenue fateor non intelligere me quæ à Plutarcho [illegible]. Herodoti luculentissima narratio, quum nemini non sit euidens. Dicit enim, [illegible] Lacedæmonios, posse contra legem ante plenam lunam in expeditionem sese proficisci, & remansisse patriæ donec luna orbis compleretur: ac postea profectos, ita accelerasse vt tertio die in

Polym. l. 4. c. 31.

Ibid. c. 11.

Polym. l. 4. c. 31.

Herodotus in sua ad Euterpen Clium, c. 29.

Clius, c. 32.

Herodotus l. 5.

Clius, c. 120.

Erato. c. 106. & 120.

Atticam Lacedæmone peruenirent. Hæccine narratio illam merebatur tragicam acclamationem, hunc autorem cælum ipsum, dierum rationem, omnes res confundere? Nam de lege, deque prœlii die, sua fide affirmante vtroque, venia (vt opinor) dabitur ei qui fidem Herodoti pluris sibi faciendam quàm Plutarchi, & illum potius quàm hunc sibi esse sequendum putauerit. De Philippide etiam obscura est insectatio: & erat hic locus in nostro libro corruptior.

Reliqua sunt calumniis manifestis referta, & vbique conspersa nigro sale, & atrocibus quidem illis sed infirmis criminibus referta. Sane Thebanos, vt ciuitatem suam, (notum enim, fuisse hunc Chæronensem Bœotum) exquisita & peraccurata defensione propugnauit, & in hac parte admodum vexauit autorem nostrum. In quo quidem ignoscendum est dolori ipsius, sed reprehendenda profectò impatientia & ira. Quàm enim moleste fert & indignè læsos oratione ab Herodoto suos? Hoc igitur (vt apparet) vlcus tangi noluit, neque potuit ferre. Sed mendacii crimine Herodotum (vt opinor) facile liberat non modò fama illis temporibus longe lateque vagata, sed conseruata etiam ad posteritatem, proditionis Thebanorum: de qua & Demosthenes argumentum duxit leuitatis & infidelitatis illius ciuitatis: & illud in sermonibus hominum semper permansit, decimam à Thebanis Apollini persolui oportere. Cuius mentionem à Xenophonte scimus semel atq; iterum fieri. Quum enim communi decreto statuissent Græciæ ciuitates, quæ aduersum barbaros consenserant, ab iis qui nulla necessitate coacti Persæ se subiecissent, Delphico Apollini bello confecto decimam exigi debere, Thebani quidem potentia sua restitere decreto: sed quòd illo tenerentur, fama memoriaque hominum constantissime perdurauit.

Philippica.

Hell. 3.

Illustrium fabularum exitus in Polymnia. 132

Præterea quamuis malitiosum & prauum Plutarchus faciat Herodotum, non stultum tamen fuisse neq; hebetem confitetur. Quid autem incogitantius fieri potuisset, & in summa audacia amentius, quàm ea affirmare atque tradere, quæ, si falsa essent, non modo paulo ante defunctorum dictis atq; relationibus, sed memoriæ, viuorum propemodum, testimonio refutari atq; redargui possent? Et ille cum tam impudente mendacio, cum tam inconsentanea expositione, cum narratione tam dissidente, in celeberrimum frequentissimumq; totius Græciæ conuentum (ita enim accepimus) venire, & illa vanissima atque leuissima scripta, plena maleuolentiæ & obtrectationis, reclamantibus diuinorum & humanorum monumentorum inscriptionibus, recitare non dubitaret? Nimis ineptum & friuolum facis autorem, contra tuam quoque existimationem. Non audiuissent ac potius exibilassent, vel male etiã multatum illo tanto theatro eiecissent eum, qui plane ad irridendum & eludendum auditores, quique in communi Græciæ solennique cœtu ad nomen Græcum proscindendum lacerandumq; adesset. De consilio autem & facto Leonidæ retinendi Thebanos, etsi astute disserit, nemini tamen non plurima in mentem venire arbitror quibus hoc etiam loco defendi possit narratio. Adduxerat inuitos, sed sic vt à ciuitate delectos: ergo non suodò illius, sed suorum quoq; metus hos continuit. Dimisit alios, quos minus alacres in aperto esse discrimine videbat. illis enim parcendum decreuerat. Quomodo voluit autem vel potuit omnino quadringentos retinere, quum trecentos solùm haberet ipse secum? Primùm voluisse Leonidam perdere istos Thebanos dixerat: neq; non plures quàm trecenti cum illo fuêre. Nam præter Thespienses, etsi non dicitur, cum trecentis tamen Spartanis sequutos alios plures ditionis ipsorum intelligere debemus. Ita enim fieri solitum scimus, vt Spartani nequaquam veluti solitarii, sed quodam satellitio suorum stipati in expeditionem proficiscerentur, quum singuli interdum ad septenos adducerent eorum quos ἄλωτας vocarunt. Sed quid facerent? aut in illis angustiis quid experirentur tutius quàm quod retulit Herodotus? Neque aliud tempus omnino videtur fuisse vel defectionis, vel fugæ, vel transitionis, quàm quod memorauit Herodotus. Sed in tanto tumultu quo pacto exaudiri potuit imploratio? Et interfectos enim scribit nonnullos, & vel de gestu intellectum fuit supplices hos esse. Notas quidem cur impudentissime confingere voluerit, causam equidẽ nullam reperio. Accusat paulo post asperitatem vocabuli, quod de fuga consuluisse dixerit Græcos. Nimis est seuerus noster Aristarchus. Atque etiam illud non tulerit credo, quòd rex regum censet aufugiendum de Troia, non enim (vt opinor) mollius est φυγόμαχον, quàm δημόσιον βελέεσσι. Quid verò de Naxiis & Themistocle dicemus? Scilicet in metu tanti belli, & tempestate barbaricæ classis ingruentis incredibile fuerit, insulanos homines non ad eos proficisci voluisse quibus nemo non iniiciendæ seruitutem impendêre existimaret. Themistocli vero indecorũ aut turpe fuerit, adiutum ipsum alterius consilio, non solum omnia commentum fuisse: at Agamemnonem, non vnum aut alterum, sed decem συμφοιτήτους optare non puduit. Nam in Artemisia quòd faceretis consumit suas, quibus nequaquam abundat, fecisse videtur incognantius.

Polymn. c. 205. & seq.

Callipe. 4. 28.

Polymn. 2. 229.

Polymn. 2. 9.

In

In iis quæ ſequuntur, quod non modò quid perperam ſcripſerit, ſed quæ ſcribere etiam debuerit Herodotus, docere vult, ſit hoc & ipſum præclaræ & ſingularis ſapientiæ Plutarchi. Cetera inuoluta ſuſpicionibus, & alienarum rerum mentionibus confuſa, & fallacibus complexionibus intricata, & anxietate quadam mirifica accuſationis ſeſe ipſa infirmantia, vel relinquamus ſane, vel ad priora remittamus. Ad omnia enim ferme reſponderi dicique idem videtur poſſe: inſaniam eſſe & furorem, non peruerſitatem, neque fraudulentiam, ea commemorare, quæ quum primùm cognita fuiſſent, hominum ſcientia reprobarentur, à poſterioribus autem inter ſe diſſidere & contraria eſſe facilè perſpicerentur. Etſi autem homines docti ac ingenioſi non difficulter reperiunt quomodo aliquid dicendo euertere odioſumque reddere aut ſuſpectum poſſint, tanta eſt tamen vis veritatis, vt neſcio quo pacto, quamuis oppreſſa & obſcurata, illa plerunq; tamen reſiſtat atque eluceat contra dolos & verſutiam. Quapropter non quid conquiſierit ad inſectationem Herodoti Plutarchus, neque conuitia quæ illi facit nimis cupidè, neque ſtudium exagitandi autorem antiquiſſimum, ſed rem ipſam ſpectabimus. Ipſi autem Plutarcho hoc dicimus, *Iliad. 4.*

——σὺ μὲν ἐ κακὰ ταῦτ' ἀγορεύεις.
Οἷ' σθα καὶ ἄλλον μῦθον ἀμείνονα τῶδε νοῆσαι.
Εἰ' δ' ἐπὶ δὴ τῶτον ἀπὸ σπουδῆς ἀγορεύεις,
Ἐξ ἄρχε δή τοι ἔπειτα θεοὶ φρένας ὤλεσαν αὐτοί.

Sic enim videtur non ille quidem quæ ſenſerit ipſe, in hoc libello diſſeruiſſe, ſed vel aliorum voluntati aſſentatus eſſe: vel quid in mala cauſſa poſſet, oſtendere voluiſſe. Quod ſi de animi ſui iudicio & inductione illa ad talem modum diſputauit, profectò in hac parte receſſit à ſe ipſe. Non enim aliter exiſtimo quàm fuiſſe Plutarchum, virum non modò eruditum & ſapientem, ſed etiam bonum, quam famam, præſertim probitatis, vt tueretur, minus curaſſe illum apparet in propoſito accuſationis huius. Sed finem faciamus. Non enim iucunda nobis fuit quaſi contentio & rixa cum tanto viro, quam tamen vt neceſſariam, omittere non potuimus, & in officii (vt rati ſumus) cuſtodia, & in ſtudio nomini bonitatique autoris excellentiſſimi debito.

OBIICITVR autem & hoc nobis, quod quidam volunt à Thucydide contra Herodotum dici, de fabuloſis narrationibus & hiſtoriis confictis ad auditorum voluptatem, *quæ, quum delectatione tantummodo afficerent audientes, in præſentia quidem iuuarent, ſed diuturnum fructum non haberent.* Ego verò non magis in Herodotum hæc conferri poſſe puto, quàm in quemlibet priorum de ſcriptoribus hiſtoriarum. Et (vt verum fatear) illas planè priſcas expoſitiones antiquiſſimarum rerum oratione & verbis ad venuſtatem, & iucunditate quadam animos perfundendum, compoſitas (quales potiſſimùm Pherecydis Syrii fuiſſe accepimus) grauiſſimum autorem exiſtimo veritati rerum geſtarum non oportere præferri cenſuiſſe: ac hilaritatem hiſtoriæ cedere ſeueritati, neque ſuauitatis cuiusdam lenitatem, conſtantiæ & dignitati narrationis anteponi voluiſſe. Sed de hoc quisque, vt lubuerit, ita ſtatuat atque ſentiat. Nos autem hoc teneamus: non modò propter ſermonis elegantiam, & illam cùm ab aliis tum Cicerone laudatam dulcedinem, & quaſi amœnitatem quandam, diligendum hunc autorem, & in manibus ſemper habendum eſſe: ſed propter rerum cognitionem maximarum, propter maximè ad vitam vtilium ſententiarum copiã, ob plurima certò, accuratè, prudenter, honeſtè dicta, magnifaciendum nobis, vel in ſuo potius genere anteponendum vniuerſis. Nota ſunt ex Latinis Ciceronis & Quintiliani elogia præclariſſima huius autoris. Græcorum autem quæ opinio de his libris fuerit, ſatis indicat inſcriptio nominum Muſarum, quibus omnem ſapientiam & doctrinam & ingenii præſtantiam, antiquitatem ſignificaſſe notum eſt. Et quicunque meminere ipſius, honoris & laudis præfationem ſemper vſurpaſſe reperiuntur. Quas ob res neque me pigere operæ poſitæ in hoc autore debere puto, neque non hortandi mihi videntur omnes, vt ſtudio ſingulari in hoc autore verſari, & illum præcipuo amore complecti velint. Nam & mihi fructuoſam fuiſſe lectionem huius videor ſentire, & aliis item futuram eſſe confido. Viſum autem, &c. *Thucyd. lib. 1.* τὴν μὲν ἀκρόασιν τῶν μύθων ἐπὶ τὸ παραχρῆμα ξύγκειται.

DE HERODOTO, EX EODEM IOACH. CAMERARIO.

HERODOTI patrem fuiſſe Lyxem & Dryo matrem perhibent, patria Halicarnaſſenſem: quod præſcriptũ nunc etiã in hiſtoria illius legitur. Parentes in ſua ciuitate bono loco natos tradunt, ipſumq; fratrem habuiſſe Theodorũ nomine. Quum autem teneretur Halicarnaſſus à Lygdamide tyranno, nepote Artemiſiæ reginæ Cariæ, ſeceſſit Herodotus

Lucian. Herodoto, vel Eriomo.

in Samum insulam: atque ibi lingua Ionica historiam magna cum cura compositam in libros nouem: quam quum in frequenti Græciæ conuentu Olympiorum recitauisset, sic placuit vniuersis vt ita audirent quasi Musas loquentes: ideoque libris qui nouem (vt diximus) essent, Musarum nouem indidere nomina. Quum reuersus in patriam autem fuisset ciuibus suis tyranni expellendi, successit quidem res, sed inuidia maxima Herodotum excepit. Ita enim fieri solet vt periculorum metum parta securitate obtrectationes fere sequantur. Cedendum igitur, relinquendos ingratos ciues ratus, quum Atheniensium tum colonia in Thurios Italiæ populos deduceretur, sua sponte illis se colonis socium addidit: & ibi finiuit vitam suam: sepultusque fertur in foro. etsi quidam Pellæ mortuum tradidere. Ipse facit mentionem λόγων Ἀσσυρίων & λόγων Αἰγυπτίων, quos conscripserit: quibus tamen hæc mentio solummodo restat. Herodotum scribunt, quum recitaret in Olympiis (vt suprà retulimus) historias suas, audiuisse Thucydidem qui adhuc ætate puer esset: quumque Thucydides tum quasi diuinitus commotus lacrymas profudisset, animaduertisse hoc Herodotum; & gratulatum fuisse patri ipsius Oloro: hortatumque vt erudiendum curaret filium diligenter: gliscere enim in animo illius cupiditatem bonarum artium atque disciplinarum. De Herodoto Græcum epigramma fertur, quo memoratur & illa inuidiæ fuga & discessio in Thurios.

Cliome, c. 106. Euterpe, c. 161.

Ἡ ῥόδον Λυξίω κρύπτει κόνις ἥδε θανόντα
Ἰάδος ἐκ γαίης ἰσοπέλης πρύτανιν,
Δωρίων πάτρης βλαστὸν ἀπ' ἀνδρὸς ἄπλητον
Μοῦσαν ὑπεκπεφυγὼν, θύελον ἔσχε πάτρην.

Natus apud Halicarnassum, sed magistratum in colonia Thuriorum Aristoph.

quod nos ita aliquando conuertimus,

Terra, situm Herodotum Lyxe, tegit ista sepultum,
Qui priscæ Ionicæ laudem habet historiæ.
Dorica produxit tellus hunc: vnde fugatus
Inuidia, hac patriâ Thuride sedit humo.

Ex eo factum est vt aliqui præscriptionem Halicarnassensis mutarent in Thurii: quod & Plutarchus annotauit in libello De exilio. Reperio relatum hunc in olympiadem LXXVII, & LXXXIIII. cum quo non dissentit quod traditur, floruisse Thucydidem olympiade LXXXVII, & olympiade LXXXVIII mortuum Periclem Xanthippi filium, cuius Herodotus meminit. Plinius vbi de ebeno disserit, Herodotum scribit Thuriis condidisse historiam anno ab V. C. trecentesimodecimo. Quod & ipsum cum numero LXXXVII olympiados consentit, quo aliqui floruisse Herodotum tradidere: quum acceperimus Romam conditam esse circiter olympiada VI. Sane cum Hellanico vixisse fuisseque apud Archelaum, traditum est: quod tempus & EVripidis poëtæ fuit, quem genitum accepimus eo die quo Persæ fuêre à Græcis fusi. Pherecydes & Hecatæus diu ante illũ historias & fabulas cõponere primi oratione soluta cœpere. Fuit & Xanthus quidam scriptor Lydus, quem in Lydorum historia sequutum Herodotum putant. Fuit & Charon Lampsacenus paulò hoc superior, qui & ipse bellum Persicum descripsit. Sed & Hellanicus suas historias ante Herodotum edidit, quas ipse se legisse significat. Fuit hoc nomine Olophyxius Thrax, qui de nymphis & sacris scripsit: & alius, medicus.

Erasm. in 1.

DE DIALECTO IONICA, EX EODEM.

ORATIO Herodoti elegans est, & Ionicæ linguæ propria quadam facilitate, sine omnibus veluti anfractibus, defluens. Dialectus autem (id est peculiare orationis genus) Ionum cum Attica lingua magnam habet communitatem. Nam & hæc quodam tempore appellatio Athenienſium; & Ionicæ omnes coloniæ Athenienſium fuere. In quibus accidit vt sonus vocis & forma sermonis in alieno scilicet solo Asiæ atque insularum mutaretur. Traditum autem est, appellatos primùm Cranaos incolas Atticæ, quum Pelasgi adhuc Græciam tenerent: regnante deinde Cecrope, Cecropidas. Cui quum successisset Erechtheus, tum illis fuisse inditum nomen Athenienſium: ac mox ab Ione ductore, Ionum. Hic fuit Xuthi, vel Apollinis (vt poëtæ) filius, susceptus ex Creusa Erechthei filia: & AEgiali ac Helices regnum tenuit. Cuius gens posita a Dorienſibus pulsi, ab Athenienſibus in ciuitatem recepti fuêre.

Pausan. Achaicis.

Varietates in Ionica lingua hæ fere annotantur. A in η mutatur, nisi Doricum fuerit. αι mutatur in η. Mutatur & ει in η; diuisa diphthongo, itemque in genitiuis nominum ος in ου mutatum est ex οιο. Crassæ mutantur in tenues. Attica mutatio est ττ in σσ. Vtuntur Iones

&c.

& ε cum ο, in genitiuis nominum ις, vbi Attici ω ponunt: quum ιος quoque communis sit & Ionica flexio. Vertunt π in κ. Item αω in ωυ. itaque hæc diphthongus, Ionica vocatur. Pro ω accusatiuo faciunt οων. Duo σσ in ξ mutant. Metaplasmus οι, in ες, Ionicus est. similiter & aliæ quædam suæ huius dialecti formæ sunt. Est & mutatio η in α. Mutant ου in ῶ. item ε in αω. Addunt Iones finali σ, litteram ι, & in verbis, σι. Syllabam ῶ circumflexam, εω faciunt. Interdum & non circumflexum ου primæ declinationis, εω faciunt. Vocabulis initialibus τ præponunt. ο & ε producunt, addita υ & ι. Tertiæ declinationis genitiuum in οιο, de ω proferunt. ῳ faciunt οῖ. Geminant consonantes, vt σσ, τ|, πτ. Inserunt ε, item σ. Iam θε primæ personæ pluralis, θα, & θον dualis, θον faciunt. Inserunt α in patronymicis. Iones integris & incontractis verbis nominibusque & participiis aduerbiisque, omnibus denique orationis partibus vtuntur. Mutant λω in εα. Augmenta præteritorum & aliarum dictionum initia abiiciunt. τ nominum in ως in declinatione elidunt. Vtuntur reduplicatione. Vtuntur & transpositione tam litterarum quàm syllabarum. Abiiciunt ι de diphthongo ει. Initiales litteras abiiciunt. Ex ιε faciunt ι longum. Suas habent tertias personas plurales præteriti perfecti passiui, posita littera α ante ται finale, vt & in aliis. Infinitiua per syllabam μεν producunt. Sunt & contractiones & synalœphæ Ionum: sunt & apocopæ.

Horum exempla promiscuè subnotauimus, & aliis quibusdam proprietatibus dialecti Ionicæ indicatis. Ἡροδότου Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε, pro Ἁλικαρνασσέως ἱστορίας ἀπόδειξις. Θωυμαζὰ, pro θαυμαζέ. Ἰοὼ τλὼ Ἰνάχε, pro Ἰὼ. Πλεῦνας, pro πλέονας. Ἀϊὼ ἦς, pro ἀΐδιος ἦς. Ἀπτλόμβυοι, pro ἀφελόμβυοι. & Ἀξιαπηγητότατα, pro ἀξιαφηγητότατα. Διαπεξαμβύας καὶ τἄλλα τ' εἵνεκεν, pro διαπερξαμβύας καὶ τὰ ἄλλα ὧν ἕνεκα. Ἐγεγόνεε, pro ἐγεγόνει. Ἤδεε, pro ἤδει. Δεατότια, pro διατότιλω. Μίδης, pro Μίδας. Θρόνον βασιλήιον, pro βασίλειον. Ἐστάμβυαι, pro ἐστάναι. Ἐπικρατῆσι, pro ἐπικρατοῦσι. Κυρίλλω τ' ἡμερέων, pro κυρίαν τ' ἡμερῶν. Κιθῶνας, pro χιτῶνας. Ἐπὶ νόον ποιεῦσι, pro ἐπὶ νοῦν ποιοῦσι. Πελέαται, pro πλείονται. Ἰρὸν, pro ἱερόν. Ὁρτὴ, pro ἑορτή. Κεῖνος, pro ἐκεῖνος. Ἐὼν, ἐοῦσα, pro ὤν, οὖσα. Κεχωρίδαται, pro κεχωρισμβύοι εἰσί. Ἐπτάχατο, pro πεπαγμβύοι ἦσαν. Τὠρχαῖον, ὤνθρωπε, ὠνὴρ, ὠνὴρ, ἄτερος, τἀνθρώπου, pro τὸ ἀρχαῖον, ὦ ἄνθρωπε, ὦ ἄναξ, ὁ ἀνὴρ, ὁ ἕτερος, ἡ ἀνθρώπου. quæ Attica synalœpha & in aliis reperitur: vt θατέρα, ἕ ἑτέρα. Τ' ἔλιος, πόλιος, pro ὕδατος, πόλεως. Ἐγχειρίδιοισι, pro ἐγχειριδίοις. Ἐπαὶ, ἀδελφεὸς, pro ἐπεὶ, ἀδελφός. Τἄνομα, μουνοῦνος, ξεῖνος, pro τὸ ὄνομα, μόνος, ξένος. Παεῦσι, pro παῦσι. ἐδικαίευν, pro ἐδικαίουν. Μεγαθῦνος, τέμενεα, pro μεγαθύνος, τέμενεα. Ὀπέωνες, pro ὀπαδοί. Ὀρέων, pro ὁρῶν. ςαθμεώμβυοι, pro ςαθμεόμβυοι. χρεωμβύων, pro χρεωμβύων. Κιωὴν, pro κιωῆ. ἀνθρωπίη, pro ἀνθρωπῆ. Τυφὼ, ἄθω, pro τυφῶν, ἄθων. quod plane Atticum est. Πλεῦν, pro πλέον. Προσδέκεο, pro προσδέχου. Ὤεα, pro ἐάσεα. Διξὰ, τριξὰ, pro δισσὰ, τρισσά. Αὖτόπεω, pro αὐτόπλω. Ἐντῆσι ἀμάξῃσι, pro ἐν ταῖς ἁμάξαις. ac concursum omnino vocalium Iones amant. Ἄδρηστα, pro ἄδεαστα, *quæ non soleret aufugere.* Ἐπιβατέων, pro ἐπιβατῶν. Ὁκόσον, ὄκα, κότε, pro ὁπόσον, ὅπου, πότε. Βεβάλιες, ἔφις, pro βεβάλεις & ὄφεις. Ἐσωθέντες, pro ἠσωθέντες· & ἔσονες, pro ἦσονες. Ἀδαὲς, pro ἀδαεῖς. Οἴκωσι, pro ἐοίκασι. Κέρια & γέρια, pro κέρεα & γέρεα, contracto de κέρεα, elisso τ. Ἐστελάδατο, ἐστιλμβύοι ἦσαν. Καπεςράφατο, καπεςραμμβύοι ἦσαν. Τρῶμα, pro τραῦμα, omisso υ. nisi magis est à verbo Ionico factum quod τρώειν illi dicunt. id est, ἰατρώσκειν. Apud Homerum ἔμπλεες, pro ἔμπλεοι positum volunt: Ἐρυσίρματις ἵπποι. Herodotus Αὖ τοπέλεες, pro αὐτοπέλευται. Contrà μάρτυροι & φύλακοι, Iones, pro μάρτυρες & φύλακες. Οὖψαι, pro ὄψει. quod Atticis est ὄψῃ. Ἀπικόατο, pro ἀφίκοντο. Ὁρμέατο, pro ὥρμηντο. Μαιανδρίων, pro Μιλησίων. Λᾶξις, pro λᾶας. ος in οιο solutio, & θα, ac θον, ποιητικώτερον videtur. Τ' περσέιον, λωΐον, pro ἱερεῖον, λῷον. Κραδίη, pro καρδία. κρατερὸς, pro καρτερός· vt Homero Κράπαθος, pro Κάρπαθος. Reduplicationes sunt Homericæ, Τετύκοντο, σκέλεθον, τετιγών. Herodotus Ἀραιημβύοι dixit pro ἠραιωμένοι. Ἐνθεῦτεν, pro ἐντεῦθεν. Ἀποδαινεύμβυοι, pro ἀποδαινόμβυοι. Duplicationes consonantium Ionicæ illæ quidem esse perhibentur, sed sunt poëticæ, vt ὄβριμον Φερτερός εἰμι. Ὄτλα τοι ἐν μεγάροισι. Ὀππότ' ἀνὴρ ἐθέλει.

EX EODEM.

Ionicus est & articuli pleonasmus. vt, Τὰς μὲν ἀνασπάσειεν, ὁ δ' Ἀτρεΐδης ἐναείρει, pro ἐναείρει δέ. in quibus ὁ pronomen esse volunt, & significare αὐτὸς, Ionicè. Polymnia, εἰ μή τι ἄλλο Φάλαρα φέροντα τῷ βαρβάρῳ, ἓν μὲν ἔλεγεν οὐδέν, ὃ δὲ τῷ εὐτυχέστατα συλλεγόμενον, *siquid ineras quod frandi esset barbaro, eorum nihil memorabat, sed eligens maximè fausta.*

Et quidem & aliorum pronominum hic vsus, εἰ δὲ ταῦτα ἐποιήσαμεν οὐκ ἐβουλόμεθα, οὐδ' ἂν πάντως ἐπιτήδεια ἀνάξαν, *quæ nobis & certè non essent.* Et tursum, ἀλλ' οἵ γε, pro ἤ γε. Iliad. ρ.

ὣς ἐπεὶ ἄρ κε κάμῃσι κιὼν τ' ἀνὰ δῆμον ἵκηται,
Οἵ τέ μιν ὡς εἰσῶσι βροτῶν ἐν πᾶσι ἄνακτα,
Καίνυται ἐν ἔργῳ ζωστῆρες, ὁ δ' ἀρείων ἐρατίζων Ἰθύει.

Ionum sunt anastrophæ. vt, ὄρνιθες ὣς. Iliad. β,-ἔ σε ἔοικε κακὸν ὡς δειδίσσεσθαι. Sic ὣς ἔπος ἔφ' ὣς. Et, βιοτῆς πῶϋ μὰλ' αὐθρωπίνης πέρι. Iliad. β. πάρ δ' ἤδη ἔχεν χθὼν γαῖα μέλαινα. i. κατέχει.

Sunt & ἀποκοπαὶ Ionicæ verbi substantiui. vt, ἔνι pro ἔνεστι, μέτα pro μέτεστι, Hom. ἔστιν γε καὶ ἄλλοι, id est, πάρεισιν ἐμοί.

Cùm aliter, tum interposito ὦν dirimunt coniungenda. μέχρι μὲν ὧν τούτων, & ἐς τὸ πρόσω τὰ κέρεα ἐλίσσων, id est, ὠθεῖ λίσσων. & καθ' ὧν ἀπάλυψε, pro κατεπάλυψε. & κατὰ μὲν Φάρμακος ἐμέ. pro κατεφάρμαξας ἐμέ. & εἶπε τῆς Βαβυλωνίων, pro τῶν Βαβυλωνίων ἧς. Sic ὡς ἦ αὖτως, pro ἐστὶν ὡς ἦ. Iliad. β, καδδέ κεν εὐχωλὴν. & Iliad. ρ,--ἀπὸ ἦ μελιηδέα θυμὸν ἔλωμαι, pro κατ' ἦ εὐχωλὴν, & ἀφέλωμαι θυμόν. Iliad. α, ὄφρ δ' ἕλον Ἀργείοι. i. ἑξεῖλον δέ. Sic κατὸ δ' ἧρεν, pro ὑφῆρεν. Polymn. Ἀπάγοντα τὰ χρήματα ἄγων, i. ἀπάγων.

Præpositiones absolutè, quasi aduerbialiter, sæpe ponunt; μετὰ δὲ τὸν στρατὸν ἀπικομένους τοὺς Σάρδεις, *postea verò, quum exercitus Sardis venisset*. Sic, καὶ πρὸς αὐτοῖσι ἔτι, *præterea*. Iliad. χ. Πρὸς δέ μετ' δύσιλον ἔπι φρονέοντ' ἐλέαιρε. Alibi, ἐν δ' αὐτὸς ἐδύσατο καλὰ παρήια. Item, Διὸς ἐν δ' ἔστη καὶ τῆς. Herod. Polymnia, ἐν ᾗ Ἀρτέμιδος ἱρὸν, *in illo litore est fanum Dianæ*.

Ionicum est casum ad præpositionem referri quæ cum verbo adiuncto componi est. vt, ἅτις οἱ ἐνοῤῥώη, id est ὅ, τι ὀρῷτο ἐν αὐτῷ, *quid in se animaduerteret*. Iliad. β, -τίς δ' ἂν ἔτι μιμνάσκοιτο, id est, ἐπὶ τὸν ἔμεμφε. Et ὤμοισιν ἐπείη. i. εἴη ἐπὶ τοῖς ὤμοις. Item Iliad. ν, θεσσεῦσι δ' ἔπεσσι κατὰ φρένα θέλξαι. i. ἐς τὰς φρένας. Herod. Clione, τέλα γὰρ ἔτεα ἐπανεβάλετο τὴν Σαρδίων ἅλωσιν, id est, ἐς ἕτερα τέλα, *in tertium annum distulit Sardium expugnationem*. Idem, ἀπέζευξε τὴν χώρης τὴν Ἀργείης, id est, ἔζευξε ἀπὸ τὴν χώρης.

Singularis vsus infinitiui εἶναι, Ionicus est, hoc modo, καὶ τὰς Ἴωνας ἐν τῷδε λόγῳ πρωταίμους τῷ πρώτῳ εἶναι, *vt hæc prima quidem cura esset*. Et, ὧδε ὁμολογήσαμεν ἐόντες εἶναι, *quod volentibus quidem nobis fiat*. Et, τὸ ἦ σύμπαν εἶναι, *In quo totum verteret*, aut *Re ipsa*.

HERO-

HERODOTI VOCABVLA IONICA, ET QVÆDAM LOQVENDI GENERA, ILLI CVM HOMERO MAGNA ex parte communia: necnon alia.

COLLECTA ET LATINE REDDITA, PARTIM AB IOACHIMO CAMERARIO, partim ab Henrico Stephano: littera C *illius nomen,* H *huius nomen indicante, à quo & addita nunc fuerunt aliquibus Camerarii interpretationibus exempla.*

HENRICVS STEPHANVS LECTIONIS Herodoti ſtudioſis.

SI *vulgo receptum morem vſurpare, quàm meum tenere, maluiſſem, Ioach. Camerarii nomen ſilentio præteriiſſem: ac titulum huic opuſculo præfixiſſem quo hanc recenſionem pariter & interpretationem vocabulorum, quæ quum Herodotus ſibi habere peculiaria videatur, habet tamen cum ceteris Ionibus, & nominatim cum ipſo etiam Homero (ad pleraque quod attinet) communia, totam ſuſcepiſſem & in me recepiſſem. Nec tamen magnum onus humeris meis impoſuiſſem. quæ enim Camerarius de illis vocabulis antea ſcripſerat, meis infarciendo, eaq; pro meis oſtentando, magnum oneris leuamentum in promptu mihi fore animaduertebam. Præſertim vero quum multo plures à me quam ab illo voces recenſerentur & exponerentur, ſub meæ commentationis prætextu dominium in illius quoque commentatiunculam vſurpare, res fuiſſet quæ multorum exemplis defendi (ſi exempla malam defendere cauſſam queunt) potuiſſet. Verùm ego non ſolùm, alienis tantummodo plumis ſe veſtire, corniculæ in morem, ſed etiam vel miſcere ſuis alienas, atque id diſſimulare, vix ingenui eſſe hominis, ſemper exiſtimaui. Atque hoc & meus Theſaurus teſtari abunde poteſt. Quinetiam Paralipomena tantùm inſtitutionis grammatices (aut ſaltem eorum partem) ſcribere malui, quàm meam inſtitutionem grammatices ad tam multas aliorum addendo, in aliena plurima manum iniicere, ſimulq; miſeros lectores crambe toties repetita occidere. Neque tamen ſum neſcius, reperiri quotidie qui multo maiori cum turpitudine plagiarii ſint: id eſt, multo turpius & magis pudendum plagium committant, dum aliena, & quidem è multorum nonnunquam libris conſarcinata, ſiue conſuta, aut (ſicut Græca vox magis placet) συρραμμένα (licet eorum nonnulli ne artem quidem talia conſarcinandi, ſiue conſuendi, ſiue τὸ συρράπτειν, calleant) impudentiſſimo noui tituli libri, aut noui ſaltem nominis autoris, mendacio, pro ſuis obtrudentes, & obtruſa venditantes, fucum faciunt: etiamſi nulla futura ſint quæ vel χεῖ tam multis alienis οἰκόθεν (id eſt, de ſuo) inſuiſſe dici poſſint.*

Ceterùm, quamuis pauca illa quæ Camerarii ſunt, ita meis inſeruerim (appoſito vbique eius nomine) vt intacta in illis omnia reliquerim, fuiſſe tamen vbi eius interpretationi nonnullarum vocum aliquid adiicere, aut in eam non ſine aliquo fortaſſe lectoris fructu inquirere potuerim, oſtendam alias (deo faciente) in iis quibus Herodoti lectores, præſertimq; eius valde ſtudioſos, amplius iuuabo. Sed malui exemplum alicubi adiectione, aut exempli, vbi Camer. nullum attulerat, contentus eſſe. Ne hoc quidem tum conſtitui in quibusdam vocabulis exempla Homeri, in quibusdam Hippocratis, (quæ Erotiani, & Galeni lexicon, quum ea excudi, deſtinaueram) in nonnullis, vtriusque, attuliſſe.

A.

Ἄγειν καὶ φέρειν, Ionicum est de hostilibus direptionibus. Herodot. lib. I. c. 88. φέρεσί τε καὶ ἄγεσι τὰ σά. Et rursum II, 166. καὶ ἄγον δὴ ἐνθεῦτεν ἔφερον τοὺς ωὲρὶ οἴκεας ἅπαντας. Iliad. ε, οἷόν κ' ἠὲ φέροιεν Ἀχαιοὶ ἤνεν ἄγοιεν. Neq; me fugit, & apud Xenophontem & alios Articos autores hãc figuram reperiri. nam & alia, quæ vt Ionica annotauimus, illi vsurparunt. vtriusq; enim linguæ eadẽ (vt suprà diximus) origo fuit. C.

Ἀγινέειν vide in Ἀπαγινέειν. Pass. Ἀγινέομαι & activa significat. *Adducens*, VII, 33. ἀγινεόμενος γυναῖκας. H.

Ἀγοράομαι, ὦμαι, *Concionor*, *Concionem habeo*. Vnde ἠγορόωντο, VI, 11. ἐγίνοντο ἀγοραί. καὶ δὴ καὶ σφι καὶ ἄλλοι ἠγορόωντο. Sic Hom. Il. σ, versu 1. Οἱ ἦ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο. Sed hic est potius *Concilium habebant*, *Consultabant*. At quum dicit, ἀγορήσατο δὲ μετέπειτα est *Concionem habuit*. Verbum autem Ἀγοράζω apud hunc (sicut apud Thucyd. & Aristoph.) est, *In foro versor*. H.

Ἀγχίστροφα, *In contrarium mutata*, *Contraria*. ἀγχίστροφα βουλεύομαι, VII, 13. Proprie autem Ἀγχίστροφον q.d. *Conuersionem*, id est, mutationem, *propinquam habens*, siue *Mutationi propinquum*. H.

Ἀγωνίδατα pro ἠγωνισμένοι εἰσὶ, sed passiua significat. pro *Decertati sunt*: IX, 26: 2. πολλοὶ μὲν γάρ τε καὶ εὖ ἔχοντες ωρὸς ὑμέας ἡμῶν αἱ ἄνδρες Σπαρτιῆται, ἀγῶνες ἀγωνίδατα, *multa certamina decertata sunt*. Sed perperam in Aldina & Germ. edit. ἀγῶνας pro ἀγῶνες scriptum est. H.

Ἀδαέες, *Ignari*, *Imperiti*. IX, 45. ἡμεῖς ἦ ἄπειροί τε εἰμὶ καὶ ἀδαέες τουτέων τῶν ἀνδρῶν. H.

Ab eodem pro Ἀδαὴς dicitur Ἀδαήμων, vt VIII, 65. ἀδαήμονα τῶν ἱρῶν. Quinetiam verbum Δεδάηκε, *didicit*. H.

Ἀδέειν & Ἀνδάνειν, *Placere*, Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀλεξάνδρου ἥνδανε θυμῷ. Et, Ὡς ὄφελες θανατός τοι ἀπὸ ἕο φίλος ἦεν καὶ ἀδείης κακός. C. Vide Ἀπαδέειν & Ἐπαδέειν.

Ἀϊμασιαὶ, *Septa*. Sed addit Herod. in primo, c. 180. αἱμασιὴ πολιήτεων ὀπίσω. Odyss. σ, αἱμασιάς τε λέγων, *Septa sirueus*. C.

Αἴνη, *Existimatio*. C.

Αἰχμὴ κακῶς ἐσηκέναι dicitur apud Ionas, ab Herodoto, rarissimo sed elegantissimo loquendi genere, lib. VII. c. 152. de Argiuis, ἐπείδή σφι ωρὸς Λακεδαιμονίους κακὴν ἐχμὴν ἔσηκαν, hoc sensu, *Quum minimè secundam res aduersus Lacedæmonios prælium fuisset*. Quam interpretationem etsi aperte præcedentia & sequentia confirmant, possit tamen ea & Eustathii testimonio comprobari; qui postquam dixit, δόρυ nonnunquam significare πόλεμον, id est, *bellum*, (veluti quem aliquis vocatur δουρὶ κλυτὸς) itidemque vocem ἔγχος vsum istum habere: vnde δορυσσόος & αἰχμήεις significare pariter ὁ ἐν πολέμῳ ἀλκὺς. Iubiungit deinde Ἡρόδοτος τοῖς Ἰωσὶν, ὡς κακῶς αὐτοῖς ἔσχηκε ωρὸς τοὺς βαρβάρους ἡ γοῦν εὐδυτυχία ἐκείνη μόνον. Additque, hoc ex consequenti effectum. Ἐδάκνετο γὰρ τοῖς ἐν μάχῃ δυστυχήσασι καὶ τοῖς ἐξ ἀγορᾶς τὴν αἰχμὴν. Ceterum in ea quoque notione nomen hoc pro *bello* vsurpatum esse apud Ionas sciendum est, quibus Homericum illud appellant ὁμαιχμίην: quod alibi (vt VIII, 140: 1. ὁμαιχμίην σφι ωροφέρων. Ab eadem voce est μεταίχμιον. vnde μεταίχμιον τῶν γῆν ἐνεμόμεθα, VIII, 140: 2. μεταίχμιον τῶν γῆν ἐνεμόμεθα. H.

Ἀλέες, *Conferti*. Et Ἀλίζεσθαι ac Συναλίζεσθαι, *Colligi* seu *Congregari*. Et Ἀλίη, *Cœtus*. C. Exemplum verbi Ἀλίζεσθαι, I, 79. ἀλίζεσθαι τὴν τῶν Λυδῶν δύναμιν. Vtitur & Hippocr. hoc verbo Ἀλίζεσθαι. Inuenitur autem & actiuum Ἀλίζειν apud Herod. VII, 12. necnon compositum Συναλίζειν, I, 126. Ad nomen autem ἀλέες quod attinet, sciendum est, ἄλες quoq; apud Hipp. exstare: atque alicubi ἄλες & πολὺν copulari.

Ἀλεινὴ χώρη, *Calida regio*. Et Ἀλέη, *Calor*, vt in locis apricis. C.

Ἀλεωρὴ à Valla redditur *Remedium*, IX, 6. ὡς καὶ αὐτῷ ἐνὶ ἀλεωρὴν εὑρήσοντα. Proprie autẽ sonat *Enitatio*, *Declinatio*, *Effugium*. Ac redditur etiam *Leuamen*, & *Laxamentum*, necnon *Solatium*. Hippocr. ἐν ωαραλύσιος vtitur, Ἀνέσιος γὰρ νόσου ἐνὶς καμόντι ωερὶ χεῖρα μεγάλην ἀλεωρή. Ἀλὴ vt ab Homero, ita etiam ab Herod. quibusdam loquendi generibus adhibetur: quorum vel frequentissimum est (nisi me memoria fallit) ἐς ἀλκὴν τρέπεσθαι, quo videtur significari quod vulgò dicimus, *Se mettre en defense*. Hoc autem existimatur dici à Liuio, *Vim parare*: veluti quum scribit, *Alios vim parantes occidit*, III, 78. αἰνά τε ἔδραμον ωάλιν ἀμφότεροι, καὶ ὡς ἔμαθον τὸ ωιευμένους ωρὸς ἀλκὴν ἑτέρους. Quibus verbis subiungit, ὁμοῦ δὴ αὐτέων φθαμένων τε καὶ ἀλεομένων, ὁ ἦ ωρὸς τὴν αἰχμὴν ἐτράπετο. (vbi obserua simul eundẽ vsum verbi τρέπεσθαι cum alio accusatiuo.) Estque ωρὸς ἀλκὴν τρέπεσθαι tanquam genus, at ωρὸς αἰχμὴν τρέπεσθαι, velut species. Paulo pòst τῇ χειρὶ χρῆσθαι hac in signif. vsurpat: ἀρίων δὲ μὴν ὁ ἕτερος ἐστὼς, ὁ Γοβρύης εἵρητο ὅτι ἀ χρῆται τῇ χειρί. Alioqui χειρὶ χρῆσθαι reddi etiam potest *Manum conserere*. Fortassis tamen ωρὸς ἀλκὴν ἑτέρους ἐνιέναι eo in loco reddendum potius fuerit, *Fugere cœperunt*, vel, *Vim moliti sunt*, aut *Totis viribus obsistere cœperunt*. Nam illud *Vim parare*, minus est in quibusdam locis quàm ωρὸς ἀλκὴν τρέπεσθαι, veluti quum in principio II, 45. dicitur de Hercule, ἐς ἀλκὴν τε ἀπόμενον ωάσης Φοίνικος καὶ Φοινίσσης. H.

Ἀλογέω,

Ἀλογέω, *Nullam rationem alicuius rei habeo, contemno.* Vnde ἀλογήσας, III, 124. Sic & ὑποσ. Κατηλογέων vnde κατηλογέοντα, III, 121. H.

Ἁμαρτὰς pro ἁμαρτία, *Peccatum.* vt I, 167. αἰτιόωνται τὴν ἁμαρτάδα. H.

Ἀμεώσας, ἀναδεήσας. C. Sic Ἐπιδώσαιτο pro ἐπιδεήσαιτο, I, 87. initio. H.

Ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν, *Seipsos vicerunt.* C.

Ἀμφισσασία, *Disceptatio*, vel *Dissensio.* C.

Ἀναγνώσκω, *Suadeo, persuadeo*, (quẽ admodũ πείθω vtrunque vsum habet) vt VII, 10, γνόντα ἐπ' οἷσι αὐδεὰς ἀναγνώσκεις βασιλῆα στρατεύεσθαι. vbi est potius *suades*, quàm *persuades*: quamuis postea persuaserit. At IV, 158. αὐέγνωσαν ἐκλιπεῖν non solùm *suaserunt*, sed etiam *persuaserunt.* Sic etiam I, 187. τίς σε ἀνθρώπων ἀνέγνωσε, sequente infinitiuo κατασῆσαι. Itidem pass. Ἀναγνωσθείς, *persuasus*, in IV, 154. ὁ δὲ ἀναγνωσθεὶς ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ἔργον οὐκ ὅσιον ἐμηχανᾶτο ἐπὶ τῷ φυσατεῖ, *Is autem, ab vxore persuasus, rem nefariam aduersus filii moliri capit.* At interpres malè ἀναγνωσθεὶς reddidit *deceptas.* Omnemque illi excusationem præripit verbum πείθει, quod proximè præcedit, de eadem, πείθει τὸν ἄνδρα ταῦτα ἔχειν ἅτω. Quinetiam lib. III, c. 61, actiuæ voci ἀναγνώσας aliam tribuit significationem idem interpres: τῶπον τὸν ἄνδρα ἀναγνώσας ὁ μάγος Πατιζείθης ὡς οἱ αὐτὸς πάντα διαπρήξει, εἶσε ἄγων ἐς βασιλήιον θρόνον. ita enim hæc reddidit, *Hunc virum magus Patizithes instructum quemadmodum ipse illi omnia peracturus esset, in regium solium perducit.* Quum debuisset ita vertere, *Huic viro quum persuasisset magus Patizithes fore vt ipse illi omnia effecta redderet.* Erat enim Patizithes qui Smerdi omnia confecturus erat, non contrà: quod tamen potius præ se ferre videtur altera interpretatio. Vt autem Ἀναγνώσκω, sic etiam Συγγινώσκω apud Herodotũ à vulgari vsu discedit. Sed quid de Galeno & Erotiano dicemus, verbum ἀναγνῶναι apud Hippocratem Ionica dialecto vtentem & ipsum, non [illegible] id est, *Persuadere*, sed μεταπεῖσαι, (id est, *Dissuadere*, vel *De sententia deducere*, *A sententia dimouere*) necnon μεταδιδόξαι exponentibus τὰ ἀναγνώσματα (inquit Hippocr. lib. De artic. [illegible] ἀναγνῶναι, εἰ μὴ μόλις, ὅτι τοῦ ἐς τοιόνδε. Suspicor, vnum ex altero sumpsisse, qui loco præpropere (vt fit) lecto, nec bene memoriæ mandato, horum tantùm verborum recordatus sit, τὰ ἀναγνῶναι (ac non horum etiam quæ subiunguntur, ὅτι τοῦ ἐς τοιόνδε) similique præpositionis ἀνὰ verbo γνῶναι præfixæ vsum eum imaginatus sit quem habet in aliis quibusdam verbis & nominatim in Ἀναδιδάσκομαι, apud ipsum Herodotũ. Hoc etiam addo, per eram Galenum, & Erotianũ ἀναγνῶναι, non ἀναγνῶσαι legisse apud Hippocratem: & quosdam malè lectionem hanc in illam mutandam censuisse. Nam & hìc ex I, 87 habes αὐέγνωσε, & legitur itidẽ VI, 75. Eodẽq; modo exstat αὐέγνωσαν I, 128. Sic autẽ & I, 85. ἄλλον γνώσας: vbi repono ἀλλογνώσας.

Ἀναγκαίη pro αὐάγκη. vt in I, 11. μὴ μιν αἰναγκαίη ἐνδεῖν. H.

Ἀναδιδάσκεσθαι vide VIII, 63 initio, & quę adscripsi margini. H.

Ἀναιρεῖσθαι, vide in Ἐπαναιρεῖσθαι.

Ἀναισιμοῦσθαι. vt I, 72 fine, πέντε ἡμέραι αἰναισιμοῦνται, *Quinque dies insumuntur.* siue *impenduntur.* H.

Ἀναχὼς ἔχειν, Φροντίζειν, seu ἐθπιμελῶς ἔχειν. VIII, 109 fine, ἀτόρα αἰαχὼς ἐχέτω. C.

Ἀναωλῶσαι pro αἰαπολεῦσαι. C.

Ἀνάπυσον, *Quod innotuit*, *Patefactum*, *Palam factum.* VI, 66. extremo, ὑστέρῳ μηνὶ χρόνῳ αὐάπυστα ἐγένετο ταῦτα. Sed malè in Ald. & German. edit. αὐάπεισα. contrà verò rectè in iisdem, paulo antè, αὐάπυστα ἐγένετο ταῦτα. H.

Ἀνεθέλητον, quod ab aliis dicitur ἀβούλητον, *de eo quod triste nobis accidit.* VII, 133 ὅ, τι ἦ τῖσι Ἀθηναίοισι ταῦτα ποιήσαντες τὸν κήρυκα σωφρόνεσκε αὐεθέλητον γενέσθαι, οὐκ ἔχω εἰπεῖν, πλὴν ὅτι σφέων ἡ χώρη καὶ ἡ πόλις ἐδηώθη, *quid aduersi illis contigerit.* Et αὐεθέλητος συμφορὴ apud eundem, (sicut dicitur ἀβούλητος συμφορὰ) alibi ἄχαρις συμφορή. Quibus in locis vocabulũ συμφορὰ ponitur tanquã μέσον, more antiquo. H.

Ἀνειμένως. II, 167. τὰς εἰς πόλεμον αὐειμένας. *bello deditos.* Sic paulo ante, αὐειῶντας τὸ μάχιμον. Sed ibi, sicut & in Ald. edit. male αὐεῖντας. H.

Ἀνελεῖν, est *Respondere*, vt de oraculis Latini dixere. I, 13. ἐὼ μὲν δὴ τὸ χρηστήριον αὐέλη μιν βασιλέα εἶναι τῶν Λυδῶν. *Si oraculum responderit, ipsum regem Lydorum esse.* Euterpe, c. 139. αὐεῖλε ὡς δέοι αὐτὸν Αἰγύπτιον ἐξαιρεῦσαι ἔτεα πεντήκοντα. C.

Ἀνέωνται, vide in Ἀνεμένως.

Ἀνταίω, ῶ, ex quo λάτησε pro ἔτυχε II, 119, initio, καὶ ξενίων λάτησε μεγάλων. quum præcedenti cap. 115. dixisset, ξενίων τυχών. Sic Homerus Iliad. α. αὐτιόωσας dixit pro τυχὼν, siue ἀπολαύσας, aut μεταχών· vbi canit Αἴ κέν ποτε ἀρνῶν κνίσης αἰγῶν τε τελείων βάλεται αὐλιόωσας, ἡμῖν δὲ λοιγὸν ἀμῦναι. Facit autẽ illud αὐτὰν vt minus mirari debeamus participium ἀπαντήσαντες genitiuo itidem iunctum, hoc in versu, Ἀ δειλοὶ νεότητος ἀπαντήσαντες ἐκείνης πρωτοπόρου, δι' ὅσης ἤλθετε πυρκαιῆς. vel πρωτοβόλους, vt alibi legitur. pro quo tamen malim πρωτοβόλοις. Suspicor autem priorem illum versum mutatum fuisse ab iis quibus insolens videbatur ille vsus participii ἀπαντήσαντες. Pro illo enim habetur hic, Anthol. epigr. lib. III, pag. 232. meæ editionis, Ἦν νέον ἡδομένοις ἀπαντήσαντες ἔαρι. H.

Ἀντίος, *Aduersarius*, *Hostis*, ἐναντίος, πολέμιος. In cap. 218. lib. VII. ἐλπόμενοι μὲν αὐδενὰ σφι φανήσεσθαι ἀντίον· ἐπεκύρησαν δὲ

adiectiuè, γνώμη αὐτίξοος, *Sententia contraria, Sententia repugnans*, VIII, 119. H.

Ἀντιούμβροι sunt Ionibus qui aliis ἐναυλιόμενοι, siue ἐναντίοι. vt initio Melpomenes, ἢ νικήσαντες μάχῃ ἐς αὐτημένους. Paulo pòst, εὗρον γὰρ αὐλιεμένους σφι γραῦλιν ὀλίγην. At verò alibi VII, 9. cum accus. personę, sequente etiam præpositione ἐς, habente suum accusatiuum, pro *Occurrere* seu *obuiam venire hostiliter*. H.

Ἀντιπόλεμοι, *Hostes, Aduersarii*, πολέμιοι. VII, 236, fine. H.

Ἀνωσάμβροι, VII, 139. in fine, καὶ βασιλῆα μετὰ μεγάλης ἀνωσάμβροι. *Qui repulerunt*, pro ἀπωσάμβροι. nisi fortè hoc ipsum reponendum sit. H.

Voce χρῆμα locos aliquot, tanquam eiusdem rei exempla, affert, quum tamen non cum eo in omnibus illis locis vsum habeat vox ea de qua agitur. Quatuor enim exemplorum, quæ proponit, primum ei est hic locus, σὺς μέγα χρῆμα· secundum, iste, τυρεννὶς, χρῆμα σφαλερόν· tertium, χρῆμα πολλῶν νεῶν· quartum, χρῆμα χειμῶν ἀφόρητον. at qui in illo secundo loco vbi dicitur, τυρεννὶς, χρῆμα σφαλερὸν, non idem est vsus vocabuli χρῆμα, qui in ceteris tribus: adeo vt χρῆμα in πρᾶγμα mutando, dici queat eodem sensu τυρεννὶς, πρᾶγμα σφαλερόν· at in ceteris tribus locis vbi genitiuus iungitur illi nomini χρῆμα, hæc mutatio locum non habeat. Quoniam autem huius loquendi generis nullam ille expositionem addit, ideóque lector eam se à me expectare non immerito dicturus est, oro vt meum Thesaurum consulere, & ita vicariam operam illum mihi præstare, malit: simulque diligenter eum quem ibi propono Plauti locum expendere, annon in eo Ionicam illam phrasin repræsentare, aut saltem adeam alludere, voluerit. Simul autem inde discet, non minus Atticis quam Ionibus vsitatum illud loquendi genus fuisse, quum & Aristophanes eo vtatur. Ac sunt certe & alia plurima quæ Attici ab Ionibus mutuari non dubitarunt.

In iis quæ paruo interuallo sequuntur (pauca enim tantum verba intercesta sunt, quibus vox ψῆνες exponitur: pro qua perperam scriptum esse χῆνες in editione Basiliensi paulo ante dixi) postquam ὥρην ἔχειν interpretatus est *Respectum habere aut curam*: subiungit, *Εἰ δὲ μὴ ὥρη ἔχει, Nihil momenti attulerit.* Quæ tamen interpretatio conuenire loco non potest. Sunt enim verba illa ex hoc lib. III, 155. loco, τὸ οἰωνοῦ χρατῆς τὸ ὁρμᾶν ὥρην ἔχειν ἀπὸ χυμβόλου. Sententiam autem hæc, *Cuius amissionem nemo curabit*, vel, *De cuius amissione nihil pensi cuiquam erit.*

Sed nec ad verbi γνωσιμαχέειν interpretationem non satis attentionis adhibuisse videtur: atque id vel ex iis intelligere poteris quæ in meo Thesauro de verbo illo dicuntur.

Venio nunc ad aliud cuius mentionem obiter tantùm feci in illa ipsa recensione, si forte diutius differam, obliuiscar. Id autem est de vocabulo ἔγκοτος. Dixi enim nequaquam persuadere mihi posse, ἔγκοτον in duobus quos legissem Herodoti locis, pro κότον positum esse. Ideo autem à me dictum hoc est, quòd vocem hanc pro adiectiuo tantum nomine habeam, & nihilomagis substantiuum esse nomen posse existimem quàm ἔγκωμον, aut ἔγγονον, aut ἔμπονον. Confirmant autem, mihi hanc opinionem quatuor nostri scriptoris loci: quorum primus sit hic, VI, 73. δεινὸν γυνὰ σφι ἔγκοτον ἀμφὶ τῷ ἀσπηλακισμὸν ἔχων. Secundus autem hic, VI, 133. ἀτὰρ γυνὰ ἔγκοτον εἶχε. Tertius sit iste, VIII, 29. ἔγκοτόν σφι ἀμφοτέρων ἔχοντες. Ad quartum autem antequam veniam, considerare te iubebo in duobus locis sequi participium ἔχων, in vno ipsum verbum εἶχε. Quid tum? dices. Quoniam dico scriptam ab Herodoto fuisse præpositionem ἐν seorsum ab illis duabus syllabis quæ sunt secunda & tertia in voce ἔγκοτον, & illam præpositionem per tmesin à participio & alibi à verbo separasse, remanente in medio voce κότον, vt perinde sit ac si scriptum esset, δεινὸν γυνά σφι ἐν κότον ἔχων, pro δεινὸν γυνά σφι κότον ἐνέχων. Item, ἀτὰρ γυνὰ κότον ἐνεῖχε. Eodem modo in illo tertio loco, κότον σφι ἀμφοτέρων ἐνέχοντες. Sed quid me in hanc suspicionem, vel potius sententiam (omnino enim illud mihi persuadeo) adducit? Locus ille qui superest ex iis quos me allaturum promiseram. Is legitur in Clione, c. 118. Ἀγυάγης δ', κρύπτων τὸν οἱ ἐνεῖχε χόλον. Esse enim scribendum ἐνεῖχε, vt habet posterior hæc editio, non ἐνείχεε, vt in priore legebatur, (Aldinam & Basiliensem perperam sequente) luce clarius est. Quomodo enim ab ἐνέχω esse ἐνείχεε possit? Iam vero & absque adiectione dici ἐνέχειν γυνί, Thesaurus meus docebit. Ac meminit certè huius vsus verbi ἐνέχειν Eustathius quoque: scribit enim, ἐπέχειν apud Homerum in Odyssea esse χρῆν ἔχειν· atque hoc dici etiam ἐνέχειν. Ille autem Odysseæ locus est hic, ex libro τ,

Δαιμονίη, τί μοι ὧδ' ἐπέχεις κεχοτήτι θυμῷ;

Vbi postquam dixit idem scholiastes, ἐπέχεις (intellige tamen ἐπέχεις μοι) idem esse quod ἐμοὶ ἔχεις, & præpositione hac indicari interdum ἐναντιότητα, exemplis quibusdam doctis tandem subiungit, simile verbo ἐνέχειν esse hoc ἐπέχειν. Hoc tantùm superest, hanc vt videamus an Herodotus libenter tali tmesi vtatur seu dialysi seu diæresi, qualem habeat illa quã apud eum repono scriptura. Sed præter vnum quod habemus in eodem scholiastæ loco huius figuræ exemplum ex historico, VI, 49. ἀμφὶ σφίσιν ἔχοντας τοὺς Ἀργείους pro σφίσιν ἐπέχοντας (nam hoc esse dictum ἀμφελυφόως scribit: & alicubi διημεφόως eadem de re dicit) alia passim apud eum occurrunt. vt ἀνάτ' ἔδεσμον, pro ἀνέδεσμον & ἀνὰ μέθεσαν, pro ἀνέθεσαν· & κατὰ μὴ ἔλεινεν, pro κατέλεινε. Ac (vt de alia dialysi loquar quæ illi vel potius dialecto illius est peculiaris) interiicitur & vocula ὧν. vt ἀπ' ὧν ἔδωκαν· & κατ' ὧν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε. Hæc autem quum ita sint, non immeritò (vt opinor) vocabulum illud ἔγκοτος, quatenus quidem substantiui, non adiectiui tantum, sedem obtinebat, è Græcæ linguæ finibus procul amandatur. Nec mirum est tamen tam multis doctis viris & in Græca lingua exercitatis, ac nominatim, Ioachimo Camerario, viro doctissimo & huius linguæ peritissimo, (scribit enim Μῆνις, κότος, Ἔγκοτος, *Vehemens ira*) non mihi tantum, vocem illam fucum fecisse, quum & Græcis lexicographis fecerit: ac potissimùm Suidæ: qui eò etiam magis est reprehendendus quod ex hoc epigrammatis loco, ____ λάθε δὲ Διὸς ἀγλαὸν υἱὸν ἔγκοτος αἰὲν ἔχει, colligat, ἔγκοτος· αἰεὶ ὀλίμου ὀργή; & non animaduertat, ἔγκοτος vt adiectiuum esse cum substantiuo φθόνος.

Libet autem eadem opera & de quibusdam aliis vocabulis te commonefacere, quæ quum ex Herodoto afferantur, vt scripta sunt in typographicis editionibus, suspicione tamen haud careant, præsertim veteris libri auctoritate (ad nonnulla quod attinet) eam augente. Ex his est verbum ἀλεφθορίη, in hoc libro I, cap. 88. loco, τὴν ἀλεφάλεα, καὶ χείματα καὶ ἀλεφθορίην. Quamuis enim primo aspectu videri possit verbum istud ἀλεφθορίη admitti posse (vt ex nomine ἀλεφθορεύς factum) tamen Herodoti seculo in vsu fuisse vix credibile est. Huc autem accedit quòd in vet. exempl. non ἀλεφθορίη sed ἀλεφορίη legitur.

Quòd

Quòd si quis aliud exemplum afferat eodem è scriptore, videlicet VII, 10. extremo, ἀφαιρεῦμαι τὸν κίνδυνον is ex me audiet, ibi pariter in vet. exempl. non ἀφαιρεῦμαι, sed ἀφέλωμαι legi. Hunc autem verbi istius vsum exprimere videtur voluisse Horatius Latino illi omnino respondente, quum dixit, *Post insepulta membra different lupi.*

Sic autem quum ὑπερῆμαι apud hunc scriptorem habeamus I, 107. vbi scriptum est, ὑπερῆμαι δὲ ἐγὼ μάγων τῶν ὀνειροπόλοισι τὸ ἐνύπνιον, non dubito quin vet. exempl. sequi oporteat, ex quibus annotatum est ὑπερῆμαι pro ὑπερῆμαι, in eo qui huic non magno interuallo c. 108. sequitur, ἰδὼν ὁ παῖς, ὃ ὑπερῆμαι τοῖσι ὀνειροπόλοισι. Nam in priori editione mea non minus hîc quam illic ὑπερῆμαι scriptum erat: sed quum hic ex vet. exempl. adscriptum margini inuenirem ὑπερῆμαι, malui huic locum illius dare. Quod autem factum hic fuit non dubito quin & priore faciendum loco fuerit, scribendo, ὑπερῆμαι δὲ ἐγὼ μάγων τῶν ὀνειροπόλοισι. Haud enim dubito quin haud aliunde quàm ex incuria contigerit vt illi etiam præcedenti loco apposita ex iisdem veteribus libris illa lectionis diuersitas non esset, eo in libro (scriptus autem & ipse erat, sed minus vetustatem præ se ferens) quem posterior in margine sibi appositum habebat. At editio Aldina in priore quidem loco ὑπερῆμεν, at in posteriore ὑπερῆμεν nobis exhibet. Estque & hoc sciendum, fuisse repertum exemplar, quod vicissim pro illo ὑπερῆμεν haberet idem illud ὑπερθέμεν, quod non longo interuallo præcesserat. Quorsum tam multa? vt ostendam, quàm verisimile sit quædam vocabula, præsertimq; verba, ob significationem quæ plerisque lectoribus insolens videbatur, ab eorum aliquo (nimirum eo qui ceteris audacior erat) mutata in alia fuisse, hunc etiam apud scriptorem. Sed quis (dices) verbo ὑπερῆσθαι ita vnquam vsus est? nimirum significare volens, communicare quidpiam alicui: eo modo quo dicimus nos communicare aliquid ei, quod ita exponimus vt simul eius super eo cõsilium audire cupiamus. Ipsemet Herodotus (inquam) ita est alibi vsus, non vno in loco. E duobus saltem vnus quidem exstat, ἐπεί τε ὑμῖν ἀναφέρειν ἐς πλεῦνας ἐδόκεε, καὶ ἐμοὶ ὑπερέῃσθε, ἢ ποιέωμεν σήμερον, &c. Vbi interpres non omnino malè vertit, *Sed quoniã statuistis ad plures referendum, & mihi adhibendum.* Dicens autem, nõ omnino male hunc locum ab eo esse redditum, hoc addo, dummodo verba ista quibus vtitur, *& mihi adhibendum*, recte intelligantur. Significare enim voluit, *& mihi adhibendum in consilium.* Alioqui non dubium est quin potius, *& mihi communicandum*, dicere debuerit. Alter autem locus est hic, ex lib. III, c. 71. εἰ μέν τι ὑπερῆσθαι τοῦ ἐμέλλον πείσειν, οὐκ ἂν μιν ἔκρυπτον· νῦν δὲ ἐπ' ἐμεωυτοῦ βαλλόμενος, ἔκρηξα. Vbi interpres tandem animaduertit quod alibi animadvertere non potuerat: videlicet ὑπερῆσθαι (nam hic voce actiua vtitur, quum potius passiuæ vsum hunc dare soleat) esse quod Latini *communicare* dicunt. Vt autem minus mirer istum verbi ὑπερῆσθαι vsum non tantum nouum & mirum visum fuisse, sed etiam mendi suspectã scripturam habuisse, hoc facit, quòd verbum quoque ἀναπνέομαι quum apud quendam historicum significationem istam haberet, interpres *differre* vertit: quemadmodum & ὑπερῆσθαι hunc vulgo vsum habet. Iam verò & quum apud Appianum ἀναπνεῦσαι τὰ κεκελευσμένα, sonaret *renocare*, seu *retractare*, interpres *differre* reddidit, vt in Annotationibus admonui. Verùm, vt ad mentionem diuersitatis lectionum redeam, sciendum est, sicut in præcedente loco pro ὑπερῆμαι scriptum in quibusdam fuisse dixi ὑπερθέμεν, ita etiam in eo Herodoti de quo nunc agitur loco, aliam quandam ex vno manuscripto codice habemus, & eam quidem valde miram, videlicet ὑπερφίρεσθε· quam si loco huic accommodare lector velit, [illegible] suum ingenium, & quidem frustra, fatiget.

Sunt verò & alii loci in quibus contigisse idem videmus. Nec dubito quin eorum sit è numero iste, è lib. V, cap. 92. 5. καὶ ἀφαιτεύσουτι τὸν βίον εὖ. Suspicor enim è lectoribus quempiam, cui insolens valde hæc metaphora lectori videbatur, vocem illam ἀφαιτεύσουτι in hanc aliam margini adscriptam vides, ἀφαιρέσουτι, mutasse. Atqui cogitandum erat, Herodotum habere nonnulla eiusmodi, & quæ quum in aliis tantùm scriptoribus versato, mira & pene nimium mira videri queant, esse tamen suspecta non debeant. Ad hoc quidem certe ἀφαιτεύσουτι quod attinet, talem eius vsum apud hunc ipsum animaduertisse mihi videor: quòd si non nullum aliud apud eum exstaret huius phrasis exemplum, saltem nõ minus admitti posse cuiuis concesserit quàm quod alibi apud eum legitur, videlicet III, 155. ἐξαιτεῦσθαι τὸν Ὀροίτεω, τὸν τῶν ἀφετέρων; Nam (vt dixi in recensione & interpretatione [illegible] Herodoti) ἐκπεπαῦσθαι τῶν φρενῶν est *De statu mentis deiectum esse*, siquidem ad illud ἐξαιτεῦσθαι respicimus. Alioqui, si præsentis significatio alicubi huic scripto detur, significat *De statu mentis deiici*, vel breuius, *De mente exire*, vel, *è mente*. Aut elegantius, *E potestate mentis exire*. Quòd si verbum verbo reddatur, *E mente emigare*. nam ἐκπεπαῦσθαι τῶν φρενῶν, quid aliud? Est autem ἀφαιτεύσουτι pro ἐκπαλεῦσουτι. nec dubito quin pro illo ἀφαιτεύσουτι Herodotus

ἀλεξανδρείων itidem scripserit. Sed de hac apud illum scripturæ inconstantia dicendum in sequentibus erit.

Sunt autem quædam loquendi genera quibus verba adhibentur valde vicina, (præsertim ad scripturam quod attinet) & ita quidem vt modò hoc modo illud verbum iis esse adhibitum videamus, non sine dissensione exemplarium. Horum vnum est ἀνιᾶν φείσασθαι cum accusatiuo personæ, & interdum τρηχέως φείσασθαι. Nam & φείσεσθαι huic loquendi generi adhibetur. Ac lib. I, c. 115. legimus quidem, τὸ τοῦδε παῖδα ἀνιᾶν τοῦδε φείσασθαι, in Aldina etiam editione: sed paulò ante, c. præced. vbi habes itidem τρηχέως χαίρειν φείσασθαι, in Aldina legitur φείσεσθαι. at φείσασθαι è vet. exempl. est sumptum. Sed tamen initio libri V occurrit, φείσεσθαι τε σφέων καὶ τῶν Παιόνων τρηχέως. quod est a φείσεσθαι. Quinetiam III, 115. extremo habemus ἀπὸ πολεμίους φείσεσθαι.

Ac sunt è diuersis lectionibus nonnullæ quæ haud vno in loco annotantur. vt νομίσαι pro νόμοισι. nam vt in hoc lib. III, c. 99. loco, νόμοισι δὲ τοῖσδε λέγοντα χρᾶσθαι, habes ex vet. cod. νομίσαι pro νόμοισι· sic & alibi hæc diuersa lectio in iisdem libris se offert.

Sunt denique & lectiones nonnullæ margini adscriptæ, quæ germanæ esse videntur: quum illæ quæ in textu sunt, videantur esse vocabula quæ margini expositionis loco adscriptæ à quopiam fuerant. Exemplum nobis suggerit I, 85. vbi pro εὐθυμίᾳ margini adscriptum est εὐεστῶ. nam illud εὐθυμίᾳ fuisse adscriptum margini, ad exponendum illud εὐεστῶ, & ex margine (vt fit) in contextum irrepsisse verisimile est.

Sunt verò & nonnullæ lectiones, quæ quamuis meritò suspectæ esse videantur, tamen eadem illa vocabula non vno in loco leguntur. Ex his est verbum προσῆναι pro προσῆκαι.

Sunt deniq; & quædam ex illis lectionibus quæ quum per se nullo admitti modo queãt, si aliquantum adiuuentur (hoc autem fit aliquid in illis emendando) dignæ sunt quæ magis aut saltem non minus quàm quæ in textu sunt recipiantur. Sed hoc in meis Annotationibus aliquando (deo fauente) exemplis planum faciam.

VT autem interim intelligas lector quanto accuratius in hac editione fuerit à me emendata Vallæ interpretatio, quàm in priore, quæ illis typographis pro exemplari fuit: magnum maioris huius accurationis indicium vel in prima totius libri periodo habes. Magis tamen insigne exemplum occurret, lib. I, 10. nam ibi si Vallæ interpretationem sequeris, & totum locum attentè considerabis, Herodotum sibi non constare, sed aperte sibi repugnare, dicere cogeris. Hæc enim verba, in illa tam celebri historia de Candaule malè merito de vxoris suæ pulchritudine, μαθοῦσα δὲ τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, ἔπι αἰδέσασα οὐκ ἐσιωπήσε· ἔπι ἔδοξε μαθεῖν, Laurentius Valla ita vertit, *Hæc vt didicit à viro quid actum esset, neque præ pudore exclamauit, neque visa est percepisse.* Quid (respondebunt hic plerique) peccatum à Valla dicipulo est? Nonne μαθοῦσα ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, significat id quod apud eum legitur? *vt didicit à viro*? hoc, *vt didicit ex viro*. Certè, μαθοῦσα ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, non aliud significare potest: sed dico repugnare hoc prorsus illi tam bellæ dissimulationi ipsius, quæ his etiam verbis describitur, ἔπι ἔδοξε μαθεῖν, & quam quum in ea permansisset, sequutus est is quem ex ea sperabat exitus. Sed quæ tamen alia loci illius excogitari interpretatio potest? Aliam nihilominus excogitandam esse aio: nec tamen aliam (meo quidem iudicio) excogitari posse, quàm hanc quæ à me margini est adscripta, *Hæc vt animaduertit quod à viro factum erat.* Sed tu (dices fortasse) ita interpretando, præpositionem ἐκ cum παθεῖν iungis, perinde ac si dictum esset παθεῖν ἀπὸ τοῦ ἀνδρός. Atque plane nouum in Græca lingua hoc esse arbitror. Atego, quidquid tibi & plurimis fortasse aliis in ea nouum est, mihi nouum esse nego; atque adeo talis vsus præpositionis huius exempla tibi iam nunc duo, duobus è locis, cedo. Vnus est, ex eod. lib. I, c. 87. εἴπ τοι κεχαρισμένον ἐξ αὐτοῦ ἐδωρήθη. Alter autem legitur eod. lib. I, c. 114. non procul ab initio, ἃ δὲ δὴ ἐπίησε τὸ θεῖον πεμφθὲν ἐκ τοῦ Κύρου. Animaduerti autem & Dionem, Herodoti imitatione, aliquoties hac præpositione ita esse vsum. Iam consideta lector quantu errorem inducat interdum ignoratus tam paruæ particulæ extraordinarius (vt ita dicam) vsus. Sed libet obiter & aliud de iis quæ in eodem (I, 10.) sequuntur loco adnotare. Quum igitur hæc subiungantur, ἔπι αἰδέσασα οὐκ ἐσιωπήσε, & hæc ita vertantur à Valla, *neque præ pudore exclamauit*, quasi pudor efficere debuerit vt exclamaret: ego, qui aliam atque adeo contrariam, esse video mentem Herodoti, ita eam expressi, *neque exclamauit, impedita pudore retenta.* Quinetiam, vt lector hanc esse mentem Herodoti subindicarem, inter οὐκ & αἰσχυθεῖσα, interpunctionem posui. Illa autem verba, ἔπι ἔδοξε μαθεῖν, quæ vertit, *neque visa est percepisse*, impedita vt vertisset, *neque visa est animaduertisse*: aut *neque præ se tulit animaduertisse*: vt habent in margini à me cum præcedentibus adscriptum.

Alia

Alia exempla maioris in hac posteriori editione accurationis (& quidem nonnulla haud minus fortasse insignia) circa emẽdationes interpretationis Vallæ, ipsemet editionem hanc cum altera conferens, aut annotationes meas legens, inuenies: atque in iisdem plurimarum eius emendationum, margini adscriptarum (quarum pleraſque & prior editio habuit) quæ alioqui dubitationem tibi mouere possent, reddetur. Simul verò & de quibusdam quæ in ipsa Herodoti dictione (vulgo textũ vocamus) vel emendata sunt, vel videntur emendanda, in illis differetur. De emendationibus autem loquor siue iis quas iam prior editio exhibuit, siue iis quas ista nunc exhibet. Emendata porro fuerunt ex veteris quidem exemplaris autoritate plurima, vel potius veterum exemplarium (nam rarò absque duorum saltem consensu id facere sum ausus) verùm & vnus interdum locus ex collatione cum aliis. Sic enim lib. I. cap. 46. ἐς Ἀνδρους pro ἐς Σάνδας, alio è loco: & lib. II, cap. 40. pro τῆσι repositum τῇ Ἴσι fuit, alio itidem è loco. Dicitur autem Ἴσι pro Ἴσιδι. Verùm & quædam (ac non paucæ fortasse) emendationes coniecturales in illis annotationibus proponentur: & quidem nonnullæ quæ noua etiam vocabula Herodoto dabunt: (noua voco quæ antea apud illum non comparebant in illis quæ vsquam comparebant exemplaribus) ex quibus sunt ἀλλογνώους & διαπασσωμόμενον. sed de illo quidem ἀλλογνώους vix vlla dubitatio relinquitur: at de hoc διαπασσωμόμενον relinqui mihi dubitationẽ fateor. Reponetur autem hoc διαπασσωμόμενον pro διασπασμόμενον, quod legitur lib. I, c. 59. initio, adiunctum participio καπηχόμενον interposito particulæ καὶ vinculo. Iam verò & ex Plutarcho atque aliis qui locos huius scriptoris citant, emendationes depromentur. Horum autem in numero est Eustathius suis tum in Homerũ tum in Dionysii de situ orbis poëmatium commentariis. Quinetiam ex ipso interprete Valla nonnullæ emendationes sumentur: quarum tales sunt nonnullæ vt quod in nostra lectione affirmatur, id lectio eius neget, aut vice versa.

Qvod verò ad eam scripturæ inconstantiam attinet, de qua me verba facturum promisi, (vnde nimirum fit vt eadem vocabula non vbique eam litteræ aut litterarum mutationem habeant quam dialectus Ionica poscit aut poscere videtur) eam inconstantiam non Herodoto sed librariis, dialecti qua ille vtitur, sæpe obliuiscentibus, imputandam esse aio: aut certè nonnullis qui alicubi vocum quæ Ionicè scriptæ erant scripturam à lingua communi receptam margini apposuissent. Vt enim à mentione verbi ἐκπαλῶσαι (quod sermonis huius occasionẽ mihi præbuit) initium sumam, quis credat Herodotũ ita inconstantẽ fuisse vt modò πολῶσαι, aut ἐκπολῶσαι, aut ἀποπολῶσαι, modo πωλέουσι, vel ἐκπωλέουσι, vel ἀποπωλέουσι diceret? Atq; vt de hac ipsa littera ω loqui pergam, in eiusdẽ formæ vocabulis, aut etiã iisdem, modò litterã illam ω modò ο habemus, haud enim χρέωντες tantùm, sed χρέοντες etiam legitur: itidemque ὀρέωντες & ὀρέοντες. illud III, 157, hoc, IV, 125. Ac scimus tamen a Corintho scribi, Iones ὀρέω pro ὁράω, itidemque ἐχρέοντο pro ἐχρέωντο dicere. Quinetiam modò hæc littera α, modò η, in vno eodemq; verbo occurrit. nam & χρᾶσθαι & χρῆσθαι legitur. Sic ἐχρᾶτο & ἐχρῆτο. Ac quamuis θησαυροὶ & θησαυρὸς pro θρασυροὶ & θρασυρὸς scriptum sit, cùm alibi cùm I, 8. itidemque θησαύρῳ, non θρασύρῳ, I, 59. item alibi ἀξιοθέητον pro ἀξιοθάητον: quumque in his non alia sit mutatio quam litteræ α in η, tamen ἐθηήτο, non ἐθεήτο, alicubi nostris se oculis offert, mutato etiam ε in η. Atque, vt in mentione mutationis litteræ α in aliam maneam, quamuis μέγαθος pro μέγεθος tot loci nobis exhibeant, eodemque modo alicubi ὑπερμεγάθεας pro ὑπερμεγέθεας legimus: tamen & μέγαθος locis aliquot scriptum est: vt I, 60. Sic etiam πάμνω dicit, pro πέμνω, vocalis locum vocalis tribuens: sed ne hæc quidem mutatio vbique fit.

De vocali ω vt veniam ad ε, quum hæc Ionico more auferri à principio quorundam vocabulorum dicatur, & ἐκεῖνος inter illa ponatur, tanquam κεῖνος non ἐκεῖνος, Ionicum sit tamen ἐκεῖνος quoque hunc apud scriptorem sæpe occurrit. Sic non solùm ὦρον pro ἐώρων, sed etiam hoc ipsum ἰώρων apud eum legimus. Ac ne ὄρτη quidem pro ἑορτὴ constanter scriptum est. Atque loquar de iis quoque locis vbi contrà inseritur hæc vocalis, præter morem linguæ communis, sciendum est, non μηχανώμενος tantùm sed μηχανεόμενος etiam, itidemq; μηχανεῶντες, legi.

Ab ε ad η transibens, mutari quidem & hanc vocalem η dico in aliam, Ionico more: sed ne hic quidem constantiam seruari. nam quum vox νηὸς Ionicæ dialecto assignata sit, nõ minus νεὸς, vel νέα scit[illegible] quam νῆα, seu νῆας apud eum esse scriptum videmus. Ac pro ἦσαν & [illegible] legimus ἔσαν & [illegible] multis quidem in locis, (in quorum vno ita est allucinatus Valla interpres, vt VII, 18. ex genitiuo plurali ἐσσόνων, dicto pro ἡσσόνων, fecerit gentem quæ Hessones dicatur) sed non tamen in omnibus. Quumq; pro οἰκῆος scribi debeat οἰκέος, tamen & illud interdum occurrit. Sic etiam μουσεῖον pro μουσήιον nec solum ἀπεχυσήη, sed & ἀπεχυσέη. Atq; adeo IV, 53. ἀσφαλείης, non ἀσφαλέης, legitur.

Ad vocalem ι quod attinet, alicubi nec in ipsa lex Ionicæ dialecti seruatur. Nam haud tantùm ἐμεῦ sed ἰσεῦ quoque apud eum habemus. Ac initio Terpsichores ἀσκαλησι-, pro ἀσκάλησι-, vt alibi κεφαλέσι-. Ac, quum ι sæpe ab Ionibus inseratur, veluti quum ξεῖν- pro ξέν- dicitur, in omnibus tamen eiusmodi vocabulis id factum non videmus. Quúmque vicissim in multis detrahatur ι, veluti in ὀπιπήδε- (item in ἔων, in ἐώμενος, atque aliis) tamen & ὀπιπήδει- legitur. Et alicubi αἰνέω, alicubi αἰνίω legitur. Vocalem ο plerique loci habent in pronominibus ἐμέο & σέο, sed illam (tanta est scripturæ inconstantia) eadem pronomina non minus frequenter coguntur relinquere, eius locum occupantibus ἐμεῦ & σεῦ. Eodemque modo parricipii πεινόμεν- locum sæpe à πεινάμεν- occupari, idemque in aliis huiusmodi participiis, quinetiam in ipsis verbis, fieri videmus.

Vocalis υ non minus habet & ipsa quod queratur. Quum enim quodam suo iure debeat cum vocali ο, ad efficiendam diphthongum, coalescere, in plerisque vocabulis, è quorum numero est ὄνομα pro ὄνομα, (quod idem iuris cum ὀνομαίνω & ὀνομάζω communicat:) en tibi nihilominus ἀνομάζων, non ἀνομάζων, I, 44.

Nec melior est vocalis ω, quàm aliarum conditio: quum eam ex verbo πλώω, superueniens ε sæpe expellat, vt dictum est: nec ζωὴ semper, sed plerunque ζόη, scribatur.

In vltima vocali vltimus sit meus hoc de genere inconstantiæ, qua leges Ionismi violantur, sermo: (alioqui enim, quo plura de illa dico, eo plura supereſse dicenda video) donec non solum has lectiones διφασίας (vt Herodoti vocabulo vtar) proferre, sed de iis iudicium ferre vacet.

EX EIVSDEM H. STEPHANI PROLEGOMENIS
aliis ibidem, de opera à se præstita in secunda editione, quam in nostra sequuti sumus.

AC primùm quidem, ad eos quod attinet quibus sine cortice natare in Græcorum scriptorum lectione datur, id est, qui interpretis operâ, tanquam χειραγωγῷ cuiusdam, non requiruni, (quamuis multo pauciores in Herodoto & Thucydide, quàm aliis, eam non requirere notum satis sit) sed ceteris ad hanc lectionem adminiculis esse contenti possunt: non eas tantùm quas antea diuersas scripturas (vt Græci διαφόρους γραφὰς appellant) exhibui, sed numerum earum auxi: & censura adhibita, quasdam exautoraui: non tamen ita vt amandarem, sed tantùm vt loco suo motis alium minus honorificum darem. Ex ipso enim textu (vt hodie moris est vocare) in marginem transtuli. Sed quasdam vicissim maiore dignas honore iudicaui, ideoque eas hinc illuc transtuli. Iam verò & plerosque locos emendaui, qui tibi facessere alioqui negotium poterant: & quidem haud parum negotii nonnulli. Quorum in numero est hic qui in Euterpe cap. 40. legitur, ἐπλω πεσσοῖσι τῆσι, καὶ ἐπλω κεπύξωνται, θύσαι τλῶες. Quem enim illa vocula τῆσι non torqueat? cui crucem non figat? Sed esto, verisimilem posse videri hanc emendationem, vnde tamen tantum confidentiæ (dices) vt eas voculas τῇ ἴσι margini non adscripseris, sed ipsis Herodoti verbis inserere ausus fueris? Quoniam Herodotum ex Herodoto me emendare, vel (si mauis) Herodotum esse sui ipsius emendatorem, videbam. Ita enim ille in loquentibus, eadem in Musa, paucarum paginarum interuallo, cap. 61. ἐν δὲ Βυσίῃ πόλι ὡς ἀπάγουσι τῇ ἴσι τλῶ ὀρτλῶ, ἄρηται πρόπρον μοί. τύπτονται γὰρ δὴ μὴ ἢ θυσίλω παύτες κὴ πᾶσαι, μυρ. Sunt verò & alii loci quibus male affectis ex ipso Herodoto medicinã adhibui. Sed supereſse fateor quæ eandem à me aut ab alio quopiam opem exspectent. Parum autem abfuit quin & alium quendam emendare mihi permiserim: suum illi vocabulum, antiquum certè, & multorum auribus, etiam in Græca lingua valde exercitatorum, insolens futurum, restituendo. id autem est ἀλλογνώσους. Nec dubito quin, si de hac emendatione, tanquã ex nimia fiducia proficiscente, accusatus fuissem, causæ meæ patrocinium Hesychius suscepisset. Sed (vt opinor) nec Hippocrates Ion, quum me scriptori Ioni operam præstantem vidisset, operam vicissim præstare mihi recusasset; præsertim quum eodem & ipse vocabulo vtatur, paulò quidem alium sed tamen non alienum ab eo quem apud Herodotum habuisset, dans ciuium. Vt taceam, non absimile vero esse, vtrunque ab illo, Hippocrate inquam, datum ei vsum fuisse. Est verò & alius quidam nostri historici locus, qui vocabulum quoddam non minus Hippocrati quàm Homero vsitatum requirere videtur: vt in meis annotationibus (deo fauente) declarabo. Immo quid obstat quominus iam hunc illam saltem libri illius portiunculam (aut siquid portiuncula minus dici potest) reptæsentem? Scito igitur agi de hoc loco, quem habes lib. II, c. 47. ὁ δὲ πυη-

ἐστίν, ὑπ' ἀσθενείης βιὸς εὐτινας παλαιοὺς ὗς, καὶ ὀπήσαντες ταύτας, ἥδεα. Nam quum in Aldina pariter & Basiliensi editione habeamus, ὑπ' ἀσθενείης βιὸς τ πινὰς παλαιοὺς ὗς, quid vetat quominus quis pro voce βιὸς scribendum βαιὸς suspicetur? Saltem è scriptura quâ nihil significari potest, aliam quæ non incommodum sensum habeat, efficiet: idque minima cum mutatione. Talem autem mutationem, id est minimam siue leuissimam, quum sufficere ad quorundam locorum emendationem viderem, pro religioso superstitiosus esse nolui. Atque hinc factum est vt in hac posteriore editione (hoc exemplo contentus ero) pro ἀπιπτῶσι scribere ἀπιπτῶσι non dubitauerim, lib. II, cap. 94. quum manifestum sit ἀπιπτῶ esse quod Dioscorides ἐξιπτῶ dicit. Adscripta autem marginî lectio ἀπεπτῶσι, quæ nihil potest significare, fieri potest vt ex alia manarit, aliis litteris scripta, sed eandem tamen pronunciationem (vt iampridem litteris diuersis eadem pronunciatio dari cœpit) habente: ac audiens aliquis verbum ἀπιπτῶσι (quod esse poterat expositio illius ἀπιπτῶσι) non illo modo scripserit, sed hoc, ἀπεπτῶσι.

Iam verò & commoda quorundam locorum interpunctione magis etiam quàm antè lectoribus commodasse, & labore illos leuasse, ex ipsa collatione apparebit. Alicubi tamen eorum diligentiæ hoc reliqui, vt quam interpunctionem in annotatione margini adscripta sequutus essem, eam in ipsis Herodoti verbis (nisi fortè à me dissentirent) sequerentur. Ac huius etiam rei exemplum suggeret illa ipsa quæ modò proposita fuit pagina. In eadem enim, lib. II. c. 95. legitur, τὸν δὲ νύκτα αὐτὴ χρᾶται ἐν τῇ ἀναπαύσεϊ κοίτῃ· ἐκεῖ ταύτὸν ἴσχει τὸ ἀμφιλήκυθον· sed tamen sequendo ea quæ margini adscripsi, post χρᾶται ponenda est πλείαστιγμὴ, pro ista κοίτῃ, tantùm ὑποστιγμή. Fateor interim me simul etiam mutaturum libenter αὐτὴ in ἑωυτὴ.

Paulo post.

Ad eos autem vt veniam, quibus contrà sine cortice natare in Græcorum scriptorum lectione est negatum, eos qui sine Theseo è multis illorum locis emergere non possunt, eos qui duce filo, vt in aliquo labyrintho, sua ponere vestigia necesse habent: multo plus & ipsi huic editioni, quàm priori, se debere, meritò fatebuntur: quum me in multo pluribus locis interpretationem Vallæ emendasse, in quibusdam in meipsum etiam, ad emendationem quod attinet, inquisiuisse animaduertent. Hoc enim de quibusdam locis posse mihi videor dicere, vbi quæ me non satis tum temporis oculatum subterfugerant, à me nunc, ceu facto oculatiore, deprehensa fuerunt. De locis tamen iis non iam loquor, vbi tales erant commissi errores quales in nominum quorundam interpretatione: qui nimirũ sunt eorum è genere quos μεταμορφωτὰς siue μεταμορφωλικὰς appellare soleo, quòd metamorphoses, & miras quidem eas, in quibusdam scriptorum Græcorum locis interpretandis faciant. Atque horum è numero vnus est vbi nomen ἥσσονες, quod sonat *inferiores*, seu *viribus minus valentes*, mutatũ fuit ab interprete in nomen populi omnib. geographis, omnib. historicis incogniti: quum is ab illo vocetur *Hissones*. Locus ille est in Polymnia, c. 18. ἰδών τε πολλὰ & μεγάλα πεσόντα σπάγματα ὑπὸ ἡσσόνων. vbi vide quæ margini adscripta sunt. Ac eodẽ modo eod. lib. c. 93. nomen vel potius pronomen relatiuum οἵτινες, quod respondet Latino *qui*, videbis transformatum in quendam populum. ita enim ille, *quos prius appellatos fuisse Hætines, dictum est*: quum verba Herodoti (de Caribus loquentis) hæc sint, ἔστι δὲ, οἵτινες πρότερον ἐκαλέοντο, ἐρέω. Sed pro τὸ hæc, *Hi autem, quinam* (id est, quo nomine) *prius vocarentur, dictum est*. Sic lib. I, c. 176. vide, ex ἰσιέων, quod Ionica dialecto dicitur pro ἰσίων, ab ἰσίη, (cuius nominatiuus singularis ἰσίη, quo significatur *familia*) quendam populum seu quandam gentem ab interprete factum fieri, cui nomen sit *Istiæi*. Atque his adiiciendus est mons *Hirus*, per eandem metamorphosin factus, lib. I, cap. 80. nam ibi legitur, *qui è monte Hiro matris Dindymenæ lapsus*. vbi hanc nostram iunculam margini adscriptam vide. Quòd si ad aliud genus errorum interpretis à me emendatorum veniendum sit, illi non cedens, quin potius id superans, do nullo potius hoc fieri posse existimo quàm de eo vbi contrarium omnino sensum verbis autoris dat interpres. Exemplum quod in mentem venit primum, est in Euterpe, cap. 167. hæc enim exhibet illa Herodoti verba, ἦκαν ὁ Κορίνθιοι ὄνοντες τὰς χειροτέχνας, à Valla sic interpretata, *Corinthii quoque quanimi faciunt opifices*: quum Herodotus contrarium de Corinthiis tradatur, eos nequaquam diligenti facere opifices, vel potius, contemptui habere. Aliunde autem non contigit tam magnus error quàm ex non intellecto verbi ὄνομαι vsu: sicut nec compositum ex hoc factum κατόνητος intellexit Euterp. cap. 136. vbi exstat inscriptio, cuius principium hoc est, ΜΗ ΜΕ ΚΑΤΟΝΟΘΗΣ ΠΡΟΣ ΤΑΣ ΛΙΘΙΝΑΣ ΠΥΡΑΜΙΔΑΣ. nam has voces ille ita reddit, NE ME LAPIDEIS PYRAMIDIBVS COMPARES. Vbi

illum videri aliud verbum quàm κατηνόησε legisse, dixi: ut is quæ margini adscripta sunt: quum ne illius quidem verbi ὄνοντες significationem assequutus sit, facilè mihi persuadeo, nec aliam eum lectionem illic secutum esse, sed idem ei in illo etiam verbo quod ex hoc constat positum est vsuuenisse. Quis igitur est illorum verborum sensus? Illorum regis Asychis verborũ sensum (lectores enim ibi suspensos reliqui) esse hunc: mittor, NE MECONTEMNAS PRÆ LAPIDEIS PYRAMIDIBVS. Vel, Ne me asperneris. Cæterùm, ad priorem illum quod attinet locum, quem Valla ita vertit, *Corinthii quoque minimè fuerunt opifices*, suam et interpretationem vel hoc reddere suspectam debebat, quòd vlla vix artificia magis celebrarentur quàm quæ Κορινθιουργῆ (eo modo quo Ἀττικουργῆ, & Μιλησιουργῆ, & Ναξιουργῆ) nominabantur. Haud scio autem an ex vllo nobis clarius & certius esse id possit loco, quàm ex Actorum apostolicorum capite XIX. Ibi enim quidam nomine Demetrius vel ex vno artificio prouehendi templa Dianæ argentea (siue theca, templi effigie, aut scriniola, siue nummos celeberrimi illius templi formam repræsentantes, aut alias eius imagines, intelligere oportet) magnum artificibus præbuisse quæstum dicitur. In dubium igitur vocari non potest quin mea quàm vera est, tam falsa sit illa meæ contraria interpretatio. Quòd si librum hunc euoluere libeat, alios plerosque locos inuenies vbi meam itidem interpretationem, & quidem alteri omnino repugnantem, propono. Taceo de locis vbi Latina eius verba negant quod Herodotus ait, aut vice versa: sed ita vt id è lectione contraria nostræ contigerit, eique imputari debeat. Ac fateor posse alicubi, vtri potius lectioni acquiescendum sit, dubitari: atque hæc, vt opinor, incidere dubitatio poterit non procul ab initio Clionis, cap. 24. vbi de Arione legimus, καὶ Ἀ ἐόν ἐστὶ ἀνάθημα χάλκεον, ἐν μίλῃ, ἐπὶ Ταινάρῳ. contrà enim, χάλκεον, μέγα, legisse Vallam videmus. At eod. lib. cap. 37. vicissim negationem ille habet vbi nullam habemus. nam pro ἀποχρεωμένων lectum ab illo fuit οὐκ ἀποχρεωμένων.

Verùm, vt de locis in quorum interpretatione peccauit, verba pergam facere, eorum in numero nonnulli sunt vbi hoc inde contigit, quod non animaduerteret verbum quodpiam vsum quendam Herodoto, aut certè eius dialecto, peculiarem habere. vt I, 45, συγγινωσκόμενον. Nam & actiuam vocem συγγινώσκειν longe aliud sonare passim apud hunc scriptorem, quàm *ignoscere*, in recensione & expositione quorundam eius vocabulorum à me aliquot exemplis ostensum fuit. Minus autem quis miretur fortasse illum ἐπιστολὴν reddidisse *epistolam*, lib. VI, c. 50. quum potius *mandatum* significare videatur. Ac fallitur Eustathius in eo quòd credit, vocem ἐπιστολὴ, quæ apud Æschylum id sonat, pro ἐπιπλὴ positam esse, adiectione litteræ σ. quasi verò à verbo ἐπιπέλλομαι, quod Homero vsitatissimum est, deduci eam necesse foret, ac non ἐπιστέλλω quoque, & quidem in soluta etiam oratione, eum vsum haberet. Qua de re si quis cum Eustathio dubitat, omnẽ vtrique meus Thesaurus Græcæ linguæ dubitationem tollet.

Inter illa autem de quibus nunc demum in hac posteriore editione monui, est quidam vsus præpositionis ἐπὶ, qui non animaduersus fecit vt in eorum interpretatione quę de Cambyse & Gyge narrantur, I, 10. aliquid sit absurdi: ex eo quòd, vbi dicitur, μαθόσαι δὲ τὸ πεπρηγὸς ἐπὶ τῷ ἀνδρὸς, interpres non viderit, intelligi debere, non μαθόσαι ἐπὶ τῷ ἀνδρὸς, sed τὸ πεπρηγὸς ἐπὶ τῷ ἀνδρός: vt ostendi in iis quæ recensioni & expositioni vocabulorum huius scriptoris subiunxi.

At eorum è numero de quibus in annotationibus agitur, est quod dicitur de Persis, I, 133, μεθυσκόμενοι δὲ ἐνθαῦτα βουλεύεσθαι τὰ συμφορώτατα τῶν πρηγμάτων. Nec enim eos tantùm facere iniuriam Herodoto arbitror, qui ista ex eo afferunt, at quæ subiungit tacent: sed eos etiam qui μεθυσκόμενοι interpretantur *ebrii*: vt intelligamus, Persas, quum iam sunt ebrii, de rebus maximè seriis consultare. Cur enim μεθυσκόμενοι pro μεθυόντες accipiamus, potius quàm id quod propriè sonat intelligamus? Id verò non aliud est quàm *dum se inebriant*. Quantum autem sit discriminis inter eum qui ad ebrietatem iter facit, eumq; qui iam iter illud confecit, atque ad eam peruenit, cuilibet iudicandum relinquo. Tantum certè discriminis est quantum inter eum qui vrbem quampiam oppugnat, & eum qui iam expugnauit. Quæ comparatio est eo aptior, quòd is etiam qui se inebriat, mentem suam velut oppugnat, & de statu suo deturbare conatur: at postquam hoc effecit, iam dici potest eã expugnasse. Quamobrem non video quid obstet quin participium illud μεθυσκόμενοι interpretemur (si verbum verbo reddere nolimus) *inter pocula*, aut saltem *inter larga pocula*. Quod ἐν πολλοῖσι πώμασι esse fateor: quamuis Liuius largius vinum etiam dicat. *Largiore vino* (inquit) *vino*. Nec verò videtur contrà me facere quod sequitur, de eo qui domui in qua sunt præest, proponente postridie quod ipsis in ea consultatione potatoria visum fuit. Proponit enim tanquam iis qui è mensa (si tamen ea tum vtebantur) tandem nonnisi ebrii surrexerint, ideoque illorum quæ à se

statuta

...ta fuerint, ... (...) obstat interim (...quidem iudicio) quin ...ligamus illis ... pœnit... antequam essent ... consultantibus, ebrietatem solitam super venire. Sed videa... aliusquispiam quid pro ... eius afferri possit, super eo ...am quod subiungitur, & quomodo illud quoque factum ostendi minus absurdum queat ...im prima fronte videatur: πολλὰ καὶ Φοινικικὰ ἐπεξελεύσονται, μεθυσκόμενοι ὑπὸ ἀφεψήματος.

Exhibebuntur porro illæ annotationes meæ, deo fauente, & quorundam locorum emendationes, ex coniectura: quandoquidem vetere exemplari (cuius etiam exspectatio fecerat editionem huius scriptoris differrem) video me ante bellorum nostrorum finem potius haud posse. Atque vt huius quoq; operæ aliquod tibi velut γεῦμα interim præbeam, quandam loci quem habet Thalia, c. 130, proponam. Nam ibi pro ἐκπαυσάμενοι scribo ἐκπαύσασθαι, non cum mutatione, sed eiusmodi tamen, vt quum ex illo ἐκπαυσάμενοι nihil nisi ineptum elici possit, (præsertim siquis Vallæ interpretationem sequatur) contrà in ἐκπαύσασθαι non dubitem quin Herodoti mentem habeamus.

Eodem in opere, eademq; opera, de illa quoq; scripturæ diuersitate agam, qua fit vt eiusdem vocabuli scriptura modò dialecti Herodoti, id est, Ionicæ, legem seruare, modò ab ea discedere videatur: & è duabus tribúsve (tot enim sunt interdum) quam potius recipiendam arbitrer, declarabo. Interim certè adeo in hac parte nihil mutare sum ausus, vt in ipso etiam principio Ἁλικαρνασσῆος retinuerim, & in Ἁλικαρνησσῆος mutare noluerim: quamuis sit Ἁλικαρνησσεὺς II, 4. & Ἁλικαρνησσοῦ VIII, 104. In eo quidem magna est constantia, quam valde quis mirari possit, quòd nusquam (si memoria non me fallit) genitiuo Ionico, id est, in εω desinente, vtatur: sed quemadmodum prima totius operis vox est Ἡροδότου, non Ἡροδότεω, sic alibi alia virorum nomina illo non hoc scripta modo, & Νείλου, non Νείλοιο, πόλεμόν itidem, non πόλεμοιο, atque adeo λόγου etiam, non λόγοιο, habeamus.

Sed quamuis de multis te monuerim, non dubito quin aliqua quæ in eorum esse numero debebant, mihi exciderint: quod si ita est, suus illis eodem in opere locus erit.

Iam verò, quoniam, si εἰδὼς λέγειν non oportet, multo minus, ὁρῶν τι λέγειν, quid attinet, quæ hæc EDITIO POSTERIOR adiuncta priori habeat dicere? Sed ea quidem quę huic Herodoti libro præfixa sunt, partim mea, partim Ioachimi Camerarii, fuerunt tantùm locupletata, & quidem ea in parte quę mea est: at quæ subiuncta, DE LEGIBVS ET INSTITVTIS TAM PERSICIS QVAM ÆGYPTIACIS, ex variis scriptoribus sumpta, nunc primùm adiecta sunt. At poterant tamen (inquies) ex aliis etiam alia quædam sumi. Poterant, fateor: sed iis quæ præcipua videbantur, esse contentus volebam.

EX EIVSDEM H. STEPHANI PRÆFATIONE *in primam editionem.*

HErodoteæ autem historiæ virtutes non ex ore meo, sed Ioachimi Camerarii, omni genere doctrinæ celeberrimi, accipies. Quem ego virum cum antea plurimum dilexi, (vt vicissim ab eo plurimum me diligi animaduerti) tum verò ex quo ipsum quoque vehementi amore Herodotum complecti cognoui, illa certè amoris in Herodotum nostrum fomenta, pristinam illam amicitiam, quantum augeri potuit, tantum auxit. Quòd si lectis illis Camerarii de Herodoto scriptis aliquid tibi ocii superfuerit, meæ etiam editioni Latinæ interpretationis præfixa quædam à me eiusdem argumenti inuenies: in quibus satis prolixè illis respondeo qui mendacem esse Herodotum mentiuntur: adeo vt præfationem illam, apologiam Herodoti ideo inscribendam censuerim. Inter alia multa ibi, miram illam historiam, quæ præ ceteris omnibus iudicari fabulosa posset, de Scythis seruis qui dominis absentibus in vxorum illorum possessionem inuolarant, tandémq; quum iusto prœlio repelli ab armatis dominis non potuissent, solis flagellis repulsi fuerunt: illam inquam historiam annalibus posteriorum (in his enim & Moschouitæ numerantur) testatam ad hunc vsque diem extare scimus: detortis duntaxat (vt fit) nonnullis facti circunstantiis. Leges item, quod de Thressis mulieribus narrat Herodotus, eas excedentibus è vita maritis comites se certatim offerre, suum in Indicarum mulierum facto (cuius testes oculati hodieque extant) confirmari. Quid quòd illa de mulieribus Babylonicis historia, quæ viris extraneis semel in vita se prostituere necesse habebant, Ieremiæ Prophetæ testimonio confirmatur? Quod autem ad quasdam de rebus leuioribus historias attinet, (in quibus tamen non minus fides eius suspecta est) eas ab aliis quoq; scriptoribus, addito non eius sed aliorum testimonio, referri scimus. Cuiusmodi est quod de Amasidis thorace apud hunc nostrum historicum legimus. ab illo enim proditum est, vnamquanq; eius ἐπιστολὴν, quanuis aliogui

ἰῶνα habuisse in Ie ἀριπόδας [illegible] rodoti relationem faciens, certam tamen huius rei fidem [illegible] quę ita scribit: *Hos ignorantes in Aegyptii quondam regis (quem Amasin vocabant) memoriam, hoc fecisse in templo Minervæ* CCCLXV *filis singula fila constare. quod si verum sit, fuisse Romæ prius Tullianum ter consul: paruasq; iam reliquias eius superesse, hac experientia inuenta.* (Tacco) errorem quem interpres hîc commiserat, ἀριπόδας non [illegible] sed *vestimenta* interpretatus. Hæc ego aliaq; huiusmodi mecum reputans, & mendacem [illegible] fuisse deprehendens, tum audiens, hoc epigramma inter scribendam illam apologiam, in calumniatorem illos si, tanquam ipsum Herodotum compellans:

Ἀ Φρων ὃς ψεύσεω σε καλεῖ, ὅτι πύθεται ἄλλα.
Καὶ τί γὰρ εἰ ψεύσεω ψεύδεται ὅς σε καλεῖ;
Εἰ δὲ πελαιὰ λέγει δεδαημένα αὐτὸς ἄμεινον,
Ἀ Φρων καὶ ψεύστης εὐθὺς ἄλωτον ἐών.

Huic certè potissimum scriptori id accidit quod præ quouis alio metuisse videmus, [illegible] ne mendacis à posteris nomen acciperet. Sed si quæcunque incredibilia videntur (cum ex experientia nostra vel sensu nostro siue ingenii captu metimur) mendacii insimulanda [illegible] sent, quàm multa in sacris historiis, quæ tam certæ sunt fidei, mendacii insimularentur? Quem autem librum post sacrosanctos illos habemus in quo res adeo magnæ commendarentur? in quo prouidentiæ potentiæq; diuinæ, quæ superbos deprimit, tot támq; inculcata exempla conspiciantur? vbi regum, potentissimorum alioqui (quorum & ipse superbiam ac vesaniam nobis ante oculos sæpe ponit) regnorúmq; adeo horrendæ euersiones darentur? Quis est ex quo certius sacra chronologia cum profanis historiis conciliari possit? Addo etiam (quod vel maxime commendare nobis hunc scriptorem debet) qui religiosus de diuina prouidentia & quidem valde similibus verbis, interdum etiam iisdem, loquatur? Omitto, prisci illius sęculi simplicitatem, & humile (in quibusdam etiam regibus) vitæ genus eodem nobis modo vtrobiq; describi. Omitto & hoc, nullum vsquam extare apud Græcos autores scribendi genus, quod (vt in omnino diuersa lingua) ad Hebraici breuitatẽ simplicitatémq; magis accedat. Nemo certè est qui quum legit apud Herodotum hanc inscriptionem, *Amasis Polycrati ita dicit*: item, *Mardonius hæc dicit*: non possit vsitatum prophetis præsertim stylum agnoscere, *Hæc dicit Dominus Deus*. Nemo est item qui quum Herodotum ita ordientem suam historiam audit, *Herodoti Halicarnassei historiæ editio hæc*: (de qua interpretatione alibi dicendum erit) simile esse hoc Esaię exordium fassurus non sit, *Visio Esaiæ filii Amos*. Nec non istud Ieremiæ, *Verba Ieremiæ filii Helciæ*. Cui simile est omnino quod prophetam Amos, *Verba Amos*.

Iam verò quod ad Homerum attinet (vt à sacris ad profana veniamus) quisquis lectionis illius studiosus est, ad eam profectò nec; magis compendiariam nec; magis expeditam viam, quam hunc autorem peruolutando, sternere sibi potest: nec aliunde melius quæ apud Homerum Ionica sint, & quæ non tam Ionica quam poetica, cognoscere.

adeo vt qui sit φιλόμηρος, eum esse etiam φιλοφίλιον,
rationi consentaneum sit.

ΑΕΣΙ-

ΛΕΞΙΚΟΝ ΤΩΝ ΗΡΟΔΟΤΕΙΩΝ ΛΕΞΕΩΝ.

Ex ms. codice Melchioris Haiminsfeldii Goldasti.

Α.

Ἀνέη· χρήσῃ.

Ἀναξυρίδας· τὰ βαθέα ἃ βασιλικὰ τῶν ἱματιοδημάτων.

Αὐλός· εἶδος ἀκολάστου ὀρχήματος.

Ἀφυλακτότερον· ἀμελέστερον, φυλακικῶς.

Ἄχεον· ἄχαλον, αὔδατες, τὸ φερόν.

Ἀγαστῆναι· δαπανῆσαι, ἀναλίσκειν.

Ἀγγέλλων· αἰεὶ πέμπειν, ἐδίδαζεν.

Ἀγῶνα· τὸ ἐναγκώμενον.

Ἀλεξομένους· ἀμυνομένους.

Ἀρδις· φαρέτρα· καὶ τὸ βέλος.

Ἀτιμοῦσι· ἀκαιρώσουσι.

Ἀφύσσειν· ἀλύσεις. οἱ δὲ, ψέλλια.

Ἀπορίῃ· τῷ τελευτήσαντι τιμῇ ἀπὸ τῶν ἀέλλων τοῖς ἀναστάσιμα.

Ἀτιμοτέρους· ἀτίμους.

Ἀπεμαστίσαν· ἐμώρανεν.

Ἀπηλιωτέρου· πρεσβυτέρου.

Ἀμοῦσον· παρέσχεν, ἐλκεῖν, ξέειν.

Ἀνδροσφίγγα· σύνθετον ἀνθρώπου καὶ σφίγγος δημιούργημα.

Ἀμφοτέρῃ· ἤγουν καὶ φρενήσεως.

Ἀνέρος· ἕρμαφρόδιτος.

Ἀμβολάδην· καὶ ὑπερβολήν.

Αἰγὸς· λοὺς λίβυες φορέουσι δορά.

Ἀνδέρικας· τὰς καυλὰς τῶν ἀσφοδέλων.

Ἀγηλατέων· διώκων, φυγευδέων, ἐπιτάσσων, ὑβρίζων.

Ἀχαιρεσίη· τὸ ἀεὶ χάειν τοῖς πολλοῖς ζημίῃ, καὶ τὸ ἐπιδόσεις χρημάτων ποιεῖσθαι.

Ἄφλαστον· τὸ ἄκρον τῆς πυρμνίης.

Ἀρθμία· φιλία.

Ἀμοιβηδὶς· μεταπωλαθέντες.

Ἀναμορόμενον· τὸ ἐν χερσὶ συλλαμβανόμενον.

Ἀναπλήξ· ὁ πλανήτης.

Ἀπολύει· ὡς ἄξυλον, ὁ πολύξυλον.

Β.

Βυσσός· βυθός.

Βαθέως· πολλῶς.

Βυτίνης· μεγάλης, μεγάλως.

Βαλανάγρη·

Γ.

Γαυλός· πλοῖον κοῖλον καὶ φορτικὸν καὶ στρογγύλον, καὶ χαλκοῦν ὑποζύγιον.

Γυμνάσιον· οἱ γῆς πεπατημένος τόπος.

Γνωμοσύνην· τὸ γνῶναι τὴν αὐτοῦ διάνοιαν καὶ τὸ ἐναντίον αὐτοῦ.

Γερηνίου· ἀπὸ Γερήνου τοῦ ἀνδρός.

Γυμνοπαιδίαι· ἑορτὴ ἐν Σπάρτῃ, ἐν ᾗ γυμνοὶ χορὸς ἱστῶσι.

Δ.

Δημόσιον· εἰς τὸ δημόσιον καταβάλλειν.

Διθύραμβος· ὕμνος εἰς Διόνυσον.

Διασφᾶξαι· αἰ δίκτυα πίτνει.

Διφροφορευμένους· φορείοις φερομένους.

Ε.

Ἐγχρίψαι· ἐμπεσεῖν, ἐπιστρατεύσαι.

Ἐσηθίσαντες· ὑλίσαντες.

Ἐνηβητήρια· ἐνευωχητήρια.

Ἐλάχισεν· εἰς λόχους κατέπεξεν.

Εὐλέων· σκωλήκων.

Ἐπιφορήματα· τελεσήματα.

Ἐπίλαμπος· καταφανής.

Ἐπαίξ· φανερός.

Ἐπίπωλα· ἡ μὴ βεβαίως κλῆσις, ἀλλ' ἐπιπόλαιος· ἐπιπλᾶ δὲ τὰ ἐπαίνω τῶν ῥωμάτων.

Εὐπετέα· ῥᾳδίως εἰργασμένα.

Ἐννώσας· ἐννοήσας.

Εὐμάρεια· ἡσυχία, εὐκολία.

Ἔμβολος· χάλκωμα ἐπὶ δίμβυον ἐπὶ τῶν πρῴρεων τῆς ναυσίν.

Ἐνάειρες· οἱ ὁπλῖται.

Ἐφάρμοσε· ἐπίκλυσον.

Ἐπίσχον· ἔπεισον, κατέλυσα.

Ἐκπλῆσαι· ἔδωκεν, ἀπὸ τῆς πόας.

Ἐναλίσειν· χώρας ἀπὸ φόβου τὰς κατοχομένας.

Ἐδώλιοι· καταστρώματικός.

Ἐκύρησεν· ἔτυχεν.

Ἐπικάρσιον· πλάγιον.

Ἐπιρρέως· ἀπιμελῶς.

Ἐλῶν· ἐλάσας.

Ἐπαμησάμενος· ἀναπνεύσας.

Ἐνωμοτία· τάξις παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις.

Ἐρμὶς· ὁ κλινόπους.

Ἔλυτρον· σκέπη, δέρμα.

Εἰρεῶν· παρὰ Λακεδαιμονίοις ἐν τῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ ὁ παῖς ῥωβίδας καλεῖται, τῷ δευτέρῳ μετερχόμενος, τῷ τρίτῳ μικιζόμενος, τῷ τετάρτῳ μετέπαις, τῷ πέμπτῳ παῖς, τῷ ἕκτῳ μελλείρην. Ἐφηβεύει δὲ παρ' αὐτοῖς ὁ παῖς ἀπὸ ἐτῶν ιδ μέχρι καὶ κ. Βαρυτόνως δὲ τὸ μελλείρην, ὥσπερ πυθμὴν ἀπύθμενος, αὐχὴν ὑψαύχην.

Ἐπίδοξα· αὐτὶ τοῦ προσδόκιμα.

Εὐεσίη· ἡ εὐημερία καὶ εὐετηρία· ἡ καλλίστη τῶν ἐτῶν διαγωγή. Διὸ μιαλὸς αὐτὸ σημαίνει.

Εἰρεσιμίτεα· ζώνη.

Ζ.

Ζυγαῖς· καθέδραις.

Ζώνη· πορφυρέη ἔνδυμα.

Ζάκορος· νεωκόρος, ἱερεύς.

Η.

Ἡμέκτεων· δυσφορῶν.

Ἠπεφόνεον· μετ' ἰσχύος, μετ' ἀκολασίας, ὀρχηστύος.

Ἤλασαν· ἔφθειραν, ἐπόνησαν.

I.

Ἰάλη· πόλις Ἰταλική, συρροφή.
Ἰαπυγίδες· αἱ γηήσιοι παῖδες.
Ἰτέα· λεῖπα.
Ἰαχαΐζουσι· λέγουσι, φλυδρῶσι.

K.

Κνάφος· ἄκανθα ἔλειρυσα ἰμάτια.
Καθαπέλια· τὰ αἰγαλώματα, ἢ σκευέδρια.
Κυνηγμάτων· χειρῶν ἀποφθεγμάτων.
Κορύνη· ξύλον ὀπισθαμπές.
Κρέξ· ὄρνεον δυσκιώνισον τοῖς γαμοῦσι.
Κάπηλοι· ἀποδεχόμενοι.
Καινῶν· τὸ χρὴ σαόσαι λόγῳ καινῷ.
Κομιδή· ἀνάσωσις, ἐπιμέλεια.
Κέρκυρ· νεὼς εἶδος.
Κληρούχους· γεωργούς.
Κρησφύγετον· ἢ φυγή, ὀχύρωμα.
Καταγνέων· ἢ λύων.
Καλλιρρεῖαθαι· θύειν.
Κυμαίων· ὑπαγωγή, αἰγιαλός.
Κυρεσίας· πάρεας.

Λ.

Λέπρη· πάθος ὃ ἕλκει ὅλον τὸ σῶμα.
Λαῦραι· ῥύμαι, ἀμφόδα.
Λίνον· λύρας χορδή, ἢ ᾠδῆς ὄνομα.
Λάξιν· λῆξιν, μερισμόν, κλῆρον.
Λάοθη· αἰσχύνη.

M.

Μετεξέτεροι· τινές.
Μύδρον· σίδηρον ἀργόν.
Μελεδωνοί· φρενιάσει.
Μυχοί· ἢ δύσεις.

N.

Νεοχμῶσαι· νεωτὶ κινῆσαι.
Ναυλόχιον· λιμήν.

Ξ.

Ξενίην σωνήθεα το· ὡς ξενίῃ ἐδωρήσατο.

O.

Ὄρθιος· νόμος· τρόπος μελῳδίας.
Οὖρον· ὁρμητήρια.
Ὀχετηγοὺς ἀνθρώπους· πορπακας ἢ δεσμούς.
Ὀνήσῃ· περίξεται· ἐοίκασι πείσῃ.
Ὀργίσας· μαλάξας.
Οἰσύπῃ· ῥυπῶδες πεδάτων ἔρια.
Οὐκ ἐκνεμόμενος· ἀ πεσσηκόντως.
Ὄνος· τὸ ἀεὶ τὸ τῶν ὑδάτων ἀγγεῖα πολύπλοκα ἢ συρροφοῦμενον.
Ὀρχηδὸν· ἡδέως.

Π.

Πηκτίς· ὄργανον μαλακόφωνον.
Πεῖσαι· ψηφοι.
Πρυτανεῖον· δημοθοίνιον, δόλος· ἢ τὸ αὐτὸ θήκη.
Πρόχυσις· τὸ δοκιμεῖον.
Πόπλος· νεκύριος· μετὰ τὸ ε, ὁ σβέλος.
Πάτριοι· θεοὶ φουτικοὶ ἐν τοῖς πρύμναις ἱδρυμένοι.
Παλαθ[illegible] ὅτι τρυγὸς πλάσματα [illegible] κων [illegible] θεσις.
Περιφόρια· ἔπαθλα.
Πρόξενοι· ἐπίκλητοι.
Πολέμαρχος· ἄρχων τῶν ξένων.
Πρόκα· ἔτι.

P.

Ῥῆπις· πλέγμα.
Ῥηχίης· φαγμοῦ, ἢ δίσμης τ φαγ[illegible]ου.
Ῥῆχος· φαγμός.

Σ.

Σπερχθείς· παροχθείς.
Σκευή· ἅπλισις καὶ σολή.
Συμψήσας· σωτερίψας.
Σαγάρεις· πελέκεις.
Σχοινοτενές· μακρόν.
Συρμαΐζειν· καθαίρειν πίμελι τῶν ἐκ ζειῶν [illegible]
Σπαδίξας· ἐκδείρας. Σπάδιξ γὰρ Φλοιὸς ῥί[illegible] νης. οἱ δὲ, φοίνικος ῥάβδον. Σπάδακας δὲ καὶ [illegible] καὶ σπαδίξ, ὄργανόν τι κιθαριστικόν.
Συρμαία· βρῶμα ἀπὸ σέατος ἢ μέλιτος, ἢ λίπους λίνου ἐοικός.
Σκυτάλαις· ῥάβδοις.
Σῶτερα· σωτήρια, λύτρα.
Σώχασι· τρίβουσι.
Σχοίνῳ συμβολεῖς· οἱ ψιαθοπλόκοι.
Στρέφων· τὸ ἀεὶ τῶν κεφαλῶν ἱερῶν,
Σπαθμός· ὁδὸς μέτρον, κατάλυμα.
Σινάμωρον· κατήχολον.
Σαυρωτήρ· ξυσὸν, δόρυ. ἢ σύριγξ ὃν ἔνιοι κ[illegible] χον.

T.

Τρικάδας· λεῖπα κ[illegible] ἀνδρῶν λ'.
Ταρσοὶ καλάμων· [illegible]
Τελφάσιοι· τελφῶνοι, τερατολόγοι.
Τόρνιον· τὸ τρῆμα, ἢ τὸ [illegible]
Τέμπεα· τὰ ξενα τῶν [illegible]
Ταινίαν· διάδημα.
Ταρσὸς· ἢ τῶν ὀρνίθων πτέρυγος.

Φ.

Φαρμάκοις· βοτάναις.
Φάλαγξ· τὸ ἀεὶ πρὸς γ[illegible] πάσματι.
Φάρσος· τρύφος, κλάσμα.
Φρενήρης· σώφρων.
Φεμαίζασθαι· Φρυάξασθαι, Φυσᾶσθαι.
Φόρμος· πλέγμα, ὁ πλέκτος.
Φυλάξαντες· ἐπιτηρήσαντες.
Φυγέγγυος· βεβαιωτής.

Χρήματος· πεζέγματος.
Χαρέσθαι· πίτερα· λῆξαι ἐν [illegible]
Χορηγεύων· τιμῶν.

Ψίγνες· κωνωπ[illegible] ἐκ τῆς ὀργῆς τῆς [illegible] σεως.

VETERVM ALIQVOT TESTIMONIA ET ELOGIA

DE HERODOTI VITA, SCRIPTIS, ET DICTIONE.

IN QVIBVS AVCTORIS LAVDES, ET eius historia & styli cum aliorum comparatio.

HERODOTI VIta, ex Suida.

Τῆς δὲ τρίτης ἁρμονίας, ἣν ἔφην μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν εἶναι, τὸ ἁρμόττοντα ἑκατέραις ἐκλέγεσθαι ἀφ' ἑκατέρας, ἴδιός ἐστι χαρακτὴρ οὐδείς· ἀλλ' ὡς αὐ ἕκαστοι βούλονται καὶ δύνανται ἀπὸ προαιρέσεως ἔχουσιν ἢ δυνάμεως, τὰ μὲν φυγεῖν, τὰ δὲ λαβεῖν, ἔστιν ὅπως κἀνταῦθα, καθάπερ ἐν τῇ ζωγραφίᾳ τὰ μίγματα. ταύτης τῆς ἁρμονίας κράτιστος μὲν ἐγένετο κανὼν ὁ ποιητὴς Ὅμηρος, καὶ εὑρεῖν τις εἰπὶ λέξιν ἁμείνονα ἢ μᾶλλον ἁρμόττουσαν τῇ σκηνῇ πρὸς ἀμφότερα ταῦτα· λέγω δὲ τό τε ἡδὺ καὶ τὸ σεμνόν. ἐζήλωσαν δὲ αὐτὸν τῶν τε ἄλλων ποιητῶν καὶ μελῶν, ἔτι δὲ τραγῳδίας τε καὶ κωμῳδίας συγγραφεῖς τε ἀρχαῖοι καὶ φιλόσοφοι καὶ ῥήτορες· ὧν ἁπάντων μεμνῆσθαι πολὺ αὖ ἔργον εἴη. ἀρκέσει δὲ τῶν ἐν λόγοις ἀναστρεψαμένων, οὓς ἐγὼ κρατίστους εἶναι τεθείμην, δύο τοὺς ἀρχηγέτας μόνους· συγγραφέων μὲν, Ἡρόδοτον, φιλοσόφων δὲ, Πλάτωνα· καὶ γὰρ ἀξίωμα καὶ χάρις αὐτῶν [3] διήκει τὰς ἁρμονίας. εἰ δὲ ὀρθῶς ἐγὼ καὶ εἰκῇ τεθείκα ταῦτα, αὐτῶν ἐξεπίσους, τῷ βουλομένῳ σκοπεῖν ἔστιν. Φέρε δή τις ἂν ὁμολογήσειε τῆς τε αὐστηρᾶς καὶ τῆς [4] ἡδείας ἁρμονίας μέσην εἶναι τὴνδε τὴν λέξιν, ἣ τὰ κράτιστα εἰλήφεναι παρ' ἑκατέρας, ἢ κέχρηται Ἡρόδοτος ἔτι δὲ πρὸς τοῖς λόγοις ἐβούλευτο περὶ τῆς ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας στρατείας; μεταγενέστερον δ' εἰς τὴν Ἀττίδα ἀφίκετο ἡ λέξις· Ἄνδρες Πέρσαι, &c.

Ὅτι δὲ τῆς μέσης ἁρμονίας ἐστὶν ἡ τοιαύτη λέξις, καὶ τὰ κράτιστα εἰληφέναι παρ' ἑκατέρας, ἡ κέχρηται Ἡρόδοτος ἔτι δὲ πρὸς τοῖς λόγοις ἐβούλευτο περὶ τῆς ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας στρατείας; μεταγενέστερον δ' εἰς τὴν Ἀττίδα ἀφίκετο ἡ λέξις· Ἄνδρες Πέρσαι, &c.

Apud Dionysium Longinum de sublimi genere dicendi.

Solus HERODOTVS proximè ad Homeri exemplar accessit.

Παρὰ Διονυσίῳ τῷ Λογγίνῳ περὶ τοῦ ὑψους.

Μόνος Ἡρόδοτος ὁμηρικώτατος ἐγένετο.

Ex Hermogenis opere quod inscribitur περὶ ἰδεῶν ideōn parte II.

Ἐκ τῶν Ἑρμογένους περὶ ἰδεῶν μέρος β.

DE HERODOTO.

ΠΕΡΙ ΗΡΟΔΟΤΟΥ.

IN paruis quoq; rebus iisq; quæ in historia vsuenire solent, omnium maximè excellit Herodotus. Causa est: primùm quod purus iuxta ac disertus est, multum & valde delectando occupatur. Etenim notionibus [1] tenuibus propemodum omnibus, dictione quoq; poëtica vtitur vbique. Amplitudinem verò [2] non habet & quod circa sententias versatur. certè accuratione sua & ornatus apparatu vtrumq; consequitur tam voluptatem quam amplitudinem in dictione.

Ἐν τούτοις τοῖς καὶ ἱστορίαν πανταχοῦ εἰωθόσιν ἀγωνίζεσθαι ἐναργὴς πάνυ ὁ Ἡρόδοτος. τὸ δ' αἴτιον ὅτι μὲ καθαρός, ἐ εὐκρινὴς πολύς ἐστι τῇ ἡδονῇ, ἐ ψυχαγωγίᾳ πάσῃ, ἐ τῇ λέξει ποιητικῇ χρῆται. ὄγκος μεγέθους δὲ πολλαχοῦ μὲν ἔχει, ἐ τοῦ καθ' ἕνωσιν, ἐ μάλιστα περὶ τὰ ἐννοήματα· ἐ τὸ πολὺ ἐ κόσμου τοῦ ῥυθμοφόρου, καὶ σὺν ἡδονῇ ἔχει, ἐ τὸ μέγεθος.

1 ωικτὸν substantivè accipiendum pro μικρότης, seu μικρέα, vt supra vocat. nili μικνὸν communi genere vsurpatum hic velis, vt Varinus Rom. Ed. [illegible] communis enim loquendi ratio postulat feminini finem. F.S. 2 Pro οὐκ scribis & structura postulat αὐτοῦ vel αὐτὸν vel saltem αὐτῶν. F.S. 3 Post αὐτῶν perperam in exemplari ex præcedentibus repetitum ἡ πλατῶν. F.S. 4 Pro ἡδείας perperam habet exemplar ἡδυσμένης. F.S. 5 In exemplari est ἐβούλευτο parum congruenter, ego Stephanum Herodoti edit. sequi malui. F.S.

εἰ γὰρ παλεῖσι τῶν ῥυθμῶν αὐτὸ κατά τε τὰς συνθήκας καὶ τὰς βάσεις, δακτυλικοί τέ εἰσι καὶ ἀναπαιστικοί, σπονδειακοί τε καὶ ὅλως σεμνοί. ἤθη δὲ καὶ πάθη περσώπων ἐπιφέρεις ἄλλος, κάλλιστα καὶ ποικιλώτατα μεμιμημένα. Μᾶλλον δὲ τούτων καὶ πλείονι τῷ μεγέθει πολλαχοῦ κέχρηται, ὡς ἔν τε ἄλλοις, καὶ ἐν τῇ ἐσβολῇ τῶν ἱστορικῶν κατὰ τὸν Ξέρξεα πρὸς Ἀρτάβανον, κἀκεῖνα πρὸς Ξέρξεα περὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων λόγους. ποιοῦσι καὶ περὶ Ἡροδότου.

Plerique enim numeri ipsius in compositionibus & pedibus dactylici sunt & anapæstici, & spondaici, prorsusq; graues. Mores verò & affectus personarum, si vllus alius, pulcherrimè & poëtico more quam maximè imitatur. Ob eas vero & maiori amplitudine sæpissime vtitur, vt alibi, & septimo historiarum, in Xerxis ad Artabanum, & illius ad Xerxem de rebus humanis sermonibus. Et hæc de HERODOTO dicta sint.

Ἐκ τῶν Μαρκελλίνου περὶ τοῦ Θουκυδίδου βίου.

Ex Marcellino, de Thucydidis vita.

τῶν δὲ περὶ αὐτὸν (Θουκυδίδην) συγγραφέων πρὸ καὶ ἱστορικῶν ἀψύχως ὥσπερ εἰσαγόντων τὰς συγγραφὰς, καὶ ψιλῇ μόνῃ χρησαμένων διηγήσει, προσώποις δὲ ἀπρεπέσιν λόγους τινὰς, οὐδὲ ποιησάντων δημηγορίας, ἀλλ' Ἡρόδοτος μὲν ἐπεχείρησαντο, καὶ μικρὸν ἐξίσχυσαντο (δι' ὀλίγων γὰρ ἐποίησε λόγων, ὡς προσωποποιίας μᾶλλον ἢ περὶ δημηγορίας) μόνος δὲ συγγραφεὺς ἐξεῦρέ τε δημηγορίας, καὶ τελείως ἐποίησε μετὰ κεφαλαίων καὶ διαιρέσεως, ὥστε καὶ σάσει κατοπτεύειν τὰς δημηγορίας.

Cum autem scriptores, ac historici, qui eum (*Thucydidem*) ætate præcesserunt, historias anima (vt ita loquar) carentes conscripserint, & nuda, simpliciq; rerum narratione vbique sint vsi, nec vllis personis vllam orationem attribuant, nec vllas conciones fecerint, cumque HERODOTVS rem tentarit, nec voti compos fieri potuerit (HERODOTVS enim conciones paucis verbis expressas fecit, personarum fictionibus similiores, quam concionibus) vnus hic historiæ conditor conciones & inuenit, & perfectè composuit, ita vt earum vnaquæque sua capita, & partitiones habeat, & ad certum statum reuocari possit.

Καὶ πάλιν.

Et iterum.

Ἵνα δὲ μηδὲ τὰς ἄλλας ἀγωγὰς χαρακτῆρας, οἷόν ἐστι μέσον μὲν Ἡρόδοτον ἐγνῶναι· (ὃς γέ τι ὑψηλόν ἐστιν, οὔτε ἰσχνός) ἰσχνὸν δὲ Ξενοφῶντα. Μᾶλλον γὲ μὴν τὸ ὑψηλὸν ὁ Θουκυδίδης καὶ ποιητικοῖς πολλάκις ἐχρήσατο λέξεσι, καὶ μεταφοραῖς τισι.

Sed vt reliquas dicendi formas cognoscas, scias HERODOTVM quidem media esse vsum (quæ neque sublimis, neque tenuis est) Xenophontem verò tenui. Thucydides igitur, vt sublimem faceret orationem, sæpe & poëticis dictionibus, & quibusdam translationibus est vsus.

Sed abrumpere cogimur hanc telam, exstant alias hinc inde alia eiusmodi, vt apud eundem Hermogenem, Phalereum Demetrium, alios. Sic & elogia alia, quale illud vel ab inimico, quem se scripto contra Herodotum professus est, Plutarcho: γραφικὸς, ait de Herodoto, ἀνὴρ, καὶ ἡδὺς ἀκροᾶσθαι, καὶ χάριτος ἔπεστι, καὶ δεινότης καὶ ὥρα τοῖς διηγήμασι. Herodotus autem, ait Diodorus Siculus, ὁ πολυπραγμονέστατος, εἰ καί τις ἄλλος, γεγονὼς, καὶ πολλῆς ἱστορίας ἔμπειρος. Aristides vocat κάλλιστον λογοποιῶν. Θαυμασιώτατον καὶ μελίγηρυν, Athenæus. Ἡρόδοτον ἐπαινοῦντα, inquit Cedrenus: ὁ γλυκὺς Ἡρόδοτος, Eustathius. Alia eiusmodi, quæ siue quis notauerit plenius & melius. Nos, quod vnum adhuc possumus, è Cicerone & Quinctiliani testimoniis aliquot præclaris additis, subiiciemus dein aliquot epigrammata in Herodoti laudem à veteribus scripta, & plura noua H. Stephani, contra eos qui Herodoti historiam fabulositatis accusant.

Ex Cicerone lib. II. De orat.

Apud Græcos autem eloquentissimi homines remoti à caussis forensibus, cùm ad ceteras res illustres, tum ad scribendam historiam maximè se applicauerunt. Nanque & HERODOTVM illum qui princeps genus hoc ornauit, in caussis nihil omnino versatum esse accepimus. Atqui tanta est eloquentia vt me (quantum ego Græce scripta intelligere possum) magnopere delectet.

Ex

Ex eodem in Orat.

Quo magis sunt HERODOTVS Thucydidesque mirabiles, quorum ætas quum in eo-dem tempora quos nominaui accidisset, longissimè tamen ipsi à talibus delsciis vel potius vitiis abfuerunt. Alter enim sine vllis salebris, quasi sedatus amnis, fluit; alter incitatior fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum. primisque ab his (vt ait Theophrastus) historia commota est, vt auderet vberius quam superiores & ornatius dicere.

Ex eodem in Hortensio, apud Nonium.

Quid enim aut HERODOTO dulcius, aut Thucydide grauius? *&c.*

Idem libro de legibus I,

Patrem historiæ *eundem vocat: atque hoc referendum videtur ad illa verba quæ ex secundo* H. Steph. *de oratore libro allata paulo antè fuerunt*, HERODOTVM illum qui princeps genus hoc ornauit. *quum de historiæ scriptione loquitur.*

Ex M. Fabio Quinctil. lib. IX,

Vbi de compositione loquitur.

Itaque vt confiteor, pęnè vltimam oratoribus artem compositionis quæ perfecta sit, contigisse: ita illis priscis habitam inter curas, in quantum adhuc profecerant, puto. Neque enim mihi quamlibet magnus autor Cicero persuaserit, Lysiam, HERODOTVM, Thucydidem, parum studiosos eius fuisse.

Aliquanto post.

In HERODOTO verò cùm omnia (vt ego quidem sentio) leniter fluunt, tum ipsa Διάλεκτος habet eam iucunditatem vt latentes etiam numeros complexa videatur.

Idem lib. X.

Historiam multi scripsere præclarè: sed nemo dubitat duos longè ceteris præferendos: quorum diuersa virtus laudem pęnè est parem consequuta. Densus & breuis, & semper instans sibi Thucydides: dulcis & candidus & fusus HERODOTVS. Ille concitatis, hic mollibus affectibus melior: ille concionibus, hic sermonibus: ille vi, hic voluptate.

Addamus & hoc ex A. Gellii Noct. Attic. lib. XV.
cap. XXIII.

Hellanicus, HERODOTVS, Thucydides, historiæ scriptores in isdem temporibus fere laudem gloriamque floruerunt; & non nimis longè distantibus fuerunt ætatibus. nam Hellanicus initio belli Peloponnesiaci fuisse quinque & sexaginta annos natus videtur, HERODOTVS tres & quinquaginta, Thucydides quadraginta, scriptum hoc est in libro vndecimo Pamphilæ.

EPIGRAMMATA IN HERODOTVM, QVORUM prima tria veterum sunt, reliqua H. Stephani.

ΧΡΙΣΤΟΔΩΡΟΥ ποιητοῦ Θηβαίου Κοπτίτου.

Anthologiae Lib. V.

Οὐδὲ Ἀλικαρνασσοῦ με παρέδραμε θῆσσα ἀοιδὸς
Ἡρόδοτος πολύϊδρις, ὃς Ὠγυγίων κλέα φωτῶν
Ὅσσα περ ἠπείρων δυὰς ἤγαγλυ, ὅσσα τε φαιὼν
Ἑσπερίη ἑρπύζων, ὁσάπαις αἰὲν ἠκάζε Μίσσης
Μίξας εὐεπίῃσιν Ἰάονίδος αὔηα φωνῆς.

CHRISTODORI POETÆ THEBANI COPTITÆ.

Interprete Cl. SALMASIO.

Nec te Alicarnasso vates diuine silebo
HERODOTE *ô sapiens, quo fortia facta virorum,*
Quidquid in Europa atque Asia labentibus annis
Tempora prisca tulere, nouem sacrante Camœnis
Iuncta ladi certat florens facundia linguæ.

ΑΔΗΛΟΥ.

apud Steph. voce Θάρυρα.

Ἡρόδοτον Λύξεω κρύπτει κόνις ἥδε θανόντα
Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορίης πρύτανιν,
Δωριέων πάτρης βλασθεὶς ἄπο· τὴν γὰρ ἄπλητον
Μῶμον ὑπεκπροφυγών, Θούριοι ἔσχε πάτρης.

INCERTI.

Eodem interprete.

Lyxidæ HERODOTI *cineres humus ista recondit*
Historiæ antiquæ patris Ioniacæ.
Quem Doris patria extulerat, patria altera posthac
Thurias excepit, dum fugit inuidiam.

Fuit hoc epigramma & supra allatum ab auo meo, cum eiusdem interpretatione, pag. 8. Monuit me etiam SALMASIVS noster ὁ πανυ, in tertio versu, vbi vulgo habetur Δωριέων πάτρης, Palatinos codices habere Δωρίδος ἐκ πάτρης, quod ipsum tamen vulgato melius non esse censet.

ΑΔΑΟΥ.

Ἡρόδοτος Μούσας ξυλίσατο τὴν δὲ ἀρέπαξη
Ἀντὶ φιλοξείνης βύβλου ἔδωκε μίσθ.

ΕΡΡΙΚΟΥ ΤΟΥ ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΕΙΣ † Ἡρόδοτον.

Ἡρόδοτος λιγυρῶν ὅσσοι μύσαιον ἄξια Μουσῶν,
Τὰς βίβλοις πρώτιστος ὑφήνατο παντομίας.

ΕΙΣ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ.

Ἡρόδοτε τὶς φθέγμα μελισταγὲς εἶπεν ἀκούσας,
Οὐ σὴ Μουσάων, ἢν λαλῇ Ἡρόδοτος.

Ἡρόδοτ, Καλλίοπης σὴ λύρα.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ.

Ἡρόδοτε λαλέοντος ἀκὴν ἔσο Μοῦσα σιωπῇ,
Ὄφρα σὲ μὴ εἴπω Μοῦσαν ἄμουσον ἔμεν.

Ἡρόδοτ, Μὴ σοὶ τὸν δεκάεις Μοῦσα ἄμουσος ἔμοι.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ.

Οὐχ Ἑλικωνιάδων τάδε ἦν, ἀλλ' Ἡροδότοιο,
Φοίβου ἄτ', ὃς μέσσῳ τῷ Ἑλικωνιάδων.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ.

Ἡρόδοτε λεγόμεθα πόνος θ' ἅμα σὴ ἐπέα Μουσῶν·
Κλέμμα ἢ Μουσάων κάλλιον ἄμμε λέγῃ.
Εἰ δέκα δὴ ἦν γεγραφώς, δεκάτῳ τὶς αἴ κ' ἔπλασε Μοῦσαν,
Ὄφρα μὴ ἡ δεκάτη βίβλος ἄμουσος ἔοι.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ.

Ἔστι μέν, ἔστιν Ἰὰς λιγυρὴ Δωρὶς ἐκλεκτὸς ἁπασῶν
Ἔξοχα, καὶ μαλακοὺς ὤξατο θεσμοὺς·
Ἀλλὰ γλῶσσαν Ἰὰς πασῶν φέρεται ἀτηρήν,
Τόσσην Ἰὰς ἔχοντα Ἡρόδοτος φέρῃ.

ALIA EIVSDEM H. STEPHANI EPIGRAMMATA, PARTIM GRÆCA, PARTIM LATINA, QVÆ iis qui HERODOTVM accusant fabulositatis, respondent: è quibus primum quod incipit Ἄφρων omisimus hîc, quum id supra iam pag. 34. habueris.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΗΡΟΔΟΤΟΝ, ὡς ἀπ' αὐτοῦ.

Θαύματα πολλὰ λέγων, δοκέων πολλοῖσιν ἄπιστος·
Σοὶ δ' ἄπιστος ἔῃ ὃς μὲ ἄπιστον ἐρῇ.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ὡς ἀπ' αὐτοῦ.

Μυθικὴ ἱστορίη φθονερῶν τὰ δὲ τῶνδε καλεῦμαι.
Φεῦ τόσον ἰοβόλων σῶμα τοὺς φθονερῶν.
Ἀλλὰ γραφὴν τὰ δόξα πολλοί μὲ λέγουσι καὶ ἄλλοι.
Ἢ τὰ δόξα γραφήν, μυθικὰ ὄντ' γραφήν;
Ἱστορικοὶ πολέες τὰ δόξα γράφουσι καὶ ἄλλοι,
Καὶ τῶνδ' ὑ λέγεται μυθικὴ ἱστορίη.
Ὅων' οἵοις τὰ δόξα δοκεῖ, δοκεῖ ὕπνος πᾶσι.
Καὶ πὴ ἄπιστα δοκεῖ σήμερον, αὔριον ὕ.
Ἡ ἐμὴ ἱστορίη, τὰ δόξα γράφουσα, καλείσθω
Ἢ τὰ δόξα γράφος, μὴ τὰ δὲ μυθογράφος.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ, ΩΣ ἀπ' ἀυτῦ.

Ἔκλυον εἰν ἀίδεω ὅτι πολλοὶ πολλάκι αἰδρες
Ἱστορίης κατ' ἐμῆς πολλὰ κακηγόρεον.
Πλούταρχος, Βοιωτὸς ἀνὴρ, φιλόπαρχος ἁπάντων,
Καὶ κακόηθες ἐμὲ φησὶ διστορίην.
Ἀλλ' εἰ κ' εἰν ἀίδεω παρρησίη ἔστι μοι αὖτε,
Ἦθος οἱ ὕπιθες, κ' ἐ κακόηθες ἐμοί.

SEQVVNTVR LATINA, IN EIVSDEM HERODOTI PERSONA SCRIPTA.

I.

MENDACEM *historicum quonam me teste probabis,*
Qui nostros libros non reuerenter habes?
Dicere non satis est, Nimis haec mihi mira videntur.
Mira nimis seclis haud ea visa suis.
Illa hoc in seclum secla vt reuocentur oportet,
Si mendacem aliquo teste probare voles.
Non reuocare potes? peto tantùm quod potes, vt non
Me, quae visa mihi, visa negare velis.

II.

Quisquis is est, vel quisquis erit, quo iudice mendax
Dicar, vel nimium vel nihil ille sapit.
Nil sapit, hoc vulgo qui dicere credulus audet,
Atque leui famae pondus inesse putat:
At si quis lectis hoc ausit dicere musis,
Quum sapit has vltra, plus satis ille sapit.

III.

Quod mihi narranti non credis, fabula dici
Protinus hoc dignum est, liuide, iudice te.
Quod quis non credit, sic vocitare licebit,
Historicos multos fama sinistra manet.
Credulus haud volo sis, incredulus & volo non sis:
Hic volo tu discas posse tenere modum.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΗΟΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ Η' ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΟΙ Θ', ΕΠΙ-γεγραμμέναι ΜΟΥΣΑΙ.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIA: SIVE HISTORIARVM LIBRI NOVEM, MVSARVM nominibus inscripti.

LIBER PRIMVS, *qui inscribitur* CLIO.

HERODOTI Halicarnassei [1] historiæ explicatio hæc est: vt neque ea quæ gesta sunt, ex rebus humanis oblitterentur [2] ex æuo, neque ingentia & admiranda opera vel à Græcis edita vel à barbaris, [3] gloria fraudentur, cum alia, tum vero [4] qua de re isti inter
1 se belligerauerunt. Persarum [5] eximii memorant dissensionum autores extitisse Phœnices, qui à mari quod rubrum vocatur, in hoc nostrum [6] proficiscentes, & hanc incolentes regionem quam nunc quoq; incolunt, longinquis continuo nauigationibus incubuerunt: faciendisque Ægyptiarum & Assyriarum mercium vecturis, cum in alias plagas, tum etiam Argos peruenerunt. Argos etenim ea tempestate omnibus ciuitatibus regionis quæ nunc Græcia nominatur, antecellebat. Huc porro appulsos Phœnices mercimonia exposuisse: & quinto sextove quam appulissent die, cunctis fere diuenditis, feminas ad mare
10 venisse cum alias multas, tum vero regis

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΠΡΩΤΗ, ὑπογεγραμμένη ΚΛΕΙΩ.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε· ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται, μήτε ἔργα μεγάλα τε καὶ θωυμαστὰ, τὰ μὲν Ἕλλησι, τὰ δὲ βαρβάροισιν ἀποδεχθέντα, ἀκλεᾶ γένηται· τά τε ἄλλα, καὶ δι' ἣν αἰτίην ἐπολέμησαν ἀλλήλοισι. Περσέων μέν νυν οἱ λόγιοι Φοίνικας φασὶ γενέσθαι τῆς διαφορῆς αἰτίους. τούτους γὰρ ἀπὸ τῆς Ἐρυθρῆς καλεομένης θαλάσσης ἀπικομένους ὅτι τήνδε τὴν θάλασσαν, καὶ οἰκήσαντας τῶνπερ καὶ νῦν οἰκέουσι, αὐτίκα ναυπλίῃσι μακρῇσιν ἐπιθέσθαι. ἀπαγινέοντας δὲ φορτία Αἰγύπτιά τε καὶ Ἀσσύρια, τῇ τε ἄλλῃ χώρῃ ἐσαπικνέεσθαι, καὶ δὴ καὶ ἐς Ἄργος. ὃ δὲ Ἄργος τοῦτον τὸν χρόνον τοῦτο ἦν ἅπασι τοῖσι ἐν τῇ νῦν Ἑλλάδι καλεομένῃ χώρῃ. ἀπικομένους δὲ τοὺς Φοίνικας ἐς δὴ τὸ Ἄργος τοῦτο, διατίθεσθαι τὸν φόρτον. πέμπτῃ δὲ ἢ ἕκτῃ ἡμέρῃ ἀπ' ἧς ἀπίκοντο, ἐξεμπολημένων σφι σχεδὸν τῶν πάντων, ἐλθεῖν ὅτι τὴν θάλασσαν γυναῖκας, ἄλλας τε πολλὰς, καὶ δὴ καὶ τοῦ βασιλέος

ι ὁ ἐπολέμησαν

1 2 3 4 5 Historiæ editio. *Totum hoc principium possit ita reddi*, Hæc est historia ab Herodoto Halic. edita: vt nec ea quæ facta sunt, ex hominum memoria temporis longinquitate deleantur, neque magnorum & admirandorum facinorum, quæ partim Græci partim barbari ediderunt, fama extinguatur, cum circa alia *quæ de iis cognitu digna sunt*, tum vero *circa hoc*, quænam belli inter eos causa fuerit. Persarum quidem certe sermones memorant diss. *Legis autem hic interpres λόγιοι pro λόγοι.* 6 Profecti, & positis sed. bus in ea regione quam, &c.

θυγατέρα. Ὃ δὲ οἱ σαύσομαι εἰ) κ᾽ τοῦτο ὃ καὶ Ἕλλησες λέγουσι, Ἰοῦν τ᾽ Ἰνάχου. Ταύτας γάσας κ᾽ τὴν πρύμνην τοῦ νηὸς, ὡνέεσθαι τῶν φορτίων τῶν σφὶν ἦν θυμὸς μάλιστα· καὶ τοὺς Φοίνικας ἁρμηθέντας ἐπ᾽ αὐτάς. Τὰς μὲν δὴ πλεύνας τῶν γυναικῶν ἀποφυγέειν, τὴν δὲ Ἰοῦν σὺν ἄλλῃσι ἁρπασθῆναι. ἐσβαλομένους δὲ ἐς τὴν νέα, οἰχέσθαι ἀποπλέοντας ἐπ᾽ Αἴγυπτου. Οὕτω μὲν Ἰοῦν ἐς Αἴγυπτον ἀπικέσθαι λέγουσι Πέρσαι, οὐκ ὡς Ἕλλησες· καὶ τῶν ἀδικημάτων τοῦτο ἄρξαι τοῦτον. μετὰ δὲ τοῦτα, Ἑλλήνων τινάς (οὐ γὰρ ἔχουσι τοὔνομα ἀπηγήσασθαι) φασὶ τὴν Φοινίκης ἐς Τύρον τοῦτον ἐλθόντας, ἁρπάσαι τὴν βασιλέος τὴν θυγατέρα Εὐρώπην. (εἶεν δ᾽ ἂν οὗτοι Κρῆτες) ταῦτα μὲν δὴ ἴσα σφι πρὸς ἴσα γενέσθαι. μετὰ δὲ τοῦτα, Ἕλληνας αἰτίους τῆς δευτέρης ἀδικίης γενέσθαι. καταπλώσαντας γὰρ μακρῇ νηὶ ἐς Αἶάν τε τὴν Κολχίδα καὶ ἐπὶ Φᾶσιν ποταμὸν, ἐκπερήσαντα τὰ ἄλλα τοῦ εἵνεκεν ἀπίκοντο, ἁρπάσαι τὴν βασιλέος τὴν θυγατέρα Μηδείην. πέμψαντα δὲ τὸν Κόλχων βασιλέα ἐς τὴν Ἑλλάδα κήρυκα, αἰτέειν τε δίκας τῆς ἁρπαγῆς, καὶ ἀπαιτέειν τὴν θυγατέρα. τοὺς δὲ ὑποκρίνασθαι ὡς οὔτε σφέας ἐκεῖνοι Ἰοῦς τῆς Ἀργείης ἔδοσάν σφι δίκας τῆς ἁρπαγῆς· οὔτε ὦν αὖτοὶ δώσειν σφέτερον οὐδενί. Δευτέρῃ δὲ λέγουσι γενεῇ μετὰ ταῦτα Ἀλέξανδρον τὸν Πριάμου, ἀκηκοότα ταῦτα, ἐθελῆσαί οἱ ἐκ τῆς Ἑλλάδος δι᾽ ἁρπαγῆς γενέσθαι γυναῖκα, εἰδότα μάλιστα πρήσσειν ὅτι οὐ δώσει δίκας· οὔτε γὰρ ἐκείνους δόντας. οὕτω δὴ ἁρπάσαντος αὐτὸς Ἑλένην, τοῖσι Ἕλλησι δόξαι, πρῶτον πέμψαντας ἀγγέλους, ἀπαιτέειν τε Ἑλένην, καὶ δίκας τῆς ἁρπαγῆς αἰτέειν. τοὺς δὲ, προφερομένων ταῦτα, προφέρειν σφι Μηδείης τὴν ἁρπαγήν· ὡς οὐ δόντες αὖτοὶ δίκας, οὐδὲ ἐκδόντες ἀπαιτεόντων, βουλοίατό σφι παρ᾽ ἄλλων δίκας γίνεσθαι; Μέχρι μὲν ὧν τούτων, ἁρπαγὰς μοιχὼν εἶναι παρ᾽ ἀλλήλων· ὃ δ᾽ ἀπὸ τούτου, Ἕλληνας δὴ μεγάλως αἰτίους γενέσθαι. πρότερος γὰρ ἄρξαι στρατεύεσθαι ἐς τὴν Ἀσίην, ἢ σφέας ἐς τὴν Εὐρώπην. Ὃ μὲν νῦν ἁρπάζειν γυναῖκας, ἀνδρῶν ἀδίκων ἔργον νομίζειν εἶναι· ὃ δ᾽ ἁρπασθεισέων σπουδὴν ποιήσασθαι τιμωρέειν, ἀνοήτων· ὃ δὲ μηδεμίην ὥρην ἔχειν ἁρπασθεισέων, σωφρόνων. δῆλα γὰρ δὴ ὅτι εἰ μὴ αὐταὶ ἐβούλεατο, οὐκ ἂν ἡρπάζοντο. σφέας μὲν δὴ τὰς ἐκ τῆς Ἀσίης λέγουσι Πέρσαι ἁρπαζομένων τῶν γυναικῶν λόγον οὐδένα ποιήσασθαι.

filiam, cui nomen esset idem quod Græci tradunt, Io filiam Inachi. Dumque hæ fœminæ puppi nauis assistentes ea mercarentur quæ cuiusque auiditas maxime ferebat, in eas Phœnices sese adhortatos impetum fecisse: & ipsarum plerisque aufugientibus, Io cum aliis aliquot raptam fuisse: eisque in nauem impositis Phœnices in Ægyptum vela fecisse. Hunc itaque in modum Io in Ægyptum peruenisse memorant Persæ, non quemadmodum [1] Græci: & hoc iniuriarum principium extitisse. Post hæc Græcorum quosdam, quorum nomina non possunt dicere, Tyrum appulsos, filiam regis rapuisse Europam: (fuerunt autem isti Cretenses) [2] illisque par pari repensum. Verum postea Græcos secundæ iniuriæ autores extitisse. longa enim naue [3] in ora Colchidis & ad Phasim fluuium, quũ cetera transegissent quorum gratia venerant, illinc rapuisse filiam regis Medeam. Ad quam reposcendam, pœnasque de raptu petendas, quum rex Colchorum caduceatorem misisset, Græcos respondisse, vt illi de rapta Io Argiua pœnas sibi non dedissent, ita ne se quidem illis daturos. Secunda dehinc ætate, ferunt, Alexandro Priami filio, quum ista audisset, cupidinem incessisse vxoris sibi per rapinam è Græcia comparandæ, certum habenti omnino se pœnas non pensurum, quas nec illi pependissent. Ita quum is Helenam rapuisset, visum esse Græcis, primum missis illuc nunciis & Helenam repetere, & pœnas de raptu petere. Illos vero [4] tergiuersantes mentionem fecisse de raptu Medeæ: & qui nec pœnas dedissent, nec rapinam reposcentibus reddidissent, quomodo vellent ab aliis sibi pœnas dari. Hactenus igitur inter eos mutuis solis rapinis actum. Eorum autem quæ deinceps extiterunt, Græcos præcipue autores extitisse, qui priores in Asiam quam ipsi in Europam copias ducere incepissent. Se quidem sentire iniuriorum virorum factum esse rapere feminas: amentium vero, raptis vlciscendis operam dare: prudentium autem, [5] pro nulla habere raptarum pulchritudinem: quippe quæ, nisi voluissent, haud dubie raptæ non fuissent. [6] Eoque suarum feminarum ex Asia raptarum Persæ negant vllam se habuisse rationem:

1 Phœnices. *Sed alteram lect. sequitur.* 2 Et ista quidem pari compensatione inter eos esse facta. 3 Æam Colchicam aduectos. 4 Medeæ raptum ipsis obiecisse, ista prætexendo, quum nec ipsi pœnas &c. 5 Raptas nihil curare. 6 Seitaque Asianos raptarum mulierum nullam rationem habuisse dicunt Persæ: Gr.

Græcos

Græcos autem Lacedæmoniæ mulieris gratia ingentem comparasse classem, deinde in Asiam profectos, imperium Priami euertisse: atque ex eo tempore semper existimasse sibi hostes esse Græcos. Siquidem Asiam & barbaras gentes quæ illam incolunt, [1] putant Persæ sibi necessitudine coniunctas, Europam vero & Græcos à se esse disiunctos. Hunc V in modũ Persæ rem gestam esse memorant, & Ilii excidium sibi discordiæ cum Græcis extitisse principium comperiunt. Cum quibus non consentiunt de Io Phœnices, quam negant se in Ægyptum abduxisse raptu vsos, sed eam apud Argos cum nauclero nauis ipsorum rem habuisse: & quum se grauidam esse comperisset, veritam parentes, [2] sic voluntariam cum Phœnicibus nauigasse, ne detegeretur. Et hæc quidem Persæ Phœnicesque referunt: ego vero, vtrum sic gesta sint necne, [3] non pluribus persequar. Ceterum quem ipse noui primùm cœpisse inferre Græcis iniuriam, [4] hunc indicabo, longius oratione pergens, tam paruas vrbes ciuitatesque commemorando quam magnas. Nam quæ olim magnæ erant, earũ permultæ factę sunt paruę: rursus, quę mea memoria magnæ fuerunt, prius fuerant paruæ. Igitur quũ sciam humanam felicitatem nequaquam in eodem tenore perstare, [5] vtriusq; fortunæ mentionem habebo.

VI Crœsvs genere quidem fuit Lydus, patre autem Alyatte: earum vero nationum [6] tyrannus quæ intra Halym amnem sunt, qui à meridie Syros ac Paphlagones interfluens, contra ventum Aquilonem, in mare quod vocant Euxinum euoluitur. Hic Crœsus, è barbaris quos cognitos habemus, primus Græcorum [7] alios ad tributum pendendum adegit, alios sibi amicos conciliauit. Subegit quidem Iones, Æoles, & qui sunt in Asia Dores: amicos autem sibi fecit Lacedæmonios, quum ante eius imperium vniuersi Græci liberi fuissent. Nam Cimmeriorum aduersus Ioniam expeditio, vetustior illa quidem Crœso extitit, non tamen [8] vrbes expugnauit, sed per incursiones prędas abegit. Ceterum principatus quum esset Heraclidarum, ad genus Crœsi, qui vocabantur Mermnadæ, sic peruenit: Candavles, is quem Græci Myrsilum nominant, Sardium fuit [9] tyrannus,

Ἕλληνας δὲ Λακεδαιμονίης εἵνεκεν γυναικὸς στόλον μέγαν συναγεῖραι, καὶ ἔπειτα ἐλθόντας ἐς τὴν Ἀσίην, τὸν Πριάμου δύναμιν κατελεῖν. ἀπὸ τούτου τε ἀεὶ ἠπίσταντο ἑωυτοῖσι τὸν Ἕλληνικὸν στρατὸν ἐὸντα πολέμιον. τὴν γὰρ Ἀσίην καὶ τὰ ἐνοικέοντα ἔθνεα βάρβαρα οἰκειεῦνται οἱ Πέρσαι, τὴν δὲ Εὐρώπην καὶ τὸ Ἑλληνικὸν ἄκλυστα κεχωρίσθαι. Οὕτω μὲν Πέρσαι λέγουσι γενέσθαι, καὶ ἅμα τὴν Ἰλίου ἅλωσιν δι' εἰσκυσι στρατὸν ἐοῦσαν τὴν ἀρχὴν τῆς ἔχθρης τῆσδε τοὺς Ἕλληνας. περὶ δὲ τῆς Ἰοῦς οὐκ ὁμολογέουσι Πέρσῃσιν οὕτω Φοίνικες. οὐ γὰρ ἁρπαγῇ σφέας χρησαμένους λέγουσι ἀγαγεῖν αὐτὴν ἐς Αἴγυπτον, ἀλλ' ὡς ἐν τῷ Ἄργεϊ ἐμίσγετο τῷ ναυκλήρῳ τῆς νηός· ἐπεὶ δὲ ἔμαθεν ἔγκυος ἐοῦσα, αἰδεομένη τοὺς τοκέας, οὕτω δὴ ἐθελοντὴν αὐτὴν τοῖσι Φοίνιξι συνεκπλῶσαι, ὡς μὴ κατάδηλος γένηται. Ταῦτα μὲν νυν Πέρσαι τε καὶ Φοίνικες λέγουσι. ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτων οὐκ ἐρέω ἐν ὀφθαλμοῖσι ἐμοῖσι γενόμενος ὡς οὕτως ἢ ἄλλως πως ταῦτα ἐγένετο· τὸν δὲ οἶδα αὐτὸς πρῆξαντα ἀδίκων ἔργων ἐς τοὺς Ἕλληνας, τοῦτον σημήνας, προβήσομαι ἐς τὸ πρόσω τοῦ λόγου, ὁμοίως σμικρὰ καὶ μεγάλα ἄστεα ἀνθρώπων ἐπεξιών. τὰ γὰρ τοπάλαι μεγάλα ἦν, τὰ πολλὰ αὐτῶν σμικρὰ γέγονε· τὰ δὲ ἐπ' ἐμεῦ ἦν μεγάλα, πρότερον ἦν σμικρά. τὴν ἀνθρωπηίνην ὦν εὐτυχίην ἐπιστάμενος οὐδαμὰ ἐν τωὐτῷ μένουσαν, ἐπιμνήσομαι ἀμφοτέρων ὁμοίως.

Κροῖσος ἦν Λυδὸς μὲν τὸν γένος, παῖς δὲ Ἀλυάττεω, τύραννος δὲ ἐθνέων τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ, ὃς ῥέων ἀπὸ μεσαμβρίης μεταξὺ Σύρων καὶ Παφλαγόνων, ἔξω πρὸς βορέην ἄνεμον ἐς τὸν Εὔξεινον καλεόμενον πόντον. οὗτος ὁ Κροῖσος, βαρβάρων προσώτατος τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, τοὺς μὲν καταστρέψατο Ἑλλήνων ἐς φόρου ἀπαγωγήν, τοὺς δὲ φίλους προσεποιήσατο. κατεστρέψατο μὲν Ἴωνάς τε καὶ Αἰολέας, καὶ Δωριέας τοὺς ἐν τῇ Ἀσίῃ φίλους δὲ προσεποιήσατο Λακεδαιμονίους. πρὸ δὲ Κροίσου ἀρχῆς πάντες Ἕλληνες ἦσαν ἐλεύθεροι. τὸ γὰρ Κιμμερίων στρατεύμα τὸ ἐπὶ τὴν Ἰωνίην ἀπικόμενον, Κροίσου ἐὸν προσθύτερον, οὐ καταστροφὴ ἐγένετο τῶν πολίων, ἀλλ' ἐξ ἐπιδρομῆς ἁρπαγή. Ἡ δὲ ἡγεμονίη οὕτω περιῆλθε, ἐοῦσα Ἡρακλεϊδέων, ἐς τὸ γένος τὸ Κροίσου, καλεομένους δὲ Μερμνάδας. ἦν Κανδαύλης, τὸν οἱ Ἕλληνες Μυρσίλον καλέουσι, τύραννος Σαρδίων,

1 *Vel*, in necessitudinem suam recipiunt: cum Europa vero & Græcis nullam sibi societatem intercedere existimant. *Vel*, nihil sibi esse cõmune. 2 Tum demum vltrò cum Ph. 3 Dicere non cõstituit. *Q.d.* non me comparo ad dicendum. 4 Hunc vbi indicauerim, vlterius progrediar, tam p. 5 De vtriusque ment. 6 Regnator. *vel* rex. *aut*, dominator. *Sic & aliis in locis.* 7 *Vel*, Alios subactos, *sine* [subiugatos] pendere sibi tributum coegit. 8 Vrbes subiugauit. *Vel*, pari iugum coegit. 9 *Subsitue eandem interpretationem quam paulo ante.*

ab Alcæo Herculis filio oriundus. Siquidem Heraclidarũ primus, Sardium rex extitit Argon, Nini filius, Beli nepos, Alcæi pronepos: nouissimus; Candaules Myrsi filius: quum ante Argonem qui in ea regione regnauerãt; fuissent oriundi à Lydo Atyis filio, à quo totus is populus cognominatus est Lydius, quum Meon antea vocaretur. Ab his [1] succedentes Heraclidæ, imperiũ ex oracvlo adepti sunt, Iardanæ ancilla & Hercule geniti: idque per quingentos & quinque annos, duas & viginti virorum ætates, tenuerunt, filius patri deinceps succedens, vsque ad Candaulem Myrsi filium. Hic igitur Candaules VIII vxorem adamabat, eamque præ amore arbitrabatur omnium feminarum esse pulcherrimam. Hoc ita esse sibi persuadens, apud Gygem, Dascyli filium, ex satellitibus suis (erat enim is maxime ipsi acceptus, [2] eoque ministro in rebus magis arduis vtebatur) speciem vxoris supra modum extollebat. Ad quem non multo interiecto tempore (necesse nanque erat ei male euenire) inquit his verbis, Gyges, [3] neque enim videris mihi fidem habere referenti de coniugis specie: (quod magis incredulæ sunt hominibus aures quam oculi) fac illam conspicias nudam. Hic autem vehementer exclamans, Quempam, inquit, here sermonem profers haudquaquam sanum, qui me iubes inspicere heram meam nudam? Mulier exuta tunica, & verecundiam pariter exuit. Iam olim hominibus sunt honesta excogitata, [4] vnde discere debemus: ex quibus hoc vnũ est, Quæ sua sint, quemque inspicere debere. Ego vero tibi fidem habeo, illam esse feminarum omnium speciosissimam, teque oro ne me ores illicita. Atq; hæc dicendo Gyges IX repugnabat, pertimescens nequid sibi ex ea re mali contingeret. Cui vicissim ille his verbis, Fidens, inquit, esto Gyges: caue timeas aut me, tanquam hoc te sermone tentantem, aut vxorem meam, nequid tibi ex ea detrimenti crectur. Principio enim [5] sic ego machinabor, vt illa ne deprehendere quidẽ possit se abs te fuisse inspectam. Te nanque secundũ fores cubiculi in quo cubamus, quum apertæ fuerint, collocabo. Vbi ergo fuero ingressus, aderit & vxor mea in cubiculum: iuxta cuius introitum

1 Autem educati Heracl. 2 Eique res magis serias communicabat) spec. 3 Quia non videris m. 4 Vnde discere oportet. *Q. d. Iam olim compertum fuit quænam honestas essent consentaneæ, & inde nobis petenda disciplina est. Vnum autem eorum est,* 5 Tali artificio vtar, vt.

sella

sella posita est, super quam vestes illa, vt quamque exuet; reponet, sese per multum otium spectandam præbens: quæ quum á sella cubitum perget, [1] ostendens inuicem terga, curæ tibi sit deinceps ne te per fores abeuntem conspi-
x ciat. Gyges igitur, vbi effugere non potuit, fuit paratus: quem Candaules, posteaquam hora cubandi visa est adesse, in cubiculum duxit: statimque post & vxor adfuit. quam introeuntem ac vestimenta deponentem Gyges intuitus, vbi auersa fuit illa cubitum vadens, ipse è loco prorepens foras abiit: & inter exeundũ à muliere conspectus
VIII est. [2] Hæc, vt didicit à viro quid actum esset, neque præ pudore exclamauit, neque visa est percepisse, habens in animo Candaulem vlciscì. Apud Lydos enim, & fere apud ceteros quoque barbaros, magno probro est etiam vi-
xi rum conspici nudum. Ita tunc nihil aperiens mulier, silentium tenuit: mox autem vbi dies illuxit, quos domesticorum maxime sibi fideles intelligebat esse, quum præparasset, Gygem accersit. Hic eam nihil suspicans scire eorum quæ acta erant, accersitus venit: quippe qui antea solitus esset ad reginam concedere, quoties ab ea vocaretur. Vt venit, ad eum his verbis mulier inquit, [3] Nunc duabus tibi præsentibus viis, Gyges, offero electionem, in vtram malis diuertere. Aut enim me pariter ac regnum Lydorum habe, vbi Candaulem interfeceris, aut teipsum continuo occumbere sic oportet: ne in omnibus Candauli obsequendo, [4] posthac scias quæ te scire non decet. sed aut illum qui ista consuluit, interire opus est: aut te, qui nudam me es conspicatus, & illicita feciſti. Ad hæc verba Gyges primum obstupefactus, postea obsecrare illam ne se ad talem necessitatem adigeret alterutrum eligendi. Vbi non
ix persuadet, sed vtique propositam sibi necessitatem cernit aut interimendi herum, aut per alios pereundi, elegit vt ipse superesset: atque ita percontans illam, inquit, Quandoquidem me adigis inuitum ad herum meum occidendum, age, audiam quo pacto illũ adoriemur. Excipiens illa, Ex eo, inquit, loco adoriendus erit vnde ille me nudam ostendit. in sopitum autem impetus dabitur.
xii Posteaquã igitur insidias instruxerunt,

ἐσόδου θρόνος· ὅπῃ τοῦτον τῶν ἱματίων κατὰ ἓν ἕ- « καστον ἐκδιδύουσα φήσει, καὶ κατ' ἡσυχίην πολ- « λὸν παρέξει τοι θηήσασθαι. ἐπεὰν δὲ ἀπὸ τῶ « θρόνου στείχῃ ὅπῃ τοι δοκέω, κατὰ νώτου τε αὐτῆς « φύῃ, σοὶ μελέτω ὅκως μή σε ὄψεται ἰόν- « τα διὰ τῶν θυρέων. Ὁ μὲν δὴ, ὡς οὐκ ἠδυνά- « το διαφυγέειν, ἦν ἕτοιμος. ὁ δὲ Κανδαύλης, ἐπεὶ ἐδόκεε ὥρη τῆς κοίτης εἶναι, ἦγε ὃν Γύγεα ἐς θάλα- μον· καὶ μετὰ τοῦτα αὐτίκα παρῆν καὶ ἡ γυνή. ἐσελθοῦσαν δὲ καὶ πιθεῖσαν τὰ εἵματα ἐθηήτο ὁ Γύ- γης. ὡς δὲ κατὰ νώτου ἐγίνετο, ἰούσης τῆς γυναι- κὸς ἐς τὴν κοίτην, ἔκπροσθε ἐχώρεεν ἔξω. καὶ ἡ γυνὴ ὁρᾷ μιν ὀξέως ἰόντα. μαθοῦσα δὲ ὃ ποιηθὲν ἐκ τῆς ἐπέρης τῆ αἰδοῖ, οὔτε ἀνέβωσεν, αἰσχυνθεῖσα, οὔτε ἔδο- ξε μαθεῖν, ἐν νόῳ ἔχουσα τίσασθαι ὃν Κανδαύ- λεα. τῶδε γὰρ τοῖσι Λυδοῖσι, σχεδὸν δὲ καὶ τῶδε τοῖσι ἄλλοισι βαρβάροισι, καὶ ἀνδρὶ ὀφθῆναι γυμνὸν, " αἰσχύνην μεγάλην φέρει. Τότε μὲν δὴ " ἐς αἰσχύ- λην οὕτως, ὡσθέν δηλώσασα, ἡσυχίην εἶχεν· ὡς δὲ ἡμ. δὲ ἡμέρη τάχιστα ἐγεγόνεε, τῶν οἰκετέων τοὺς μάλι- στα ἑωυτῆ πιστοὺς ἐόντας ἐωυτῆ, ἑτοίμους ποιησαμένη, ἐκάλεε ὃν Γύγεα. ὁ δὲ, ὡσθέν δοκέων αὐτὴν τῶν πρηχθέντων ὅπῃσασθαι, ἦλθε καλεόμενος. ἐνθεῦ- τεν γὰρ καὶ πρόσθεν, ὅκως ἡ βασίλεια καλέοι, φοιτᾶν. ὡς δὲ ὁ Γύγης ἀπίκετο, ἔλεγεν ἡ γυνὴ τάδε, Νῦν « τοι δυοῖν ὁδοῖν παρεουσέων, Γύγη, δίδωμι αἵρεσιν, « ὁκοτέρην βούλεαι τραπέσθαι. ἢ γὰρ Κανδαύλεα « ἀποκτείνας, ἐμέ τε καὶ τὴν βασιληίην ἔχε τὴν Λυ- « δῶν, ἢ αὐτόν σε αὐτίκα οὕτως ἀποθνήσκειν δεῖ· ὡς « ἂν μὴ πάντα πειθόμενος Κανδαύλῃ, τῶ λοιποῦ ἴ- « δῃς τὰ μή σε δεῖ. Ἀλλ' ἤτοι κεἰνόν γε ὃν τοῦτα " βε- « λευσάμενον δεῖ ἀπόλλυσθαι, ἥ σε ὃν ἐμὲ γυμνὴν θη- « σάμενον, καὶ ποιήσαντα οὐ νομιζόμενα. ὁ δὲ Γύγης τέως μὲν ἀπεθώυμαζε τὰ λεγόμενα· μετὰ δὲ, ἱκέτευε μή μιν ἀναγκαίῃ οἰδέειν ἀμείνω τοιαύτην αἵρεσιν. οὐκων δὴ ἔπειθεν, ἀλλ' ἐώρα ἀναγκαίην ἀληθέως προκειμένην, ἢ ὃν διαφθεῖ- ναι ἢ αὐὸν " ἀποκτεῖναι, ἢ αὐὸν ὑπ' ἄλλων ἀπόλλυσθαι. αἱ- " ἀπὸ ρέεται αὐὸς σωθῆναι. ἐπηρώτα δὴ λέγων τά- ναι, δε, Ἐπεί με ἀναγκάζεις δεφθορότα ὃν ἐμὸν κτεί- « νειν, οὐκ ἐθέλοντα, φέρε ἀκούσω τέῳ καὶ τρόπῳ « ἐπιχειρήσομεν αὐτῷ. ἡ δὲ, ὑπολαβοῦσα ἔφη, Ἐκ « θ' αὐτῆ μὲν χωρίου ἡ ὁρμὴ ἔσαι ὅθενπερ κὴ ἐκεῖνος ἐ- « μὲ ἐπεδέξατο γυμνήν· ὑπνωμένῳ δέ οἱ ἡ ἐπιχεί- « ρησις ἔσαι. Ὡς δὲ ἤρτυσαν τὴν ἐπιβουλήν,

1 Et ei fueris à tergo, curæ ti. 2 *Vel*, Hæc vt animaduertit quod à viro factum erat, neque exclamauit, vtpote pudore retenta, neque præ ira tulit animaduertisse. 3 Nunc quum duæ viæ in tua sint potestate, G. 4 Posthac videas quæ te videre non decet.

νυκτὸς γενομένης, (οὐ γὰρ μετῆτο ὁ Γύγης, σοὶ δὲ οἱ
ἐπαλλαγὴ σοὶ ἔμιν, ἀλλὰ ἔδει ἢ αὐτὸν ἀπολω-
λέναι, ἢ Κανδαύλεα) εἵπετο ἐς τὸν θάλαμον τῇ γυ-
ναικί. καί μιν ἐκείνη, ἐγχειρίδιον δόδοσα, κατακρύ-
πτει ὑπὸ τὴν αὐτὴν θύρην. καὶ μετὰ ταῦτα, ἀνα-
παυομένου Κανδαύλεω, ὑπεισδύς τε καὶ ἀποκτείνας αὐτὸν, ἔσχε καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὴν βασι-
ληίην Γύγης· τοῦ καὶ Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος, κατὰ
τὸν αὐτὸν χρόνον γενόμενος, ἐν ἰάμβῳ τριμέτρῳ ἐπε-
μνήσθη. Ἔσχε δὲ τὴν βασιληίην, καὶ ἐκρατύνθη ἐκ τοῦ ἐν Δελφοῖσι χρηστηρίου. ὡς γὰρ
δὴ οἱ Λυδοὶ δεινὸν ἐποιεῦντο τὸ Κανδαύλεω πάθος,
καὶ ἐν ὅπλοισι καὶ ἐνόπλοι ἦσαν, συνέβησαν ἐς τὠυτὸ οἵ τε τοῦ Γύ-
γεω ς ἐστασιῶται καὶ οἱ λοιποὶ Λυδοὶ, ἢν μὲν δὴ τὸ
χρηστήριον αἱρέῃ μιν βασιλέα εἶναι τῶν Λυδῶν, τόν-
δε βασιλεύειν· ἢν δὲ μή, ἀποδοῦναι ὀπίσω ἐς Ἡ-
ρακλείδας τὴν ἀρχήν. αἱρεῖ τε δὴ τὸ χρη-
στήριον, καὶ ἐβασίλευσε οὕτω Γύγης. τοσόνδε μέν-
τοι εἶπεν ἡ Πυθίη, ὡς Ἡρακλείδῃσι πίσις ἥξει ἐς
τὸν πέμπτον ἀπόγονον Γύγεω. τούτου τοῦ ἔπεος Λυ-
δοί τε καὶ οἱ βασιλέες αὐτῶν λόγον οὐδένα ἐποιεῦν-
το, πρὶν δὴ ἐπετελέσθη. Τὴν μὲν δὴ τυραννίδα οὕτως ἔσχον οἱ Μερμνάδαι, τοὺς Ἡρακλείδας
ἀπελόμενοι. Γύγης δὲ τυραννεύσας ἀπέπεμψε
ἀναθήματα ἐς Δελφοὺς οὐκ ὀλίγα· ἀλλ' ὅσα μὲν
ἀργύρεα ἀναθήματά ἐστι οἱ πλεῖστα ἐν Δελφοῖ-
σι· παρέξ δὲ τοῦ ἀργύρου, χρυσὸν ἄπλετον ἀνέ-
θηκεν, ἄλλον τε, καὶ τοῦ μάλιστα μνήμην ἄξιον ἔχειν
ἐστί, κρητῆρές οἱ ἀριθμὸν ἓξ χρύσεοι ἀναχέαται. ἑ-
στᾶσι δὲ οὗτοι ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ, σταθμὸν ἔ-
χοντες τεσσερεσκαίδεκα τάλαντα. ἀληθείῃ δὲ λόγῳ χρε-
ώμενον χρὴ οὐ Κορινθίων τοῦτον λέγειν τὸν θησαυρόν,
ἀλλὰ Κυψέλου τοῦ Ἠετίωνος. οὕτω δὴ ὁ Γύ-
γης, πρῶτος βαρβάρων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ἐς Δελ-
φοὺς ἀνέθηκεν ἀναθήματα, μετὰ Μίδην τὸν Gor-
δίεω, τὸν Φρυγίης βασιλέα. ἀνέθηκε γὰρ δὴ καὶ Μί-
δης τὸν βασιληίον θρόνον, ἐς τὸν προκατίζων ἐδί-
καζε, ἐόντα ἀξιοθέητον. κεῖται δὲ ὁ θρόνος οὗτος ἔν-
θαπερ οἱ τοῦ Γύγεω κρητῆρες. ὁ δὲ χρυσὸς οὗτος καὶ
ὁ ἄργυρος τὸ Γύγης ἀνέθηκεν, τὸ μὲν Δελφοὶ κα-
λέουσι Γυγάδας, ὅτι τῶν ἀναθέντος ἐπωνυμίη. ἐσόδου
μέν νυν καὶ οὗτος πρώτην, ἐπεί τε ἦρξε, ἔς τε Μίλητον
καὶ ἐς Σμύρνην, καὶ Κολοφῶνος τὸ ἄστυ εἶλεν. ἄλλ' οὐδὲν
γὰρ μέγα ἔργον ἀπ' αὐτοῦ δεύτερον ἐγένετο, βασιλεύσα-
ντος ἐπὶ ἔτεα δυώδεκα καὶ τριήκοντα. τοῦτον μὲν

& nox aduenit, Gyges [1] nihil cunctatus est: quippe cui nulla deuitandi facultas esset, sed necesse aut perire, aut Candaulem perimere. mulierem in thalamum sequitur, quem illa, dato pugione, subter easdem fores occulit. Vnde postmodum iste procedens, quiescentem Candaulem obtruncat, vxoreque eius & regno potitus est. [2] Cuius *rei* meminit & Archilochus Parius, qui per idem tempus fuit, in iambo trimetro. Obtinuit autem regnum Gyges XIII
& in eo fuit confirmatus ex Delphico oraculo. nam quum Lydi indigno animo ferrent Candaulis casum, atque in armis essent, conuenit inter hos ac factionem Gygianam, vt, si oraculum respondisset hunc esse regem Lydorum, ipse regnaret: sin minus, principatum Heraclidis restitueret. Accepto igitur oraculo Gyges ita regnauit. [3] Sed demum Pythia loquuta, Heraclidarum vltionem in atnepotem Gygis esse venturam. quod carmen neque Lydi neque ipsorum reges vllius momenti fecerunt, priusquam exitu comprobatum est. Hunc in modum obtinuere tyrannidem Mermnadæ, sublatis Heraclidis. XIV
Gyges, [4] tyrannide occupata, Delphos donaria misit non pauca, [5] vbi quæ ex argento donata visuntur, eorum pleraque istius sunt. Et præter argentum, immensam vim auri dedicauit: posuitque cum alia, tum vero (quod præcipua mentione dignum est) pateras aureas, numero sex, pondo triginta talentorum: quæ in Corinthiorum thesauro collocata sunt. licet is thesaurus (si vera loqui volumus) non Corinthii populi sit, sed Cypseli Eetionis filii. Ita Gyges, barbarorum quos ipsi nouimus primus, munera apud Delphos posuit, secundū Midam Gordii filium, Phrygiæ regem. Nam & Midas obtulit regiam sellam, in qua sedens iura solitus dicere erat, rem spectaculo dignam: [6] quod tribunal eodē quo Gyges obtulit loco, vocitatur à Delphis Gygadas, eius *videlicet* qui obtulit cognomine. Is igitur postquam imperio potitus est, arma intulit Mileto & Smyrnæ, vrbemque Colophonem vi cepit. Nec aliud vllum præclarum facinus ab eo gestum est, quum duodequadraginta annos regnauerit. Et hunc quidem nos,

1 Vt qui non dimitteretur, nec vllam effugiendi facultatem haberet, sed cui necesse esset aut per. 2 Cuius, *videlicet Gygis*, mem. 3 Sed id demum tamen Pythia erat loquuta. 4 regno occupato. 5 Sed cum alia plurima ex argento Delphis sunt ab eo posita, tum vero etiam præter arg. 6 Quæ sella eodem loco posita est quo Gygis pateræ: vocaturque à Delphis hoc aurum & argentum a Gyge oblatum, Gygæum, eius *videli.*

his dun-

his duntaxat de eo commemoratis, miſ-
XV ſum facimus. ¶ ARDYIS autem eius fi-
lii faciemus mentionem, qui poſt Gy-
gem regnauit. Hic Prienenſes expugna-
uit, & Miletum inuaſit: quo [1] Sardium
tyrannidem obtinente, Cimmerii à Scy-
this Nomadibus eiecti è ſedibus ſuis,
in Aſiam tranſierunt, Sardiſque præ-
XVI ter arcem ceperunt. Quũ autem vn-
dequinquaginta regnaſſet annos, ſuc-
ceſſit SADYATTES Ardyis filius,
regnauitque annis duodecim. Sadyat-
XIII tæ ſucceſſit ALYATTES, qui cum
Cyaxare Deiocis nepote bellauit &
Medis: Cimmerioſque exegit ex Aſia,
Smyrnam etiam à Colophone condi-
tam cepit, & Clazomenas inuaſit. [2]
Vnde non quemadmodum optabat diſ-
ceſſit, ſed vehementer euentu fruſtra-
tus. Alia quoque opera, quum in im-
perio fuit, digniſſima memoratu edi-
XVII dit, quæ hæc ſunt. Bello quod geſſit
cum Mileſiis, à patre traditũ, hac ratione
Miletum illuc tranſgreſſus obſidebat:
Dum fruges in regione erant adultæ,
tunc exercitum immittebat, proce-
XIV dens in expeditionem ad cantum fiſtu-
larum, fidiumque, ac tibiæ tam mu-
liebris quam virilis. Quumque in a-
grum Mileſium peruenerat, non ædifi-
cia quæ in agris erant, diruere, non in-
cendere, non fores effringere, ſed in-
columes eſſe paſſim ſinere: arboribus
modo fructibuſq; regionis peruaſtatis,
rurſus ſe recipiebat. Nam Mileſii mare
obtinebant, vt opus non eſſet hoſti illic
conſidere. Ædificia autem idcirco Ly-
dus non excidebat, [3] vt & Mileſii ha-
bentes vnde procederent, humum ſere-
rent colerentque: & quum hoc illi fe-
ciſſent, ipſe cum exercitu ingreſſus ha-
XVIII beret aliquid quod popularetur. Hæc
faciens, vndecim oppugnauit annis:
per quos [4] duo ingentia vulnera acce-
pere Mileſii: vnum, in Limeneio (quod
eſt ipſorum regionis) pugna commiſ-
ſa, alterum in campo Mæandri. Horum
vndecim annorum ſex adhuc apud Ly-
dos regnabat Sadyattes Ardyis fili-
us, qui cum exercitu terram Mileſiam
tunc inuaſerat, & idem bellum con-
flauerat: quinque reliquis eius filius A-
lyattes, bellum quod à patre acceperat
(vt à me ſuperius commemoratum eſt)
intentius adminiſtrauit: in quo bello
Mileſios nulli ex Ioniis ſubleuauerunt,
præter Chios, qui ſoli fuere auxilio: red-

τω ἀριθμόν, τοσαῦτα ὑπομνηθέντες. Ἄρδυος
ὑπὸ τῶ Γύγεω μετὰ Γύγην βασιλεύσαντος μνήμην
ποιήσομαι. οὗτος ὑπὸ Γειληείας τε εἶλεν, καὶ ἐς Μίλητόν τε
ἐστράτευσε. ὑπὸ τούτου τε τυραννεύοντος Σαρδίων,
Κιμμέριοι ἐξ ἠθέων ὑπὸ Σκυθέων τῶν νομάδων
ἐξαναστάντες, ἀπίκοντο ἐς τὴν Ἀσίην, καὶ Σάρ-
δις πλὴν τῆς ἀκροπόλιος εἶλον. Ἄρδυος ὑπὸ βα-
σιλεύσαντος ἔνδεκα δέοντα πεντήκοντα ἔτεα, ἐξεδέξα-
το Σαδυάτης ὁ Ἄρδυος, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτεα δυ-
ώδεκα. Σαδυάτεω ὑπὸ, Ἀλυάτης. οὗτος ὑπὸ Κυ-
αξάρῃ τε τῷ Δηϊόκεω ἀπογόνῳ ἐπολέμησε, καὶ
Μήδοισι. Κιμμερίους τε ἐκ τῆς Ἀσίης ἐξήλασε·
Σμύρνην τε τὴν ἀπὸ Κολοφῶνος κτισθεῖσαν εἷ-
λε, ἐς Κλαζομενὰς τε ἐστράτευσε. ἀπὸ μὲν νυν τού-
των οὐκ ὡς ἤθελεν ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ πρήγμασι μεγάλως. ἄλλα δὲ ἔργα ἀπεδείξατο ἐὼν ἐν τῇ
ἀρχῇ ἀξιαπηγητότατα τάδε. Ἐπολέμησε Μι-
λησίοισι, παραδεξάμενος τὸν πόλεμον παρὰ τοῦ
πατρός. ἐπελαύνων γὰρ ἐπολιόρκησε τὴν Μίλητον
τρόπῳ τοιῷδε· ὅκως μιν εἴη ἐν τῇ γῇ καρπὸς ἀ-
δρὸς, τηνικαῦτα ἐστράτευε τὸν στρατόν. ἐς στρα-
τεύετο δὲ ὑπὸ συρίγγων τε καὶ πηκτίδων, καὶ αὐλοῦ
γυναικείου τε καὶ ἀνδρείου. ὡς δὲ ἐς τὴν Μιλησίην ἀπί-
κοιτο, οἰκήματα μὲν τὰ ἐπὶ τῶν ἀγρῶν οὔτε κατ-
έβαλλε, οὔτε ἐνεπίμπρη, οὔτε θύρας κατέ- ἢ ἀπίασι,
αιε, ἐᾶν δὲ κατὰ χώρην ἐσάμενος· ὁ δὲ τά τε δένδρεα
καὶ τὸν καρπὸν ἐν τῇ γῇ ὅκως μὴ διαφθείρειεν,
ἀπαλλάσσετο ὀπίσω. τῆς γὰρ θαλάσσης οἱ Μιλήσι-
οι ἐπεκράτεον, ὥστε ἐν ἕδρης μὴ ἐόντος ἔργου τῇ στρα-
τῇ. τὰς δὲ οἰκίας οὐ κατέβαλλεν ὁ Λυδὸς, τῶνδε εἵ-
νεκα, ὅκως ἔχοιεν ἐνθεῦτεν ὁρμεώμενοι τὸ γῦν ἀπεί-
ρειν τε καὶ ἐργάζεσθαι οἱ Μιλήσιοι· αὐτὸς δὲ, σκεί-
νεων ἐργαζομένων, ἔχοι τι καὶ σίνεσθαι ἐσβάλλων.
Ταῦτα ποιέων, ἐπολέμεε ἔτεα ἕνδεκα· ἐν τοῖσι
τρώμασι μεγάλα δι φάσια Μιλησίων ἐγένετο, ἔν τε
Λιμενηίῳ χώρης τῆς σφετέρης μαχεσαμένοισι, καὶ
ἐν Μαιάνδρου πεδίῳ. τὰ μὲν νυν ἓξ ἔτεα τῶν ἕν-
δεκα Σαδυάτης ὁ Ἄρδυος ἦρχε Λυδῶν, ὁ δὲ ἐσ-
βαλὼν τηνικαῦτα ἐς τὴν Μιλησίην τὸν στρατὸν· (Σα-
δυάτης γὰρ οὗτος ἦν ὁ τὸν πόλεμον δεξάμενος)
τὰ δὲ πέντε τῶν ἐτέων τὰ ἐπίλοιπα τοῖσι ἐξ Ἀλυ-
άτης ὁ Σαδυάτεω ἐπολέμεε. ὃς παραδεξάμε-
νος (ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται) παρὰ τοῦ πα-
τρὸς τὸν πόλεμον, προσῆκε σφοδρῶς. τοῖσι δὲ
Μιλησίοισι οὐδαμοὶ Ἑλλήνων τὸν πόλεμον τοῦτον συνε-
πελάφρυνον, ὅτι μὴ Χῖοι μοῦνοι. οὗτοι γὰρ δὲ

1 Sardium regno potiente. 2 Vnde non cum eo quem optabat exitu diſceſſit. 3 Vt poſtea prodeuntes Mileſii poſſent terram ſerere & colere: & quum &c. 4 Duas ingentes clades acc.

ὅμοιοι αὐτὰ ποιεῦντες ἐπιμώρεον· καὶ γὰρ δὴ τοῦτο ἐγένετο οἱ Μιλήσιοι τοῖσι Χίοισι ὀν τοῦς Ἐρυθραίοις πόλεμον συνεστεώτα. Τῷ δὲ δυωδεκάτῳ ἔτεϊ ληίου ἐμπιπρεμένου ὑπὸ τῆς στρατιῆς, συνωϊχθη τὶ τοιόνδε γενέσθαι πρῆγμα· ὡς ἄφθη πάχιστα ὁ λήϊον ἀνέμῳ βιώμενον, ἅψατο νηοῦ Ἀθηναίης, ὁ πρόκλησιν Ἀσησίης. ἀφθεὶς δὲ ὁ νηὸς κατεκαύθη· καὶ τοῦτο μὲν τὸ πρῶτον λόγος οὐδεὶς ἐγίνετο, μετὰ δὲ, τῆς στρατιῆς ἀπικομένης ἐς Σάρδις, ἐνόσησε ὁ Ἀλυάττης. μακροτέρης δὲ οἱ γινομένης τῆς νούσου, πέμπει ἐς Δελφοὺς θεοπρόπους, εἴτε δὴ συμβουλώσαντός τευ, εἴτε καὶ αὐτῷ ἔδοξε πέμψαντι ἐπείρεσθαι τοῦ θεοῦ τῆς νούσου. τοῖσι δὲ ἡ Πυθίη ἀπικομένοισι ἐς Δελφοὺς οὐκ ἔφη χρήσειν πρὶν ἢ ὀν νηὸν τῆς Ἀθηναίης ἀνορθώσωσι ὃν ἐνέπρησαν χώρης τῆς Μιλησίης ἐν Ἀσησῷ. Δελφῶν εἰδὼς ἐγὼ οὕτω ἀκούσας γενέσθαι· Μιλήσιοι δὲ τάδε προσπεριτιθεῖσι τοῖσι Πεισίστρατος ὁ Κυψέλου, ἐόντα Θρασυβούλῳ τῷ τότε Μιλήτου τυραννεύοντι ξεῖνον ἐς τὰ μάλιστα, συνθήμων ὁ χρηστήριον ὁ τῷ Ἀλυάττῃ γενόμενον, πέμψαντα ἄγγελον κατειπεῖν, ὅκως αὐτίκα προϊδὼς προσκοπέοι βουλεύηται. Μιλήσιοι μὲν νυν οὕτω λέγουσι γενέσθαι. Ἀλυάττης δὲ, ὡς οἱ ταῦτα ἐξηγγέλθη, αὐτίκα ἔπεμπε κήρυκας ἐς Μίλητον, βουλόμενος συνθέσθαι ποιήσασθαι Θρασυβούλῳ τε καὶ Μιλησίοισι χρόνον ὅσον αὐτὸς οἰκοδομῇ. ὁ μὲν δὴ ἀπόστολος ἐς τὴν Μίλητον ἦν· Θρασύβουλος δὲ σαφέως προπυθόμενος πρῆγμα λόγου, καὶ εἰδὼς τὰ Ἀλυάττης μέλλει ποιήσειν, μηχανᾶται τοιόνδε· ὅσος ἦν ἐν τῷ ἄστεϊ σῖτος καὶ ἐωυτοῦ καὶ ἰδιωτικὸς, τοῦτον ἅπαντα συνελόμενος ἐς τὴν ἀγορὴν, προεῖπε Μιλησίοισι, ἐπεὰν αὐτὸς σημήνῃ, τότε πίνειν τε πάντας καὶ κώμῳ χρῆσθαι ἐς ἀλλήλους. Ταῦτα δὲ ἐποίεέ τε καὶ προηγόρευε Θρασύβουλος, τῶνδε εἵνεκα, ὅκως αὐτὸν ὁ κήρυξ ὁ Σαρδήνιος, ἰδών τε σωρὸν μέγαν σίτου κεχυμένον, καὶ τοὺς αὐθρώπους ἐν ἀφροντιστίῃσι ἐόντας, ἀπαγγείλῃ Ἀλυάττῃ. τὰ δὴ καὶ ἐγίνετο. ὡς γὰρ δὴ ἰδών τε ἐκεῖνα ὁ κήρυξ, καὶ εἰπὼν πρὸς Θρασύβουλον τὰς ἐντολὰς τοῦ Λυδοῦ, ἀπῆλθεν ἐς τὰς Σάρδις, ὡς ἐγὼ πυθάνομαι, δι' οὐδὲν ἄλλο ἐγένετο ἢ διαλλαγή. ἐλπίζων γὰρ ὁ Ἀλυάττης σιτοδείην τε εἶναι ἰσχυρὴν ἐν τῇ Μιλήτῳ, καὶ τὸν λεὼν τὸν ἐκ τοῦ ἔσχατον κακοῦ, ἥκουε τὸν κήρυκα ἐξαγγέλλοντος ἐκ τῆς Μιλήτου

dentes vicem [1] quòd aliquando Milesii Chiis bello quod cum Erythræis gerebant, auxilia tulissent. Duodecimo autem anno incensis ab exercitu segetibus, hoc rei fieri contigit: Segetes vt erant incensæ, [2] valido vigente vento, celerrime peruaserunt Mineruæ templum, cognomine Assesiç, quo incendio templum deflagrauit. [3] Neq; vllius momenti ea res in præsentia habita est: sed quum post exercitus reditum Sardis Alyattes decubuisset, diuturniusque ægrotaret, Delphos misit ad deum de sua valetudine sciscitatum, siue alieno siue suopte consilio ad mittendum inductus. Nunciis autem, quum Delphos peruenissent, se reddituram responsum Pythia negauit, priusquam templū Mineruæ reparassent, quod in terra Milesiorum apud Assesum concremassent. Ita actum esse [4] ego Delphis accepi: sed Milesii his illa addunt, Periandrum, Cypseli filium, quum audisset oraculum Alyatti redditū, misisse nuncium ad Thrasybulum; tunc [5] Milesiorum tyrannum (cuius in primis erat familiaris) admonitum vt aliquid prospiciendo sibi consuleret in præsens. Et Milesii quidem ita id gestum memorant. Alyattes autē, vbi hæc ipsi nunciata sunt, confestim caduceatores Miletū mittit, ad ineundas cum Thrasybulo & Milesiis pactiones tantisper dum templum ædificaretur. [6] Dum caduceator Miletum venit, Thrasybulus (vt qui omnem sermonem plane persensérat, noratque quidnam Alyattes facere statuisset) huiusce modi rem machinatur. Quod frumenti in vrbe erat vel suum ipsius vel priuatorum, id omne in forum congerit: præcipitque Milesiis vt quum ipse signum dedisset, cuncti potarent, & inter se comessationibus vterentur. Hæc Thrasybulus ea gratia fecit præcepitque, vt caduceator Sardius cernens ingentem frumenti aceruum effusum, & homines oblectationibus vacantes, renunciaret Alyattæ. Quod & contigit. nam vt illa conspexit caduceator, Thrasybuloque Lydi mandata exposuit, reuersus est Sardis: & (vt ego audio) ob nihil aliud inter eos pacificatum est. Sperans enim Alyattes vehementem penuriam rei frumentariæ Mileti esse, & populum ad extremum vsque malorum deuenisse, reuerso illinc caduceatore audiebat

xviii xix xx xxi xxii

---

1 Quòd antea Milesii cum Chiis bellum aduersus Erythræos gessissent. 2 Vi venti adactæ, celerr. 3 Neque res hæc eo ipso tempore consideratu digna visa est: 4 Ego ex Delphis audiui. 5 Milesiregem (quocum illi hospitalis amicitia summa intercedebat) adm. 6 Dum caduceatores Mil. veniunt Thras. *sequando præcedentia.*

contra-

χ' περιτιθεῖσι συνομίσας

χ' παιδὸς

χ' παῖσι συγκομίσας ἐς πλῆθος.

χ' χρέεσθαι

χ' εἶναι,

χ' Σαρδινδὸς

χ' ὅπως

contraria atq; ipse fuerat opinatus. Post hæc inter eos ita conuentum est vt mutuo hospites essent ac socii: proque vno duo delubra apud Assesum ædificauit. Alyattes ipse ex morbo conualuit. Et quæ ad bellum quidem Alyattis cum Milesiis atque Thrasybulo pertinent, ita habuere. ¶ Periander autem Cypseli filius, fuit is qui Thrasybulo indicauit oraculum, Corinthi tyrannus: cui maximum miraculum fuisse oblatum populares sui prædicant, & his Lesbii assentiuntur. Arionem Methymnæum delphino insidentem ad Tænaron fuisse euectum, qui erat citharœdorum sui sæculi nulli secundus: quique primus hominū quos nouimus, & fecit & nominauit & docuit Corinthi dithyrambum. Hunc Arionē ferunt, quum permultum temporis triuisset apud Periandrum, concupisse in Italiam Siciliamque nauigare: rursusque, parta ingenti pecunia, voluisse Corinthum [1] reuerti: &, quum profecturus Tarento esset, quia nullis magis quam Corinthiis fideret, nauigium virorum Corinthiorum conduxisse. Quum igitur altum tenerent, [2] istos Arioni insidiatos, vt eo deturbato, pecunia potirentur. Hoc illum intelligentem, oblata eis pecunia, mortem tantum fuisse deprecatum. Non perfuadenti nautas iussisse vt aut sibi manus inferret, vt sepulturam in terra nanciscereturt, aut illico in mare desiliret. Arionem ad hanc [3] difficultatem redactum, obsecrasse vt quandoquidem ipsis ita placitum esset, paterentur se omni suo ornatu coopertum, stantemque super foros, cantare: & quum decantasset, pollicebatur se sibi manus illaturum. Istos igitur (inuaserat enim eos libido audiendi præstantissimum inter homines modulatorem) è puppe in mediam nauem concessisse. Illum, induto sibi omni ornatu, ac sumpta cithara stantem super foros, inchoasse carmen quod dicitur orthium: eoque decantato, sese, vt erat ornatus, in mare iecisse. Et hos quidem cursum tenuisse Corinthum: illum vero aiunt à delphino exceptum, Tenaron fuisse transuectum: & quum è delphino descendisset, Corinthum eodem habitu perrexisse: & vbi peruenit, quicquid contigerat enarrasse. Periandrum autem, quia non crederet, tenuisse hominem in custodia, nequò prodiret: ceterum curauisse

disque, in medium rem proponit, consulens vtrum sibi agendum constituerent. Illorũ in idem cõuenere sententiæ, iubentium recipi in ipsorum regionem cum suo exercitu Tomyrin. Quã sententiam Crœsus Lydus quum adesset, improbat, contrarium differens his verbis, Equidem tibi, rex, etiam antea dixi, quandoquidem Iupiter tibi me tradidit, quicquid animaduertero errati in tua domo, id omne me pro viribus auersurũ. nam mei casus, etsi ingrati, mihi tamẽ extitere disciplinę. Si tibi esse videris immortalis, & eiusmodi exercitui præesse, nihil est opus vt meam tibi dicã sententiã: sin vero te quoq; agnoscis hominem esse, & aliis talibus præesse, illud in primis discito, humanarum rerum circulum esse, qui rotatus, semper eosdem fortunatos esse non sinit. Ideoq; de hac quam proposuisti re, secus ego atque isti sentio. Si enim hostes in hanc terrã volemus excipere, id tibi ex hoc periculũ erit, ne fugat[9] omne amittas imperium: quia haud dubie victores Massagetæ, non se retro fuga recipient, sed tuas prouincias adorientur. Victor autẽ tu non adeo multũ vincis quàm multum si traiiciens in terram illorum, victis Massagetis instabis fugientibus. [1] Hoc enim pro illo substituito consilium, [2] vt victo hoste, recta pergas ad subigendum Tomyridis regnum, & quidem sine duce. Turpe est enim atq; intolerabile, Cyrũ, Cambysis filium, mulieri cedentem detrectare pugnam. Itaque mihi placet, traiectis copiis procedere eousque dum illi in occursum prodeant: atque dehinc [3] ita faciendo, dare operam vt illos superemus. Namque, vt ego audio, Massagetæ bonorum sunt Persicorum insueti, & magnorum commodorum expertes. his ergo viris propone in nostris castris magnam instructarum epularum copiã, magna vi pecorum interfecta, cum magna etiam vi poculorum vini meri, atque omnis cibariorum generis. Hoc vbi fecerimus, imbecillissimis quibusque militum ibi relictis, cum reliquis ad flumen nos recipiamus. Tantis enim bonis cõspectis illi (nisi me fallit opinio) se ad ea conuertent: vnde nobis supererit facultas magnas res perpetrandi. Atq; hæc quidem [4] in discussionem venere sententiæ. Cyrus autẽ, priore repudiata, Crœsiq; probata sententia, indixit

CCVII

CCVIII

1 Etenim idem ipsum opponam illi *quod dixi, illos, si vicerint, adorituros tuas prouincias*, fore vt victo hoste, &c. 2 Te, victo hoste, recta perrecturum ad Tomyridis regnum. Ac præter illud quod est commemoratum, turpe est atque intol. 3 Ita *vt dicam* fac. 4 Propositæ fuerunt sen.

Tomyridi

Tomyridi vt retrocederet, vtpote se aduersus illam traiecturo. Illa, quemadmodum à principio spoponderat, retrocessit. Cyrus in Cambysis filii sui (cui regnum tradebat) manus præbuit Crœsum, ac maiorem in modum vt hominem honore beneficiisque prosequeretur, præcepit, si sua aduersus Massagetas traiectio nõ recte cederet. Hæc vbi præcepit, eosq; remisit in Persidem, ipse cũ
CCIX copiis suis flumen traiecit. Transmisso Araxe vbi nox aduenit, vidit per quietẽ talem visionem: Videbatur Cyrus somnis cernere maximũ natu filiorũ Hystaspis, habentem in humeris alas, quarũ altera Asiam, altera Europam inumbraret. Hystaspi (qui Achæmenides erat, [1] Arsamenis filius) erat ex liberis natu maximus Darius, tunc ferme vicesimũ ætatis annum agens, in Persida relictus quod non maturus militiæ esset. Experrectus Cyrus visum suum [2] intra se retractabat: quod quum ei magni momẽti videretur, vocato Hystaspi remotis arbitris, inquit, Filius tuus, Hystaspes, mihi atque regno meo insidiari deprehensus est: hoc [3] vnde procul dubio nouerim, per me noscas licet. Dii mihi, quod mei curã gerunt, quæcunq; euentura sunt, ostendunt. Siquidem proxima nocte inter quietem vidi liberorum tuorum natu maximum, in humeris habentem alas, quarum altera Asiam, altera Europam inumbraret. Ex quo viso [4] nulla tergiuersatio est quin ab illo mihi tẽdantur insidiæ. Quapropter tu quãprimum in Persidem reuertere: facitoque vt quum ego subactis Massagetis illuc rediero, filium tuũ mihi sistas ad causCCX sam dicendã. Et Cyrus quidem hæc loquutus est, scilicet quod sibi insidiari Dariũ suspicabatur. At dæmon ei portendebat ipsum ibi mortem oppeturũ, & eius regnum ad Dariũ esse peruenturum. Respondens illi Hystaspes, Absit, inquit, rex, vt quispiã vir genere Perses, tibi moliatur insidias: quod siquis sit, is primo quoque tempore morte mulctetur. tu enim Persas ex seruis liberos, ex subditis, aliorũ hominũ dominos effecisti. Quod siqua tibi visio filiũ meũ indicat rebus nouis cõtra te studere, ego tibi eum [5] exhibeo pro tuo arbitratu tractandũ. Hoc reddito responso, Hystaspes traiecto Araxe in Persidẽ contendit, Cyro filiũ suum Dariũ custoditurus.

Τόμυρι ἐξαναχωρέειν, ὡς αὐτὸς Δαρεηφόρου ἐὼν ἐπείνῳ. ἡ μὲν δὴ ἐξαναχώρεε, κατὰ τὰ προέγετο πρῶτα. Κῦρος δὲ Καμβύσῃ μὲν τῷ ἑωυτοῦ παιδὶ καμβύσῃ, τῷπερ τὴν βασιληίην ἐδίδου, καὶ πολλὰ ἐντειλάμενος οἱ τιμᾶν τε αὐτὸν καὶ δι' ποιέειν, ἐὼν ἡ Δαρεῖος ἡ ὑπὸ Μασσαγετέων μὴ ὀρθωθῇ· ταῦτα ἐντειλάμενος, καὶ ἀποστείλας τούτους ἐς Πέρσας, αὐτὸς διέβαινε τὸν ποταμόν, καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ. Ἐπεί τε δὲ ἐπεφαγώθη τὸν Ἀράξεα, νυκτὸς ἐπελθούσης, εἶδε ἔψιν ὕδωνι ἐν τῷ Μασσαγετέων τῇ χώρῃ, τοιήνδε. ἐδόκεε ἑ Κῦρος ἐν τῷ ὕπνῳ ὁρᾶν τοῦ Ὑστάσπεος παίδων τὸν πρεσβύτατον ἔχοντα ἑκάτερον τῶν ὤμων πτέρυγας· καὶ τουτέων τῇ μὲν τὴν Ἀσίην, τῇ δὲ τὴν Εὐρώπην ἑκατέρην σκιάζειν. Ὑστάσπεϊ δὲ τῷ Ἀρσάμεος, ἑόντι ἀνδρὶ Ἀχαιμενίδῃ, ὡς τῶν παίδων Δαρεῖος πρεσβύτατος, ἐὼν τότε ἡλικίην ἐς εἴκοσί κου μάλιστα ἔτεα. τὸν δὴ καταλελειφθαι ἐν Πέρσῃσι, (οὐ γὰρ εἶχε ἡλικίην στρατεύεσθαι) ἐπεὶ ὧν δὴ ἐξεγέρθη ὁ Κῦρος, ἐδίδου λόγον ἑωυτῷ περὶ τῆς ὄψιος. ὡς δέ οἱ ἐδόκεε μεγάλη εἶη ἡ ὄψις, καλέσας Ὑστάσπεα, ἐν ἀπολειφθεὶς μούνον, εἶπε, Ὑστάσπες, παῖς σὸς ἐπιβουλεύων ἐμοί τε καὶ τῇ ἐμῇ ἀρχῇ ἐάλωκε. ὡς δὲ ἀψευδέως ταῦτα εἴδω, ἐγὼ σημανέω. ἐμοὶ θεοὶ κήδονται, καί μοι πάντα προδηλοῦσι τὰ ἐπιφερόμενα. ἤδη ὧν ἐν τῇ παρελθούσῃ νυκτὶ εἶδον τῶν παίδων τὸν πρεσβύτατον ἔχοντα ἑκάτερον τῶν ὤμων πτέρυγας· καὶ τουτέων τῇ μὲν τὴν Ἀσίην, τῇ δὲ τὴν Εὐρώπην ἑκατέρην σκιάζειν. οὐκων ἔστι μηχανὴ ἀπὸ τῆς ὄψιος ταύτης ὀλέσθαι, ὅ μὴ κεῖνον ἐπιβουλεύσαντα ἐμοί. σὺ νῦν τὴν ταχίστην πορεύεο ὀπίσω ἐς Πέρσας, καὶ πίεσε ὄκως, ἐπεὰν ἐγὼ τάδε κατεργασάμενος ἔλθω σὺν εἰ, ὡς μοι κατάστασιν τὸν παῖδα ἐς ἔλεγχον. Κῦρος μὲν δοκέων Δαρεῖον οἱ ἐπιβουλεύειν, ἔλεγε τάδε· τῷδε ὁ δαίμων προέφαινε ὡς αὐτὸς μὲν τελευτήσειν αὐτοῦ ταύτῃ μέλλοι, ἡ δὲ βασιληίη αὐτοῦ περιχωρέοι ἐς Δαρεῖον. ἀμείβεται ὧν δὴ ὁ Ὑστάσπης τοιῇσδε, Ὦ βασιλεῦ μὴ εἴη αἰνὴρ Πέρσης γεγονὼς, ὅστις τοι ἐπιβουλεύοι· εἰ δ' ἔστι, ἀπόλοιτο ὡς τάχιστα· ὃς αὐτὶ μὲν δούλων, ἐποίησας ἐλευθέρους Πέρσας εἶναι· αὐτὶ δ' ἀρχεσθαι ὑπ' ἄλλων, ἄρχειν ἀπάντων. εἰ δέ τις τοι ὄψις ἀπαγγέλλοι παῖδα τὸν ἐμὸν νεώτερα βουλεύειν τοῦ σέο, ἐγώ τοι παραδίδωμι χρῆσθαι αὐτῷ τούτῳ ὅ, τι σὺ βούλεαι. Ὑστάσπης μὲν τούτοισι ἀμειψάμενος, καὶ διαβὰς τὸν Ἀράξεα, ἤιε ἐς Πέρσας, φυλάξων Κύρῳ τὸν παῖδα Δαρεῖον.

1 Arsacis. *nam & vet. cod. pro ἀρσάμεος habent ἀρσάκεος.* 2 Apud se examinabat. *Vel, in disquisitionem vocabat. Ad verbum, sibi ipsi rationem illius visi reddebat.* 3 Vnde certo cõperierim, 4 Nulla ratione negari potest quin &c. 5 *Idem, Offero. Vel, exhibere paratus sum.*

Κῦρος μὲν νυν, ἐπεὶ τάχιστα ἀπὸ τῆς Ἀράξεω ἡμέρης ὁδὸν, ἐποίεε τοῖσι Κροίσου ὑποθήκας. μετὰ δὲ ταῦτα Κύρος τε καὶ Περσέων τὸ καθαρὸν στρατὸν ἀπελάσαντος ὀπίσω ὅτι τὸν Ἀράξεα, λιφθέντος δὲ ἀχρηίου, ἐπελθοῦσα τὸν Μασσαγετέων βίτημοιεὶς τὸ στρατὸν, τοὺς τε λιφθέντας τοῦ Κύρου στρατιῆς ἐφόνευε ἀλεξομένους, καὶ τὸ προκείμενον ἰόντες δαῖτα, ὡς ἐχειρώσαντο τοὺς σφετέρους, κλιθέντες ἐδαινυντο. πληρωθέντες δὲ φορβῆς καὶ οἴνου, ἐκοιμῶντο. οἱ δὲ Πέρσαι ἐπελθόντες πολλοὺς μὲν σφέων ἐφόνευσαν, πολλῷ δὲ πλείονας ἐζώγρησαν, καὶ ἄλ-
λος τε Τομύριος λως, καὶ τὸν βασιλέος Τομύριδος παῖδα, στρατηγέοντα Μασσαγετέων, τῷ οὔνομα ἦν Σπαργαπίσης.

Ἡ δὲ, πυθομένη τά τε περὶ τὸν στρατὸν γεγονότα καὶ τὰ περὶ τὸν παῖδα, πέμψασα κήρυκα πρὸς Κῦρον, ἔλεγε τάδε, Ἄπληστε αἵματος Κῦρε, μηδὲν ἐπαρθῆς τῷ γεγονότι τῷδε τρήγματι, εἰ ἀμπελίνῳ καρπῷ, τῷπερ αὐτοὶ ἐμπιπλάμενοι μαίνεσθε οὕτω, ὥστε καὶ ὑπὸ τοῦ οἴνου ἐς τὸ σῶμα, ἐπῆμα πλέον ὑμῖν ἔπεα κακὰ πιόντι φαρμάκῳ δολώσας, ἐκράτησας παιδὸς τοῦ ἐμοῦ, ἀλλ' οὐ μάχῃ γε. σὺ δὲ τοιάδε ποίεε, καὶ παραινέσω ὑπὸ λαιὸν τὸν λόγον. ἀπόδος μοι τὸν παῖδα, ἄπιθι ἐκ τῆσδε τῆς χώρης ἀζήμιος, Μασσαγετέων βιτημοιέων τρισσεΐων στρατὸν καταβείσας. εἰ δὲ μὴ ταῦτα σὺ ποιήσεις, ἥλιον ἐπόμνυμί τοι τὸν Μασσαγετέων δεσπότην, ἢ μήν σε ἐγὼ καὶ ἄπληστον ἐόντα, αἵματος χορέσω. Κῦρος μὲν νυν, τὰ ἐπέων τούτων αἰνιγμάτων
τῶν, οὐδένα ἐποιέετο λόγον. ὁ δὲ τῆς βασιλείης Τομύριδος παῖς Σπαργαπίσης, ὡς μιν ὁ, τε οἶνος ἀπῆκε, καὶ ἐμαθε ἵνα ἦν κακοῦ, δεηθεὶς Κύρου ἐκ τῶν δεσμῶν λυθῆναι, ἔτυχε ὡς ἐλύθη τε τάχιστα, καὶ τῇ χρῆσι ἐκ ἐπέτησε, διεργάζεται ἑωυτόν. καὶ δὴ οὕτω μὲν ἐτελεύτησε τῷ τοιούτῳ πάθεϊ. Τόμυρις δὲ, ὡς οἱ ὁ Κῦρος οὐκ ἐσήκουσε, συλλέξασα πᾶσαν τὴν ἑωυτῆς δύναμιν, συνέβαλε Κύρῳ. Γενομένην δὲ ταύτην μάχην, ὅσας δὴ βαρβάρων αὐδρῶν μάχας ἐγὼ ἀκούω, κρίνω ἰσχυροτάτην γενέσθαι, καὶ δὴ καὶ πυθάνομαι οὕτω τοῦτο γενόμενον. πρῶτα μὲν γὰρ λέγεται αὐτοὺς ἀφεσταίναι, ἐς ἀλλήλους τοξεύειν· μετὰ δὲ, ὡς σφι τὰ βέλεα ἐξετετόξευτο, συμπεσόντας τῇσι αἰχμῇσί τε καὶ τοῖσι ἐγχειρίδιοισι συνέχεσθαι. χρόνον τε δὴ ὀκτὼ πολλὸν συνεστάναι μαχόμενοι, καὶ οὐδετέρους ἐθέλειν φεύγειν· τέλος δὲ, οἱ Μασσαγέται κατίσχυσε. ἔκτα μὲν τῶν Περσέων αὐτὸς στρατηγὸς ἑωυτοῦ γενόμενος, καὶ τὸν παῖδα τὸν Κύρου Σπαργαπίσην, βασιλεύοντα τῶν Μασσαγετέων· ἔκτεινε δὲ πολλοὺς καὶ ἄλλους τῶν Περσέων. ὡς δὲ ἐνεπλήσθη φόνου ἀνδρηίου Τόμυρις, ἐς ἀσκὸν μὲν πλήσασα αἵματος ἀνθρωπείου Κύρου νεκρὸν, ὡς δὲ ἄρα, ἐνέπηξε αὐτὸν πλὴν κεφαλῆς ἐς τὸν ἀσκόν. λυμαινομένη δὲ τῷ νεκρῷ, ἐπέλεγε τάδε, Σὺ μὲν ἐμὲ ζώσης τε καὶ νικώσης ἐς μάχην,

¶ Cyrus autem Araxe traiecto progressus vnius diei iter, quę Crœsus admonuerat exequitur: relictaq; illic imbelli parte copiarū, mox cum expedita manu ad Araxem reuertitur. Hos itaque relictos ex Cyri exercitu aggrediens tertia Massagetani exercitus pars, sese defensantes interimit. Eadem, conspecto epularū apparatu, post aduersariorū cædē, ad epulandum discumbit: refertaq; cibo ac vino soporatur. Persæ superuenientes horum multos occidunt, multoque plures viuos capiunt, cum alios, tum vero ducē eorum, reginæ Tomyridis filiū, cui nomen erat SPARGAPISES. Tomyris, cognito exercitus ac filii sui casu, misso ad Cyrum caduceatore, ita inquit, Inexplebilis cruore Cyre ne spiritus tollas ex hoc quod actū est. Si fructu vitino, quo ipsi distenti adeo desipitis vt descendēte in corpus vino improba à vobis verba fundantur, si tali veneno filium meum vicisti, dolo, non prœlio, es superior. Quare meum admitte consilium, bene tibi consulentis: Abi, reddito mihi filio, ex hac regione, ferens impune quod tertiam Massagetarum partem profligasti. Quæ nisi feceris, per Solē iuro Massagetarum dominum, fore vt ego te, etsi insatiabilem cruoris, tamen satiem. Hæc verba ad se perlata Cyrus pro nihilo habuit. Filius reginæ Tomyridis Spargapises, vbi à vino relaxatus didicit [1] se in malo esse, exorauit à Cyro vt vinculis solueretur. Starimq; quum solutus est ac manuū compos effectus, seipsum interemit: atque hic quidem talem obiit mortem. ¶ Tomyris autem, quum Cyrus ipsi non auscultaret, contractis suis copiis ita conflixit cum Cyro, vt hanc pugnā ex omnibus quæ inter barbaros extiterunt, acerrimam censeam extitisse. Eam autem ita gestam fuisse accipio: Primum vtrosque spatio inter se distantes, sagittas misisse: deinde sagittis absumptis concurrentes, lanceis pugionibusque [2] fuisse confertos: ac diu pugnantes perstitisse, neutris fugere volētibus: ad extremū Massagetas superiores extitisse: ibique cum permagnam exercitus Persici partem tum vero Cyrum ipsum occubuisse, quum vnū de triginta omnino regnasset annos. Cuius cadauer inter cæsorum Persarū stragē Tomyris perquisitum quū inuenisset, caput in vtrē demisit quē humano cruore cōpleuerat: mortuoque insultans inquit, Tu quidē meū viuentis & in pugna victricis

CCXI CCXII CCXIII CCXIV

1 In quod malum incidisset. *Vel*, Quantum malum sibi accidisset. 2 Manus conseruisse.

filium

filium perdidisti dolo captum: at ego te (prout nterminata fum) cruore saturabo. Hæc de Cyri vitæ exitu: de quo quũ multa referantur, is qui mihi maxime verisimilis videtur à me commemoratus est. ¶ Massagetæ & amictum gerunt
CCXV & victum habent Scythico similem. Ex equis prœliantur, [1] & pedibus. vtroque enim genere valent. Sagittarii item sunt atque hastati, sagares, [2] *hoc est pugiones*, è more gestantes: in omnibus auro vtentes & ære. Vtuntur nanq; ære in omnibus quæ ad hastas, ad pharetras, ad sagares pertinent: auro autem in cunctis quę ad capitis, ad balteorum, ad axillarum ornamentum spectant. Equorũ itidem pectoribus æreos thoraces circumdant. [3] Circa frenum, frenaque & phaleras, aurum adhibent: ferro atq; argento nihil prorsus vtentes: nam quum in eorũ regione immensa sit auri atque æris copia, ferri tamen atque argenti nihil est.
CCXVI Moribus his vtuntur: Singuli quidem vxorem ducunt, sed ea communiter vtuntur. Nam quod Græci memorant facere Scythas, id non Scythæ faciunt, sed Massagetæ. siquidẽ vir Massageta quoties cupidine capitur mulieris, suspensa ad plaustrum pharetra, sine pudore cõcumbit. Terminus vitæ nullus eis propositus est: sed vbi quis admodũ senuit, conuenientes propinqui eum immolãt, & cum eo aliquot pecudes: quarum carnibus pro epulo, vbi coxerunt, vescuntur. quod genus obitus apud eos beatissimum habetur. Languore extinctos nõ edunt, sed terra operiunt, loco damni putantes quod ad immolationẽ nõ peruenerint. Nihil omnino serunt: sed pecoribus victitant, piscatuque, quem eis abunde Araxes fluuius suppeditat: lac autem potitant. Ex diis vnum Solem venerantur, cui equos immolant. [4] Hic autem eis mos sacrificandi, vt deorum perniciissimo è quadrupedibus omnibus perniciissimum mactent.

ἀπώλεσας παῖδα ὃν ἐμὸν, ἑλὼν δόλῳ. σὲ δ' ἐγὼ, κατάσῳ ἠπείλησα, αἵματος χορέσω. τὰ μὲν δὴ κατὰ Κύρου τελευτὴν τοῦ βίου, πολλῶν λόγων λεγομένων, ὅδε μοι ὁ πιθανώτατος εἴρηται. Μασσαγέται δ' ἐσθῆτά τε ὁμοίαν τῇ Σκυθικῇ φορέουσι, καὶ δίαιταν ἔχουσι. ἱππόται δὲ εἰσὶ καὶ αἰπεταὶ ἀμφοτέρων δὲ μετέχουσι. καὶ τοξόται τε καὶ αἰχμοφόροι, σαγάρις νομίζοντες ἔχειν. χρυσῷ δ' καὶ χαλκῷ τὰ πολλὰ χρέωνται. ὅσα μὲν γὰρ εἰς αἰχμὰς καὶ ἀγκύλας καὶ σαγάρις, χαλκῷ τὰ πολλὰ χρέωνται· ὅσα δ' ἐς κεφαλὴν, καὶ ζωστῆρας καὶ μασχαλιστῆρας, χρυσῷ κοσμέονται. ὡς δὴ αὕτως τῶν ἵππων τὰ μὲν στέρνα χαλκέους θώρηκας περιβάλλεται· τὰ δὲ περὶ τοὺς χαλινοὺς καὶ στόμια καὶ φάλαρα, χρυσῷ. σιδήρῳ δ' οὐδὲν ἀργύρῳ χρέωνται οὐδέν· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ σφίσι ἔστι ἐν τῇ χώρῃ· ὁ δὲ χαλκὸς καὶ ὁ χρυσὸς, ἄπλετος. Νόμοισι δὲ χρέωνται τοιοῖσδε· γυναῖκα μὲν γαμέει ἕκαστος, παύτῃσι δὲ ὅτι κοιναὶ χρέωνται. ὁμολογέει γὰρ Σκύθας φασὶ Ἕλληνες ποιέειν, ἀλλὰ Μασσαγέτας· τὰ γὰρ ὅτι θυμήσῃ γυναικὸς Μασσαγέτης ἀνὴρ, ὃν φαρέτρεωνα ἀποκρεμάσας πρὸ τῆς ἁμάξης, μίσγεται ἀδεέως. ὕβρις δὲ ἡλικίης σφι προκέηται ἄλλος μὲν οὐδεὶς, ἐπειδὴ δ' γέρων γένηται καρτα, οἱ προσήκοντες οἱ πρῶτοι συνελθόντες θύσιμον, καὶ ἄλλα πρόβατα ἅμα αὐτῷ· ἑψήσαντες δὲ τὰ κρέα, κατευωχέονται. ταῦτα μὲν τὰ ὁλοιὸν τάσφι νενόμισται. ὃν δ' ἰδόντα τελευτήσαντα γ' ὑ καρτα κατατιτέονται, ἀλλὰ γῆ κρύπτουσι, συμφορὴν ποιεύμενοι ὅτι οὐκ ἵκετο ἐς δ' τυθησόμενος. ἀσπείρεται δ' οὐδὲν, ἀλλ' ἀπὸ κτηνέων ζώουσι καὶ ἰχθύων· οἱ δ', ἄφθονοί σφι ἐκ τοῦ Ἀράξεω πορταμοῦ παραγίνονται. γαλακτοπόται δέ εἰσι. θεῶν δ' μοῦνον ἥλιον σέβονται, τῷ θύουσι ἵππους· νόμος δ' οὗτος τῇσι θυσίῃσι τῶν θεῶν τῷ ταχίστῳ, πρώτων τῶν θνητῶν ὃ τάχιστον δατέονται.

1 Et absque equis. *Gall. Ils combatent à pied & à cheual.* 2 *Alii sagarin securis genus esse putãt, & ipsemet Valla sic alibi vertit.* 3 Circum habenas fr. 4 Est autem institutum hoc sacrificium vt deorum perniciissimo omnium mortalium perniciissimum mactent. *Sed Valla κτηνῶν legit pro θνητῶν.*

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΔΕΥΤΕΡΑ, ἐπιγεγραμμένη ΕΥΤΕΡΠΗ.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARVM LIBER secundus, qui inscribitur EVTERPE.

ΤΕΛΕΥΤΗΣΑΝΤΟΣ δὲ Κύρου, παρέλαβε τὴν βασιληίην Καμβύσης, Κύρου ἐὼν παῖς καὶ Κασσανδλαίνης τῆς Φαρνάσπεω θυγατρός. τῆς περιπαθούσης, Κῦρος αὐτός τε πένθος μέγα ἐποιήσατο, καὶ τοῖσι ἄλλοισι περιεῖπε πᾶσι τῶν ἦρχε, μέγα πένθος ποιέεσθαι. ταύτης δὲ τῆς γυναικὸς ἐὼν παῖς καὶ Κύρου Καμβύσης, Ἴωνας μὲν καὶ Αἰολέας ὡς δούλους πατρωίους ἐόντας ἐνόμιζε· ἐπὶ δὲ Αἴγυπτον ἐποιέετο στρατηλασίην, ἄλλους τε ἐπελαβὼν τῶν ἔπηλυς, ἦρχε, καὶ δὴ καὶ Ἕλληνας, τῶν ἐπεκράτεε.

Οἱ δὲ Αἰγύπτιοι, πρὶν μὲν ἢ Ψαμμήτιχον σφέων βασιλεῦσαι, ἐνόμιζον ἑωυτοὺς πρώτους γνῶναι πάντων ἀνθρώπων. ἐπεὶ δὲ Ψαμμήτιχος βασιλεύσας, ἠθέλησε εἰδέναι οἵ κου πρῶτοι γνοίατο πεφυκότες, ἀπὸ τούτου νομίζουσι Φρύγας πρότερον γνῶναι ἑωυτῶν, τῶν δὲ ἄλλων, ἑωυτούς. Ψαμμήτιχος μὲν ὦν ὡς οὐκ ἐδυνάτο πυνθανόμενος πρὸς οὐδένα τούτου αἰτιώτερον οἱ γνοίατο πρῶτοι αὐθρώπων, ὧδε τινὰ ἐμηχανήσατο· παιδία δύο νεογνὰ ἀνθρώπων τῶν ἐπιτυχόντων, δίδωσι ποιμένι τρέφειν ἐς τὰ πρόβατα τρόπῳ τοιῷδε· ἐπιτείλας μηδένα φθόγγον αὐτέων μηδενὸς φωνεῖν ἐν αὐλῇ κατοικημένους μόνους, ἐν σιγῇ δὲ ἐρήμῃ ἐν ἐκείνῃ κεῖσθαι παῖδας, καὶ τὴν ὥρην ἐπαγινέειν σφίσι αἶγας. πλησάσας δὲ τοῦ γάλακτος, πάντα ἐξαρτήσασθαι. ταῦτα μὲν ἐποιέετο καὶ ἐπετέλλετο ὁ Ψαμμήτιχος, ἀκούσας δὲ τῶν παίδων, ἀπαλλαχθέντων τῶν πρώτων ἐννέα χρόνων, ἐνῶτα φωνεῦντα ῥήξαντα πρόσω τὴν. τὰς μὲν ὦν καὶ ἐνέμετο. ὡς δὲ δίκης χρόνος ἐγένετο, ταῦτα τῷ ποιμένι πρήσσοντι, ἀποίγοντί τε τὴν θύρην, καὶ εἰσιόντι, τὰ παιδία ἀμφότερα προσπίπτοντα, βεκὸς ἐφώνεον, ὀρέγοντα τὰς χεῖρας.

CYRO vita functo, regnum suscepit CAMBYSES, eius & Cassandanæ Pharnaspogenitæ filius: quã ante virum defunctam Cyrus ingenti luctu & ipse prosequutus est, & ceteris quibus imperabat, eam ingenti luctu prosequi præcepit. His parentibus ortus [1] Cambyses, quum Iones & Æoles pro hereditariis suis seruis haberet, aduersus Ægyptios fecit expeditionem, comparato cum ex aliis tum vero è Græcis quibus dominabatur, exercitu. ¶ Ægyptii autem, priusquã apud eos regnaret PSAMMETICHVS, omnium hominũ se primos extitisse arbitrabantur: verũ Psammetichо regnum adepto, quũ incessissет cupido noscendi quinam primi hominum extitissent, ex eo tempore putauerunt Phrygas quam se priores extitisse, se vero quam ceteros. Enimuero Psammetichus, quum sciscitando quinam primi hominum extitissent, [2] nullũ exitum inuenire posset, huiusmodi rem machinatur: Pueros duos ex humilibus parentibus recens natos, tradit pastori inter pecora educandos hunc in modum: iubẽs *videlicet* neminem coram eis vocem vllã edere, sed in deserta casa ambos seorsum collocari, [3] eisdemque in tempore capras adduci: vbi autẽ lacte expleti forent, alia administrari. Hæc ideo faciebat iubebatque [4] Psammetichus, quod quæ vox prima ex his pueris erumperet, vbi inarticulate vagire desissent, audire cuperet: prout & contigit. Nam bimatus exacto tempore, pastori qui hæc administrabat, aperienti ianuam atque intranti, ambo infantes porrectis manibus occurrentes, beccos clamabant.

---

1 Cambyses, Iones quidem & Æoles pro paternis seruis habebat, sed aduersus Ægypt. *Sonabit autem* paternis, *à patre relictis.* 2 Nullam rationem inire posset, 3 Eisdemque certis temporibus capr. 4 *Vallata verterat*, Iubebatq; Psammet. quòd cuperet ex pueris, vbi inarticulate vagire desisterent, audire: *legens ἐνῶτα φωνὴν, pro ἔνδοθεν φωνεῖν.*

Quod pri-

Quod primo audiens pastor obticuit? quum verò crebrius adeunti & obseruanti idem verbum frequentaretur, ita demum re domino indicata, iussus ab eo, pueros attulit exhibuitque. Quos quũ & ipse Psammetichus audisset, percontabatur quinam homines beccos quippiam appellarent. Hæc percontans comperit Phrygas sic panem appellare. [1] Tali negotio argumentati, Phrygas se priores extitisse Ægyptii concesserunt.

III Quod ita actũ esse equidem ex sacerdotibus Vulcani, qui sunt Memphi, audiebam. Græci tamen cũ alia multa inepta memorant, tum vero Psammetichum pueros educãdos curasse apud mulieres quarũ linguas præcidisset. Hactenus de puerorum educatione referebant. Alia quoque apud Memphim audiui ex Vulcani sacerdotibus, cum quibus in colloquium veni. Quinetiam harum ipsarum rerũ gratia & Thebas & Heliopolin, *id est Solis vrbẽ*, me contuli, animo cognoscendi nunquid consentanea dicturi essent iis quę Memphi dicerentur. Nam Heliopolitani feruntur Ægyptiorum esse sollertissimi. [2] Atq; ex iis narrationibus, quæ ad rem diuinã pertinentia audiui, ea non libenter enunciauerim, nisi ipsorum tantummodo nomina, existimans omnes homines idem sentire de his, quorum quicquid commemorabo, id oratione coactus cõmemorabo.

IV [3] ¶ Qvæ autem humanarũ rerum sunt, hæc ita referebant inter se constare: Omnium hominũ primos Ægyptios annũ comperisse, [4] distinguentes eũ in duodecim temporum menses. Et hæc comperisse ex astris: qui eo prudentius (vt mihi videtur) [5] hoc agunt quam Græci: quod Græci quidem tertio quoque anno intercalarem mensem introducunt, temporum gratia: Ægyptii vero numero tricenorum dierum, quibus duodecim menses taxant, adiiciunt quotannis quinos dies. vnde eis ratio circuli temporum constat eôdem redeuntis. Ægyptios quoque primos, duodecim deorum cognomina in vsu habuisse, & ab illis Græcos fuisse mutuatos. Itẽ primos diis & aras & simulacra & delubra statuisse: quinetiam animalia in saxis sculpsisse: [6] quarum rerum pleraque ita effecta opere demonstrabant. Præterea primum mortalium regnasse Menem,

τὰ μὲν δὴ πρῶτα ἀκούσας, ἥσυχος ἦν ὁ ποιμὸς· ὡς δὲ πολλάκι φοιτέοντι καὶ ἐπιμελουμένῳ πολλὸν ἦν τοῦτο ὄπος, οὕτω δὴ σημήνας τὰ πρόβατα τῇ δεούσῃ, ἦγε τὰ παιδία κελεύσαντος ἐς ὄψιν τὴν ἐκείνου. ἀκούσας δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Ψαμμήτιχος, ἐπυνθάνετο οἵτινες ἀνθρώπων Βέκκος τι καλέουσι. πυνθανόμενος δὲ, εὗρε Φρύγας καλέοντας τὸν ἄρτον. οὕτω συνεχώρησαν Αἰγύπτιοι, καὶ τοιούτῳ σταθμησάμενοι πρήγματι, τοὺς Φρύγας πρεσβυτέρους εἶναι ἑωυτῶν. Ὧδε μὲν ἐγένετο τῶν ἱρέων τοῦ Ἡφαίστου οἱ Μέμφι ἤκουον. Ἕλλησι δὲ λέγουσι ἄλλά τε μάταια πολλὰ, καὶ ὡς γυναικῶν τὰς γλώσσας ὁ Ψαμμήτιχος ἐκταμών, τοῦτο δὴ ταῦτα οὕτως ἐποιήσατο τῶν παιδίων τοῦδε ταύτῃσι τῇσι γυναιξί. κατὰ μὲν δὴ τοῦτο τρόφιος τῶν παιδίων τοιαῦτα ἔλεγον. ἦκουσα δὲ καὶ ἄλλα ἐν Μέμφι, ἐλθὼν ἐς λόγους τοῖσι ἱρεῦσι τοῦ Ἡφαίστου· καὶ δὴ καὶ ἐς Θήβας τε καὶ ἐς Ἡλιούπολιν αὐτέων εἵνεκεν ἐτεκμαίρων, ἐθέλων εἰδέναι εἰ συμβήσονται τοῖσι λόγοισι τοῖσι ἐν Μέμφι. οἱ γὰρ Ἡλιουπολῖται λέγονται Αἰγυπτίων εἶναι λογιώτατοι. τὰ μὲν νυν θεῖα τῶν ἀπηγημάτων οἷα ἦκουον, 57
οὐκ εἰμὶ προθυμος ἐξηγέεσθαι ἔξω ἢ τὰ οὐνόματα αὐτέων μούνων· νομίζων πάντας ἀνθρώπους ἴσον περὶ αὐτῶν ἐπίστασθαι. τὰ δ' ἂν ἐγὼ ἐπιμνησθῶ αὐτῶν, ἐπ' τῷ λόγου ἀναγκαζόμενος ἐπιμνησθήσομαι. Ὅσα δὲ ἀνθρωπήια πρήγματα, ὧδε ἔλεγον ὁμολογέοντες σφίσι πρώτους Αἰγυπτίους ἀνθρώπων ἁπάντων ἐξευρεῖν τὸν ἐνιαυτὸν, δυώδεκα μέρεα διελομένους τοῦ ὡρέων ἐς αὐτόν. ταῦτα δὲ ἐξευρεῖν ἔκ τῶν ἀστέρων ἔλεγον. ἄλλοισι δὲ τοσοῦδε σοφώτεροι Ἑλλήνων (ὡς ἐμοὶ δοκέει) ὅσῳ Ἕλληνες μὲν διὰ τρίτου ἔτεος ἐμβόλιμον ἐπεμβάλλοισι, τῶν ὡρέων εἵνεκεν· Αἰγύπτιοι δὲ τρισκαιδεκαμήνους ἄγοντες τοὺς δυώδεκα μηνῶν, ἐπάγουσι ἀνὰ πᾶν ἔτος πέντε ἡμέρας πρὸ ἐξ τοῦ ἀριθμοῦ. καὶ σφι ὁ κύκλος τῶν ὡρέων ἐς τωὐτὸ περιίων, περιγίνεται. δυώδεκά τε θεῶν ἐπωνυμίας ἔλεγον πρώτους Αἰγυπτίους νομίσαι, καὶ Ἕλληνας παρὰ σφέων μιν λαβεῖν. βωμούς τε καὶ ἀγάλματα καὶ νηοὺς θεοῖσι ἀπονείμαι σφέας πρώτους, καὶ ζῶα ἐν λίθοισι ἐγλύφαι. τουτέων μὲν τὰ πλέω ἔργῳ ἐδήλωσαν οὕτω γιγόμενα. Βασιλεῦσαι δὲ πρῶτον ἀνθρώπων ἔλεγον Μῆνα. ἐπὶ

1 Ex hac re coniecturam facientes, Phr. *Vel*, Quum hanc rem examinassent. 2 Verum quæ mihi ad deos pertinentia narrarunt, ea scriptis mãdare non libet, præter illorum nomina: quod idem de illis omnes homines scire existimem. Quæ autem præterea de his commem. 3 Quę autem ad res humanas spectant, hęc ita communi consensu referebant. Omn. 4 Atq; illi duodecim tempora distribuisse. Et hæc comp. 5 Annuum spatium exigunt ita distinctum. 6 Quæ ita se habuisse re ipsa comptobant magna ex parte. Præt.

ὅπῃ πύτου, πλὴν τῆς Θηβαϊκῆς νομοῦ, πᾶσαν Αἴγυπτον εἶναι ἕλος· καὶ αὐτῆς εἴ τευ ἔτι ἐστὶ τοιοῦτον οἷον τὰ νέα ἐκφαίνεται τῆς Μυρίος ἐόντων· ἐς τὴν ἀνάπλοος ἀπὸ θαλάσσης ἑπτὰ ἡμερέων ἐστὶ διὰ Δυσωλαμίου. Καί μοι ἐδόκεον λέγειν περὶ τῆς χώρης. δῆλα γὰρ δή καὶ μὴ προσακούσαντι, ἰδόντι δὲ (ὅσπερ γε σύνεσιν ἔχει) ὅτι Αἴγυπτος, ἐς τὴν Ἕλληνες ναυτίλλονται, ἔστι Αἰγυπτίοισι ὀπίκτητός τε γῆ, καὶ δῶρον τοῦ ποταμοῦ· καὶ τὰ κατύπερθε ἔτι τῆς λίμνης ταύτης, μέχρι τριῶν ἡμερέων πλόου, τῆς περὶ ἐκείνοι οὐδὲν ἔτι τοιόνδε ἔλεγον. Ἔστι δὲ ἕτερον τοιοῦτον. Αἰγύπτου γὰρ Φύσις τῆς χώρης ἐστὶ τοιήνδε. πρῶτα μὲν πρὸς πλέοντα ἔπι, καὶ ἡμέρης δρόμον ἀπέχων ἀπὸ γῆς, κατεὶς καταπειρητήριον, πηλὸν τε ἀνοίσεις, καὶ ἐν ἕνδεκα ὀργυῇσι ἔσεαι. τοῦτο μὲν ὅτι προσοῦτον δηλοῖ προσχοῦσιν τῆς γῆς ἐοῖσαι. Αὐτῆς δὲ τῆς Αἰγύπτου ὅτι μῆκος ὁ πᾶς θαλάσσαν, ἑξήκοντα σχοῖνοι, κατὰ ἡμέας δρᾳ ἐστὶ Αἰγύπτου ἀπὸ τοῦ Πλινθινήτεω κόλπου μέχρι Σερβωνίδος λίμνης. παρ' ἣν ὁ Κάσιον ὄρος τείνει. Ταύτης ὦν οἱ ἑξήκοντα σχοῖνοί εἰσι· ὅσοι μὲν γὰρ γεωπεῖναί εἰσι αἰθεφπων, ὀργυῇσι μεμετρήκασι τὴν χώρην· ὅσοι δὲ ἔτι γεωπεῖναι, σταδίοισι· οἱ δὲ πολλὴν ἔχουσι, παρασάγγῃσι· οἱ δὲ ἄφθονον λίμνην, χοίνοισι. δυνατοὶ δὲ ὁ μὲν παρασάγγης τριήκοντα στάδια· ὁ δὲ χοῖνος ἕκαστος, μέτρον ἐὸν Αἰγύπτιον, ἑξήκοντα στάδια. οὕτω δὴ εἶπόσαν Αἰγύπτου στάδιοι ἑξακόσιοι καὶ χιλιοί, ὁ πᾶς θαλάσσαν. Ἐνθεῦτεν καὶ μέχρι Ἡλιουπόλιος ἐς τὴν μεσόγαιαν, ἔστι εὐρέα Αἴγυπτος, ἰοῦσα πᾶσα λεπτόν τε καὶ ἄυδρος, καὶ ἰλύς. ἔστι δὲ ὁδὸς ἐς τὴν Ἡλιούπολιν ἀπὸ θαλάσσης δυῶν ἰόντι, πρᾶγμα πλησίη ὁ μῆκος τῇ ἐξ Ἀθηναίων ἐς Πίσας τῇ ἀπὸ τῶν δυώδεκα θεῶν τοῦ βωμοῦ φερούσῃ ἔς τε Πίσαν καὶ ἐπὶ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου. συμπίπτει δ' ἀμφοτέρων ὁδῶν τουτέων ὁ μὲν ἐξ Ἀθηναίων ἐστὶ (ὁ λογιζόμενος τῶν οὐδῶν τουτέων ὁ μὲν ἴσας εἶ), οὐ πλέον πεντεκαίδεκα σταδίων. ἡ μὲν γὰρ ἐς Πίσαν ἐξ Ἀθηναίων, κατὰ δεῖ πεντεκαίδεκα σταδίων, ὡς μὴ ἓξ πεντακοσίων καὶ χιλίων· ἡ δὲ ἐς Ἡλιούπολιν ἀπὸ θαλάσσης, πλεονεξίη ἐς ὀρθμὸν τόπον. Ἀπὸ δὲ Ἡλιουπόλιος ἄνω ἰόντι, ξεινὴ ἐστὶ Αἴγυπτος. τῇ μὲν γὰρ τῆς Ἀραβίης ὄρος παρατέταται, φέρον ἀπ' ἄρκτου μεσαμβρίην τε καὶ νότον, αἰεὶ ἄνω τείνον ἐς τὸν Ἐρυθρὸν καλεόμενον θάλασσαν.

ac ſub eo omnem Ægyptum, præter Thebaicam prouinciam, paluſtrem fuiſſe: ex eaque nihil eorũ quæ nunc ſunt ſupra ſtagnum Myrios, extitiſſe: in quod ſtagnum à mari per flumen ſeptem diebus nauigatur. Atq; de regione bene mihi dicere videbantur. manifeſtum enim eſt ei qui, ſi antea non audierit, tamen inſpexerit, (modo ſit ſolertia prędita) Ægyptum in quam Græci nauigant, acceſſionem eſſe terræ, ac fluminis donum: quinetiam loca quæ ſupra ſtagnũ hoc ſunt, ad trium vſque dierum nauigationem. De qua non iam tale quicquã commemorabant. Eſt autem & aliud tale: Ægyptiacæ regionis huiuſcemodi natura eſt: Iam primum quum Ægyptum verſus in alto curſum tenens, abes procul ab ea adhuc diurnæ nauigationis ſpatio, [1] patieris ſenſum cæni, etiam in aqua vndecim alta [2] paſſus: quæ res declarat eatenus eſſe humum aggeſtã. Ipſius autem Ægypti longitudo ſecundum mare, ſexaginta eſt ſchœnorum, *id eſt funiculorum*: quemadmodũ nos Ægyptum diſtinguimus à ſinu Plinthinete, *id eſt lateritio*, vſq; ad ſtagnum Selbonidis: ad quod mons Caſſius vſque pertingit. Itaque ab hac parte ſexaginta ſchœni ſunt. Etenim qui modicum terræ poſſidẽt, metiuntur illam [3] paſſibus: qui minus inopes terræ ſunt, metiuntur ſtadiis: qui multũ poſſident, paraſangis: qui plurimũ, ſchœnis. Conſtat autẽ paraſanga tricenis, ſchœnus, (qui menſura eſt Ægyptiaca) ſexagenis ſtadiis. Ita erat Ægyptus ſecundũ mare ſtadiorum triũ millium ſexcentorũ. Hinc ad Heliopolin mediterranea verſus Ægyptus ſpatioſa eſt, [4] ſupina omnis & aquarum inops ſimul ac limoſa. A mari ad Heliopolin eũdo per ſuperiora, iter eſt eiuſdẽ ſpatii cuius id quod ab Athenis ab ara duodecim deorũ fert Piſam & ad delubrũ Iouis Olympii: quę itinera ſiquis cõputet, inuenict parum quiddam differre quominus paria ſint, ac non amplius quindecim ſtadiis. Nã viæ quæ ex Athenis Piſam fert, quindecim ſtadia deſunt quominus ſit mille & quingentorũ ſtadiorum: at ea quæ à mari ad Heliopolin ducit, hunc ſtadiorũ numerũ complet. Ab Heliopoli autẽ per ſuperiora eundo Ægyptus anguſta eſt. nam ab vna parte mons Arabiæ exporrigitur, ab aquilone ferẽs ad meridiẽ atq; ad auſtrũ, ſemper ſurſũ tendens ad mare q; rubrũ vocatur.

II

III

IV

V

VI

VII

VIII

1 Demiſſa bolide, *id eſt nautico perpendiculo*, cænum erues, etiam in aq. 2 Vlnas. Gr. *orgyas*. 3 Vlnis. Gr. *orgyis*. 4 Depreſſa i. *campeſtris, non montoſa*.

Ibi inſunt

Ibi insunt & lapidicinæ, ad pyramides quæ sunt apud Memphin, excisæ. Ab hac quidem parte desinens mons,[1] declinat in quæ dictum est. Qua vero parte productior seipso est, duorum ego audiebam mensium itineris esse ab aurora ad hesperum: & eius extrema quæ ad auroram vergunt, feracia thuris esse. Atque hic quidem mons talis est. Quo autē latere Africā Ægyptus spectat, alius mons saxeus extenditur, in quo pyramides sunt, sabulo obsitus, eodē modo quo Arabici montis tractus qui ad meridiē fert. Itaq; ab Heliopoli non ita multorū spatiorū est iter quod modò Ægypti sit, sed angusta est, & quatuor dūtaxat dierum nauigationē habet. Inter eos quos dixi montes quod est intercapedinis, campestris est terra, stadiorum ferme (vt mihi videtur) qua parte arctissima est, non amplius ducentorū, è monte Arabico ad eū qui dicitur Libycus. Illinc
ix rursus Ægyptus laxa est. Atq; ita situs regionis natura comparatus est. Ab Heliopoli autem ad Thebas nouem diebus nauigatur, spatio quatuor milliū octingentorum & sexaginta stadiorum, hoc est, vnius & octoginta schœnorum: quæ Ægyptia stadia collecta, secundū quidē mare sunt, (prout à me superius indicatū est) tria millia sexcenta: quantum vero à mari ad Thebas mediterraneū sit, indicabo. sunt enim sex millia ac centum viginta stadia: à Thebis autem ad vrbem nomine Elephantinā, octingenta vigin-
x ti. Huius igitur regionis quæ à me dicta est, pleraq; pars (vt & sacerdotes aiebant, & mihi ipsi esse videbatur) acquisititia Ægyptiis est. Siquidem quod inter prædictos mōtes, supra Memphim vrbē positos, medium est, videtur mihi sinus maris aliquādo fuisse, quemadmodū ea quæ sunt circa Ilium & Teuthraniam, & Ephesum, & Mæandri planitiem, vt hæc parua magnis cōparentur. quoniā nullū eorum fluminū quæ has regiones obliniauerunt, dignum est comparari vni ex septem ostiis Nili, magnitudine. Sunt & alii fluuii nequaquam magnitudine Nili, qui magna opera ediderunt, quorū nomina possem referre: cū aliorū tum vero Acheloi, qui per Acarnaniā fluens in Echinadum insularum mare, iam eas media ex parte fecit continen-
xi tem. ¶ Est autem Arabicæ regionis, non procul ab Ægypto, sinus maris, exiens ex eo quod rubrum vocatur, ita longus atque arctus vt differendo ostendā.

1 Reflectitur versus ea quæ dixi *loco*.

ἐς τὰς καὶ λιθοτομίας ἔνθεν, αἱ ἐς τὰς πυραμίδας τὰς κατὰ μηδεῖσας τὰς ἐν Μέμφι. τοῦτο μὲν λῆγον, ἀνακάμπτει ἐς τὰ εἴρηται, ὄρεος. τῇ δὲ αὐτὸ ἑωυτοῦ ἐστὶ μακρότερον, ὡς ἐγὼ ἐπυνθανόμην δύο μηνῶν αὐτὸ εἶναι τῆς ὁδοῦ ἀπὸ ἕω πρὸς ἐσπέρην. τὰ δὲ πρὸς τὴν ἕω, λιβανωτοφόρα αὐτοῦ τὰ πέρματα εἶναι. τοῦτο μὲν νυν τοιοῦτόν ἐστι ὄρεος. ὃ δὲ πρὸς Λιβύης τῆς Αἰγύπτου ὄρεος ἄλλο πέτρινον τεῖνον, ἐν τῷ αἱ πυραμίδες ἕστασι, ψάμμῳ κατειλημμένον, πεπαμμένον, ὃν αὐτὸν τρόπον καὶ τοῦτο τὸ Ἀραβίου τὰ πρὸς μεσαμβρίην φέρονται. ὃ μὲν δὴ ἀπὸ Ἡλιουπόλιος, ὀλίγῳ τι πολλῶν χωρίων, ὡς εἶναι Αἰγύπτιον, ἀλλ' ὅσον τι ἡμερέων τεσσέρων ἀνάπλοόν ἐστι, Αἴγυπτος ἐοῦσα. τῶν δὲ οὐρέων τῶν εἰρημένων ὃ μεταξύ, πεδιὰς μὲν γῆ, στάδιοι δὲ μάλιστα ἐδόκεόν μοι εἶναι, τῇ στενότατόν ἐστι, διηκοσίων οὐ πλείους, ὅκου ἐκ Ἀραβίου οὔρεος ἐς τὸ Λιβυκὸν καλούμενον. ὃ δ' ὀπίσω αὖτις οὖρέα Αἰγυπτίων ἐστί. πέφυκε μὲν ὦν ἡ χώρη αὕτη οὕτω. ἀπὸ μὲν Ἡλιουπόλιος ἐς Θήβας ἔστι ἀνάπλοος ἐννέα ἡμερέων. στάδιοι δὲ αἱ ὁδοὶ αὗται ἐξακόσιοι καὶ ὀκτακισχίλιοι, σχοίνων ἐόντων. οὗτοι στωμυλμοί στάδιοί εἰσι Αἰγύπτου, ὃ μὲν δὴ δαλασσαν, ἤδη μοι καὶ πρότερον δεδήλωται ὅτι ἑξακοσίων τέ ἐστι σταδίων καὶ τετρακισχιλίων· ὅσον δὲ τῇ ἀπὸ θαλάσσης μέχρι Θηβαίων μεσόγαιά ἐστι, σημανέω. στάδιοι γάρ εἰσι εἴκοσι καὶ ἑκατὸν καὶ ἑξακισχίλιοι. ὃ δὲ ἀπὸ Θηβαίων ἐς Ἐλεφαντίνην καλεομένην πόλιν, στάδιοι εἴκοσι καὶ ὀκτακόσιοι εἰσί. Ταύτης ὦν τῆς χώρης τῆς εἰρημένης ἡ πολλὴ, καὶ πάρφ οἱ ἱρέες ἔλεγον, ἐδόκεε δὲ καὶ αὐτὸς μοι εἶναι ἐπίκτητος Αἰγυπτίοισι. τὴν γὰρ οὐρέων τῶν εἰρημένων τῶν ὑπὲρ Μέμφιν πόλιν κειμένων ὃ μεταξύ γ' ἐφαίνετό μοι εἶναι κοτὲ κόλπος θαλάσσης, ὥσπερ τά τε περὶ Ἴλιον καὶ Τευθρανίην, καὶ Ἔφεσόν τε καὶ Μαιάνδρου πεδίον· ὡς ἐπὶ σμικρὰ τοῦτα μεγάλοισι συμβαλέειν. τῶν γὰρ ποταμῶν τὰ χωρία τὰ προσχωσάντων πολλῶν, ἐνὶ τῶν στομάτων τῷ Νείλου ἐόντος ἑπτὰ ὁμοῦ, οὐδεὶς αὐτῶν πλήθος πρὸς ἄξιος συμβληθῆναι ἐστί. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι ποταμοὶ οὐκ ὀλίγοι Νείλου ἐόντες μεγάλοι, οἵ τινες ἔργα ἀποδεξάμενοι μεγάλα εἰσί· τῶν ἐγὼ φέρεσθαι ἔχω ὀνόματα, καὶ ἄλλων, καὶ δὴ καὶ Ἀχελῴου· ὃς ῥέων διὰ Ἀκαρνανίης, καὶ ἐκβὰς ἐς τὴν θάλασσαν, τῶν Ἐχινάδων τὴν ἥμισέας ἤδη ἤπειρον πεποίηκε. Ἔστι δὲ τῆς Ἀραβίης χώρης, Αἰγύπτου δὲ οὐ πρόσω, κόλπος θαλάσσης ἐσέχων ἀπὸ τῆς Ἐρυθρῆς καλεομένης, μακρὸς οὕτω δή τι καὶ στενός, ὡς ἔρχομαι φράσων.

μακρότερον,
ἢ πῆχ.
ἢ πῆχ. 58
ἄλλο ὀπίσω,
καὶ Σκαλάσης,

μῆκος μὲν, πλόου ἐξαμηνίῃ ἐκ μυχοῦ διεκπλώσας ἐς τὸν ἐρυθρὸν θάλασσαν, ἡμέρας δυώδεκα μοιρῶν τεσσερακοντα, εἰρεσίη χρεωμένῳ· εὖρος δὲ, τῇ εὐρύτατός ἐστι ὁ κόλπος, ἡμίσεος ἡμέρης πλόου. ῥηχίη δὲ ἐν αὐτῷ καὶ ἄμπωτις αἰεὶ πᾶσαν ἡμέρην γίνεται. ἕτερον τοιοῦτον κόλπον καὶ ὀπὶ τὸν Αἴγυπτον δοκέω γενέσθαι· ὃν μὲν, ἐκ τῆς Βορίης θαλάσσης ἔχοντα ἐς Αἰθιοπίης· ὃν δὲ, Ἀραβίου, ὃν ἔρχομαι λέξων, ἐκ τῆς νοτίης φέρονται ὀπὶ Συρίης· κολπόν μὲν ἀλλήλοισι συμφραίνοντας τοὺς μυχοὺς, ὀλίγην δέ τινα ἀπολελαίοντας τῆς χώρης. εἰ ὦν δὴ ἐθελήσει ἐκ τρίψας ὁ ῥέεθρον ὁ Νεῖλος ἐς τοῦτον τὸν Ἀραβίον κόλπον, τίς μιν κωλύει ῥέοντος τούτου, χωσθῆναι ἐτέων τοὺς γε δισμυρίων ἐτέων; ἐγὼ μὲν γὰρ ἔλπομαί γε μυρίων ἐόντων χωσθῆναι αὐτὸν καὶ ἐν τῷ πρὸς ἐμεῦ γενεῇ ἀναχωσθῆναι, ὄκου ἂν χωσθείη κόλπος, καὶ πολλῷ μέζων ἔτι τούτου, ὑπὸ τοσούτου τε ποταμοῦ καὶ οὕτως ἐργατικοῦ; Τὰ μὲν Αἰγύπτου ὦν, καὶ τοῖσι λέγουσι αὐτὰ πείθομαι, καὶ αὐτὸς οὕτω καρτερὰ δοκέω εἶναι, ἰδών τε τὴν Αἴγυπτον προσκειμένην τῇ ἐχομένῃ γῇ, καὶ κογχύλιά τε φαινόμενα ὀπὶ τοῖσι ὄρεσι, καὶ ἅλμην ἐπανθέουσαν· ὥστε καὶ τὰς πυραμίδας ἀλιρρόους εἶναι· καὶ ψάμμον μούνων Αἰγύπτου ὄρος τοῦτο τὸ ὑπὲρ Μέμφιος ἔχον. πρὸς δὲ τῇ χώρῃ, οὔτε τῇ Ἀραβίῃ προσούρῳ ἐούσῃ τὴν Αἴγυπτον προσοικέλην, οὔτε τῇ Λιβύῃ, οὐ μὲν οὐδὲ τῇ Συρίῃ, (τῆς γὰρ Ἀραβίης τὰ πρὸς θάλασσαν Σύριοι νέμονται) ἀλλὰ μελαίγεόν τε καὶ κατερρηγυμένην, ὥστε ἐοῦσαν ἰλὺν τε καὶ ψάμμον ἐοικέναι τὴν ἀπὸ Αἰθιοπίης κατενειχθεῖσαν ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ. τὴν δὲ Λιβύην ἐόντα μιν ἐρυθρότερόν τε γῆν καὶ ὑποψαμμοτέρην· τὴν δὲ Ἀραβίην τε καὶ Συρίην ἐρημοδεστέρην τε καὶ ὑποπετρωδεστέρην ἐοῦσαν. Ἔλεγον δὲ καὶ τόδε μοι μέγα τεκμήριον πρὸς τῆς χώρης ταύτης οἱ ἱρέες, ὡς ὀπὶ Μύριος βασιλεὸς, ὅκως ἔλθοι ὁ ποταμὸς ὀπὶ ὀκτὼ πήχεας ὀλιγίστον, ἀρδέεσκε Αἴγυπτον τὴν ὑπερθε Μέμφιος. καὶ Μύριος οὔκω ἦν ἔτεα ἐννακόσια τετελευτηκώς, ὅτε τὰ ἱρέων τοῦτα ἐγὼ ἤκουον. νῦν δὲ εἰ μὴ ἐπ' ἑκκαίδεκα ἢ πεντεκαίδεκα πήχεας αἰεξῇ τὰ ὀλίγιστα ὁ ποταμὸς, οὐκ ἐσβαίνει ἐς τὴν χώρην. δοκέουσι δέ μοι Αἰγυπτίων οἱ ἔνερθε τῆς λίμνης τῆς Μύριος, οἰκέοντες τά τε ἄλλα χωρία καὶ τὸ καλεόμενον Δέλτα, ἦν αὐτῶν ἡ χώρη αὕτη κατὰ λόγον ὀπὶ διδοῖ ἐς ὕψος, καὶ τὸ ὅμοιον ἀποδιδοῖ ἐς αὔξησιν, μὴ καταχλύζοντος αὐτὴν τοῦ Νείλου,

Prolixitas quidem, inchoando nauigationem[1] ex Inacho in amplum æquor, consumit quatuor dies remigationis: latitudo vero, vbi sinus amplissimus est, dimidiatum diem nauigationis. In quo sinu quotidie reciprocatio aquarum & vadolum æstuarium est. Porro aliũ huiusmodi arbitror sinum extitisse qui in Ægyptum ferretur, à mari septentrionali Æthiopiam versus tendens: sicut Arabicus (de quo à me sermo institutus est) ab austrino Syriam versus tendit: qui prope inter se suos recessus terminãt, exiguo quodam terræ interuallo diremptí. Quod si in hunc Arabicum sinum Nilus velit alueum suum conuertere, quid prohibebit assidue fluentem, quin intra viginti millia annorum illum oblimet?[2] Ego enim credo, intra decẽ millia annorum qui ante me natũ transierunt, sicubi siccanea facta sunt, nimirum & sinum siccaneum fieri posse, etiam multo quam hic est maiorem, à tanto flumine atq; ita operoso. Itaq; quæ de Ægypto XII
à referentibus audiui, ea & ipse ita habere existimo. quippe quum videam & Ægyptum esse exporrectã à terra contigua, & conchylia existere in mõtibus, ac salsuginẽ exudare, quæ etiã pyramides corrumpat: & solum hunc montem qui in Ægypto imminet Memphi, arenas habere. Præterea regionẽ hanc nulli alteri conterminæ, aut Arabiæ, aut Libyæ, aut Syriæ assimilem esse (etenim Arabiæ maritimã oram Syrii incolunt) sed nigrã terram & [3] fragilem habere, vtpote limo ex alluuionibus ab Æthiopia flumine deuecto. Nã Libyam humũ scimus magis rubram esse, & magis [4] subarenaceã: Arabicam vero atque Syriacam, argillosiorem ac suppetrosam. Quinetiã hoc XIII
magnũ huius regionis documentũ aiebant sacerdotes, sub rege Myri fluuium, quoties octo cubitis, dum minimũ, influebat, irrigasse AEgyptum quæ infra Memphim est. necdum ab obitu Myris nongenti erant anni ad tempus quo hęc ego a sacerdotibus audiebã. At nũc, nisi ad sedecim aut ad quindecim saltẽ cubitos ascendat fluuius, in regionem non trãscendit. Quæ regio, si proportione in altum surgat, & tantundem ad incrementum tendat, non restagnante eam Nilo, videntur mihi AEgyptii vtiq; qui infra paludem Myridis incolunt cum alia loca tum vero eũ qui vocatur Delta,

1 Ab eius recessũ vsque ad latũ mare. *Legendum est enim ex vet. cod.* μυχοῦ, *non* ἰνάχου, *vt legit Valla: nec* μάχου, *vt in vulg. edit. habetur.* 2 *Hic Græca exempl. mendosa esse videntur.* 3 In rimas fissam 4 Subarenaceam *vocat cui arena subest: suppetrosam (vel potius subpetrosam) cui petra subsunt. i. lapides. q. d. petricosam. i. lapidosam. Sic exprimere voluit* ὑποψαμμοτέρην *&* ὑποπετρωδεστέρην.

idem

idem paſſuri omni futuro tẽpore, quod aiebant ipſi paſſuros aliquando Græcos. Nam quum audirent omnem Græcorũ terram pluuia perfundi, nõ fluminibus, vt ſuam, dicebant fore vt decepti aliquãdo magna ſpe, male[1] eſurirent. Qui ſermo hoc dicere vult, Græcos ſi nolit eis deus pluere, ſed ſiccitatem immittat, fame extinctum iri, vtpote quibus nihil aquæ, niſi tantum à Ioue, ſuppetat. Atque hæc quæ ab Ægyptiis in Græcos dicuntur, recte ſe habent: age, nũc viciſſim dicã quomodo res ipſis Ægyptiis ſe habeant. Si, vt ſuperius dicebam, quæ infra Memphim eſt regio, (hæc enim eſt quæ augeſcit) velit in altũ augeſcere proportione præteriti temporis,[2] quid aliud Ægyptios, qui illic incolunt, quam eſurituros? ſi neque guſtare ea quę ab Ioue ſunt, neque à flumine reſtagnari queant rura ipſorum? Iſti nanque ex omnibus hominibus, atque ex omnibus Ægyptiis, maxime illaboratum percipiunt fructum, qui neque proſcindendis aratro ſulcis, neque ſubigendo ſolo, neq; aliud quicquam exercendo eorum quæ in aruis colendis ceteri mortales, laborem tolerant: ſed poſtquam fluuius ſua ſponte ſuperueniens irrigauit rura, irrigataq; reliquit rurſus, tunc in ſuum quiſque rus iacto ſemine ſues immittit, conculcatoque ſuibus ſemine, meſſem deinde expectat: atq; vbi [3]ſuibus ſemẽ verſauerit, ita demum frumentũ percipit. Quod ſi vellem[9] de Ægypto Ionũ vti ſentẽtiis, qui ſolũ Delta Ægyptũ eſſe aiũt, à Perſei ſpecula appellata, dicentes illã ſecundũ mare, ad Peluſiacas vſq; taricheas, quadraginta ſchœnorum eſſe: à mari autem mediterranea verſus, pertingere ad Cercaſorũ vrbem, iuxta quã ſcinditur Nilus in Peluſium fluens & in Canobũ: cetera vero Ægypti, partim eſſe Africæ, partim Arabiæ: oſtẽderemus, hac ratione vtentes, nullam Ægypti primitus fuiſſe regionem. Nã Delta eis (vt ipſi dicunt, & mihi videtur) [4]defluxa humus eſt, & quæ nuper (vt ſic dicam) extitit. Itaque ſi nulla eis terra erat, quid curioſi ſunt, putantes ſe primos homines extitiſſe?[5] qui ne in puerorum quidem experimentum, qui primam linguam proderent, ire debebant. Ego certe Ægyptios opinor neq;

πείσεαθ' ὃν πάντα χρόνον ὃν ὑπίλοιπον Αἰγύπτιοι, τότε αὖτοὶ Ἕλληνας ἔφασαν πείσεαθ'. πιωθαζόμενοι γὰρ ὡς ὕσεται πᾶσα ἡ χώρη τῶν Ἑλλήνων, ἀλλ' οὐ σφι πεταμοῖσι ἀρδεῖ, καταπρὸ ἡ σφετέρη, ἔφασαν Ἕλληνας ψευδεῖς τε καὶ ἐλπίδος μεγάλης, κακῶς πρήσσειν. ὁ δὲ ἔπος τοῦτο ἐθέλει λέγειν, ὡς εἰ μὴ ἐθέλῃσι σφίσι ὕειν ὁ θεός, ἀλλ' αὐχμῷ σφεας χρᾶται, λιμῷ οἱ Ἕλληνες αἱρεθήσονται. ἐγὼ γὰρ δὴ σφι ὅσοι ὕδατος ἐδεμίην δύνῃ ἀποστροφὴν ὅτι μὴ ἐκ τοῦ Διὸς μοῦνον. Καὶ ταῦτα μὲν ἐς Ἕλληνας Αἰγυπτίοισι ὀρθῶς ἔχοντα εἰρήσθω. φέρε δὴ καὶ ὡς αὖτοῖσι Αἰγυπτίοισι ὡς ἔχει φράσω. εἰ σφι ἐθελήσει (ὡς καὶ πρότερον εἶπον) ἡ χώρη ἡ ἔπερθε τῆς Μέμφιος (αὕτη γὰρ ἔστι ἡ αὐξανομένη) καὶ λόγον τοῦ παρεχομένου χρόνου ἐς ὕψος αὐξάνεσθαι, δηλοῖ τι ἢ οἱ τῆς παροικεούσης ταύτης οἰκέοντες Αἰγυπτίων πρηήσιος, εἰ μήτε γένοιτο σφι ἡ χώρη τὰ ἀπὸ Διὸς, μήτε ὁ ποταμὸς οἷός τ' ἔηται ἀρούρας ὑπερβαίνων ἐπικλύζειν; ἔστι δὲ ταῦτα ἐπιτηδεότατα καρπὸν κομίζον. ἐκ δὲ τοῦ τε δηλῶν αὐθρώπων καὶ τῶν ἀπόντων, καὶ τοῦ λοιποῦ Αἰγυπτίων· οἵ γε ἀροσθέντες καὶ ἀπαρήμενοι αὔλακας, ἔχουσι πόρους, ὅτε σκάλλοντες, ὅτε δηλῶ ἐρσὶ ζόλμοισι ὄδεν, τοῦ δηλῶ αὐθρωποι περὶ λήϊον ποιέουσι. ἀλλ' ἐπεὰν σφι ὁ ποταμὸς αὐτόματος ἐπαναβὰς ἀρόσῃ τὰς ἀρούρας, ἀρόσας δέ, ἀπολείσῃ ὀπίσω, τότε σπείρας ἕκαστος τὸν ἑωυτοῦ ἄρουραν, ἐσβάλλει ἐς αὐτὴν ὗς. ἐπεὰν δὲ κατατηθῇ τοῖσι ὑσὶ τὸ σπέρμα, τὸν ἀμητὸν τὸ ἀπὸ τούτου μηδὲν ἀποδεικνύμενος τοῖσι ὑσὶ τὸν σῖτον, ὅτῳ κομίζεται. Εἰ δὲ βουλόμεθα γνώμῃσι τοῖσι Ἰώνων χρᾶσθαι περὶ Αἰγύπτου, οἵ φασι τὸ πρὸς Δέλτα μοῦνον εἶναι Αἰγυπτίων, ἀπὸ Περσέος καλεομένην σκοπιῆς, λέγοντες δὲ παρὰ θάλασσαν εἶναι αὐτὴν, μέχρι Ταριχειῶν τῶν Πηλουσιακῶν, τῇδε τεσσαράκοντα εἰσὶ σχοῖνοι. ὁ δὲ ἀπὸ θαλάσσης λεγόντων ἐς μεσόγαιαν τείνειν αὐτὴν, μέχρι Κερκασώρου πόλιος, καὶ ἣν σχίζηται ὁ Νεῖλος, ἐς τε Πηλούσιον ῥέων καὶ ἐς Κάνωβον, τὰ δὲ ἄλλα λεγόντων τὴν Αἰγύπτου, τὰ μὲν Λιβύης, τὰ δὲ Ἀραβίης εἶναι· ἀποδεικνύοιμεν ἄν, τούτῳ τῷ λόγῳ χρεώμενοι, Αἰγυπτίοισι οὐκ ἐοῦσαν πρότερον χώρην. οὐδὲ γὰρ σφι τὸ γε Δέλτα (ὡς αὐτοὶ λέγουσι Αἰγύπτιοι, καὶ ἐμοὶ δοκέει) ἔστι καταῤῥυτόν τε, καὶ νεωστί, ὡς λόγῳ εἰπεῖν, φανερόν. εἰ τοίνυν σφι χώρη γε μηδεμίη ὑπῆρχε, τί ἂν πρηγμα περιεργάζοντο δοκέοντες πρῶτοι ἀνθρώπων γεγονέναι; οὐδὲν δὲ ἔδει σφέας ἐς δοκίμασιν τοῦ παιδίου ἰέναι, τί ἂν γλῶσσαν πρώτην ἀπύσοιτο. ἀλλ' ὅτι Αἰγυπτίους δοκέω

πυθόμενοι

πυνήσεσθαι

μένην

μένης καὶ

κατατιθεμένοις τοῖσι

τοῖσι

---

1 *Recte legit Valla* πυνήσεσθαι *(vt habent vet. cod.) non* πυνίσσεσθαι. 2 Nonne Ægyptios qui hanc partem incolunt, eſurire neceſſe fuerit, ſi neque Iupiter illorum regioni pluet, neque fluuius in arua illorum tranſcendere poſſit? Nunc enim iſti minore labore quã omnes alii homines, atque adeo quam ceteri Ægyptii, fructum è terra percipiunt: qui neque ſe fatigant proſcindendis aratro ſulcis, neque ſarriendo ſolo, neque aliud q. *Lego autem* ὕσεται *pro* γένοιτο. 3 Suum ope frumentum è ſpicis excuſſerit, tum demum colligit. Quod ſi &c. *Sunt enim qui* σῖτον ἀποδεικνύσθαι *id ſignificare hic putent, vt id loco ſit tritum atque ventilatum.* 4 Humus eſt alluuie fluuii detecta. 5 Nil ſane neceſſe fuit eos in infantibus experiri quam primam vocem emitterent. Ego certe Ægyp. &c. *Huius autem facti memini: libro eodem ſupra.*

ἅμα δὲ Δέλτα τῷ ἐπ' Ἰώνων καλεομένῳ γηγέσθαι, αἰεί τε εἶναι ἐξ οὗ ἀνθρώπων γένος ἐγένετο. προϊούσης δὲ τῆς χώρης, πολλοὺς μὲν τοὺς ἐπολλὰ πολλοὺς αὐτέων γενέσθαι, πολλοὺς δὲ τοὺς ἐπολλὰ καταβαίνοντας. ιζ ἐκαλέοντο. Ὅσοι δὴ ὧν πάλαι οἱ Θηβαῖοι Αἰγυπτίου ἐκαλέοντο· τῆς δὲ περιμέτρου σταδίοισι εἴκοσι καὶ ἑξακισχιλίοισι. Εἰ ὦν ἡμῖν ὀρθῶς περὶ αὐτέων γινώσκομεν, Ἰώνων οὐκ ἀν φρονίοισι περὶ Αἰγύπτου· εἰ γὰρ ὀρθή ἐστι ἡ τῶν Ἰώνων γνώμη, Ἑλλήνας τε καὶ αὐτοὺς Ἴωνας ἀποδείκνυμι οὐκ ἐπισταμένους λογίζεσθαι· οἵ φασι τρία μέρεα εἶναι τὴν γῆν πᾶσαν, Εὐρώπην τε καὶ Ἀσίην καὶ Λιβύην. τεταρτον γὰρ δὴ σφέας χρεὸν λογίζεσθαι Αἰγύπτου τὸ Δέλτα, εἰ μήτε γε ἐστὶ τῆς Ἀσίης, μήτε τῆς Λιβύης. διὰ γὰρ δὴ ὁ Νεῖλός γε ἐστὶ κατὰ τοῦτο τὸ λέγων, ὁ τὴν Ἀσίην διείζων τῇ Λιβύῃ. τὸ Δέλτα ἐστὶ τούτου κατὰ τὸ ὀξὺ τοῦ ῥεύματος ὁ Νεῖλος· ὥστε ἐν τῷ μεταξὺ Ἀσίης τε καὶ Λιβύης γίνοιτ' ἄν. Καὶ τὸ μὲν Ἰώνων γνώμῃ ἀπίεμεν· ἡμῖν δὲ ὧδε καὶ περὶ τούτων λεκτέον. Αἴγυπτον μὲν πᾶσαν εἶναι τὴν ἐπ' Αἰγυπτίων οἰκεομένην, καταπερ Κιλικίην, τὴν ὑπὸ Κιλίκων, καὶ Ἀσσυρίην, τὴν ἐπὶ Ἀσσυρίων. ἔτι σμὰ δὲ Ἀσίης καὶ Λιβύης εἶδε μὲν οὐδὲν ἐὸν ὀρθῷ λόγῳ, εἰ μὴ τὸν Αἰγυπτίων ὅρους. εἰ δὲ τῷ ὑπ' Ἑλλήνων νενομισμένῳ χρησόμεθα, νομιοῦμεν Αἴγυπτον πᾶσαν, ἀρξαμένην ἀπὸ Καταδούπων τε καὶ Ἐλεφαντίνης πόλιος, δίχα διαιρέεσθαι, καὶ ἀμφοτέρων τὰ ἐπωνυμίαι ἔχεσθαι· τὰ μὲν γὰρ αὐτῆς, εἶναι τῆς Λιβύης· τὰ δὲ, τῆς Ἀσίης. ὁ γὰρ δὴ Νεῖλος ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν Καταδούπων, ῥέει, μέσην Αἴγυπτον χίζων, ἐς θάλασσαν. μέχρι μὲν νυν Κερκασώρου πόλιος ῥέει εἷς ἐὼν ὁ Νεῖλος· ἔνθεν δὲ ἀπὸ ταύτης τῆς πόλιος, χίζεται τριφασίας ὁδούς· καὶ ἡ μὲν πρὸς ἠῶ ῥέπει, καλέεται Πηλούσιον στόμα· ἡ δὲ ἑτέρη τῶν ὁδῶν πρὸς ἑσπέρην ἔχει. τοῦτο δὲ Κανωβικὸν στόμα κέκληται. ἡ δὲ δὴ ἰθέα τῶν ὁδῶν ἐπὶ Νείλου ἔρχεται ἐς ἥδε· αὖθις φερόμενος, ἐς ὀξὺ τῆς Δέλτα ἀπικνέεται. ἔνθεν δὲ ἀπὸ τούτου, χίζων μέσον τὸ Δέλτα ἐς θάλασσαν ἐξίει, οὔτε ἐλαχίστην μοίρην τοῦ ὕδατος παρεχόμενος ταύτῃ, οὔτε ἥκιστα ὀνομαστόν. Ὃ καλέεται Σεβεννυτικὸν στόμα. ἔστι δὲ καὶ ἕτερα δίφασια στόματα ἀπὸ τοῦ Σεβεννυτικοῦ ἀποφαδίδα, φέοντα ἐς θάλασσαν, τοῖσι ὀνόματα κέεται τάδε· τῷ μὲν, Σαϊτικὸν αὐτέων, τῷ δὲ, Μενδήσιον. Τὸ δὲ Βολβίτινον στόμα καὶ τὸ Βουκολικὸν οὐκ ἰθαγενέα στόματά ἐστι, ἀλλ' ὀρυκτά. Μαρτυρέει δέ μοι τῇ γνώμῃ ὅτι τοσαύτη ἐστὶ Αἴγυπτος, ὅσην ἐγὼ ἀποδείκνυμι τῷ λόγῳ, καὶ τὸ Ἄμμωνος χρηστήριον γενόμενον· τὸ ἐγὼ τῆσι ἐμεωυτοῦ γνώμῃσι ὕστερον περὶ Αἰγύπτου

cum loco quem Delta Iones vocant, pariter extitisse, sed semper fuisse ex quo genus humanum extitit,[1] progressuque terræ multos ex eis reliquos fuisse, multos aliunde subingressos. Ideoque olim Thebæ Ægyptus vocabatur, cuius ambitus est stadiorum sex milliũ ac centum viginti. Itaq; si nos de eis recte sentimus, Iones nõ recte sentiunt de Ægypto: sin recte Iones sentiunt, ostendo neque Græcos neque Iones scienter comparare: qui aiunt tria membra totam esse terram, Europam, Asiam, Africam. quartum enim membrum annumerare debent Delta Ægypti, si non sit neque Asiæ, neque Africæ. Nam secundum hanc rationem non est Nilus qui Asiam ab Africa disterminat: qui quum [2]diuortia faciat circa acumen Deltæ, id quod in medio est, Asiæ & Africæ esset. Sed nos Ionum sententiam missam facientes, ita de his dicimus: Ægyptũ quidem, eam omnem esse quæ ab Ægyptiis incolitur: quemadmodũ Ciliciam, eam quæ à Cilicibus, & Assyriam, quæ ab Assyriis. Sed Asiæ & Africæ scimus recta ratione nullum esse terminum, nisi terminos Ægyptiorũ. Si vero quod Græcis persuasum est sequemur, sentiemus omnẽ Ægyptum quæ à Catadupis & Elephantina vrbe incipit, bifariã diuidi, & vtrunq; cognomen obtinere. aliã enim eius partẽ, esse Africæ, aliam Asiæ. Quippe Nilus à Catadupis incipiens, mediam interfluens Ægyptum in mare influit: vno quidem alueo vsque ad Cercasorum vrbem, inde autem tripartito. Et alueus quidem ad auroram vergens, Pelusium ostium: alter ad vesperam tendens, Canobicum ostium nominatur. Tertius, quo rectà Nilus meat, talis est: Delatus per superiora, ad acumẽ Deltę peruenit, dehinc medium Delta scindens, in mare exit: non minimam huic alueo portionem aquæ præbens, nec minime celebrem, quod Sebennyticum ostiũ appellatur. A Sebennytico itẽ duo alia diuiduntur ostia, in mare ferentia, quibus hæc sunt imposita nomina, vni Saiticũ, alteri Mendesium. Nam quæ Bolbitinũ & Bucolicũ nominantur, non sunt natiua ostia, sed effossa. Huic meæ opinioni, tantam esse Ægyptum quantam ratione demonstraui, testimonium etiam dat oraculum quod ab Hammone est redditum: quod ego posterius quàm ita in animum induxeram, circa Ægyptum

XVI

XVII

XVIII

1 Terraque *fluuii decursu* accrescente multos ex eis remansisse, multos item in inferiorem regionem descendisse. 2 *Plinius scissuram vocat.*

audiui.

audiui. Nam qui ſunt ex vrbe Marea & Apia, incolentes Ægypti fines Libyam verſus, quod ſibi Libyes non Ægyptii viderentur, quodque peroſi ſacrorũ ceremonias, nollent bobus feminis prohiberi, miſerunt ad Hammonẽ, negantes quicquã cum Ægyptiis ſibi eſſe cõmune. Habitare enim ſe extra Delta,[1] nullumq; ſibi cũ illis linguæ eſſe commercium, ac velle ſibi fas eſſe omnia guſtare. Hæc eos deus facere nõ permiſit, inquiens Ægyptũ eſſe eam quã Nilus ſupergreſſus irrigaret: quiq; infra vrbem Elephantinam incolentes, ex hoc flumine potarent, eos eſſe Ægyptios. Hæc illis ita
XIX oraculo reſpõſa ſunt. ¶ PORRO NILVS, vbi inflatus eſt, nõ modo Delta inundat, verumetiã plagã quæ dicitur Libyca eſſe, aliquoties & Arabicam: idq; vtroque verſus duorum dierum itinere, & amplius eo vel minus. De cuius fluminis
XVII natura neq; à ſacerdotibus quippiã, neque ab alio vllo percipere potui: quum promptiſſimo forem animo ad hæc ab illis audienda, cur Nilus aquis inflatus labatur, inchoans ab æſtiuo ſolſtitio, ad centum vſque dies, & prope totidem diebus retrocedat, relinquens fluenta: ita vt per omnẽ hyemem tenuis eſſe perſeueret ad ſolſtitiũ rurſus æſtiuũ. De his nihil omnino potui percipere ab Ægyptiis ſciſcitando, num aliquam vim Nilus haberet natura diuerſam ceteris fluuiis. Hæc ego noſcendi cupidus, eos interrogabam, & cur ſolus omnium a-
XX mniũ nullas ex ſe auras remitteret. De qua tamen aqua quidã Græcorum, quũ inſignes vellent effici ſapientia, trifariam differuerunt. quarum opinionum duas ne mẽtione quidem dignas exiſtimo, niſi eatenus vt illas tantũ ſignificẽ. Earũ vna ait, ventos eteſias eſſe in cauſſa cur Nilus infletur, prohibentes eum effluere in mare. Atqui nonnunquam eteſiæ nondũ ſpirauerunt quum Nilus id agit. Ad hæc, ſi eteſiæ in cauſſa forent, oporteret alia quoque flumina quęcunque eteſiis obnoxia ſunt, idem quod Nilus pati: & eo magis quo tenuiora ſunt, minores gurgites exhibentia. Sunt autẽ multa in Syria, multa in Africa flumina, quæ nihil tale patiuntur quale patitur
XXI Nilus. Altera opinio eſt[2] incredibilior quidem quam hæc quæ dicta eſt, dictu tamen admirabilior, quæ ait illum, quod ab Oceano fluat, iſtud efficere: ipſum vero Oceanum orbem terrarum
XXII circumfluere. Tertia opinio, vt multo

reuersus excogitabat quo pacto Adraſtus ipſe demigraret. Quod vbi excogitaſſe ſibi viſus eſt, miſit ad Bœotias Thebas nunciatum, velle ſe [1] afferre Sicyonem Melanippum Aſtaci filium. Eumque tribuentibus Thebanis, in vrbem intulit: atque ei fanum in ipſa curia deſignatum exædificauit munitiſſimo in loco, in quem intulit Melanippum. [2] Quod factum deberet exiſtimari inimiciſſimum Adraſto, quod & Meciſtem fratrem eius & Tydeum generum Melanippus interfeciſſet. Cliſthenes vbi fanum extruxit, hoſtias & dies feſtos Melanippo dedit ab Adraſto ereptos, quibus illum Sicyonii magno cum honore proſequi conſueuerant. Etenim regio Polybi fuerat, qui, quum ſine liberis decederet, imperium Adraſto legauit nepoti ſuo ex filia. eum igitur Sicyonii cum aliis honoribus proſequebantur, tum vero [3] tragicis choris, ita vt non Dionyſum, ſed Adraſtum venerarentur. at Cliſthenes choros quidem Libero, ceteras vero ceremonias Melanippo dicauit. Hæc ille in Adraſtum

LXVIII egit. Tribus autem Dorienſium ne forent eædem Sicyoniis quæ Argiuis, in alia nomina commutauit: ex quibus Sicyonios plurimum ridiculos reddidit. quippe hyos & onou, *id eſt, ſuis & aſini*, [4] vltima nomina pro priſtinis impoſuit, præterquam tribui ſuæ, cui à ſua arche, *id eſt, à ſuo imperio*, nomen indidit. itaq; hi tribules Archelai vocabantur: ceterorũ autẽ alii, Hyatæ, *id eſt, ſuales*: alii, Oneatæ, *id eſt, aſinales*: alii, Chœreatę. *id eſt, porcales*. Histribuum nominibus Sicyonii, & Cliſthene imperante, & eo defuncto, ad ſexaginta annos vſi ſunt, quę poſtea [5] inter ſe reputantes, in alia tranſtulerunt, Hylleas, Pãphylos, Dymanates: quartæ tribui quã adiecerunt, impoſito cognomine Ægiales, ab Ægialo Adraſti filio.

LXIX Hæc Sicyonius Cliſthenes: [6] & ipſe (vt mihi videtur) præ contemptu Ionũ, ne forent eædẽ ipſis & Ionibus tribus, Cliſthenem ſibi cognominem imitatus eſt. Quum enim populus Athenienſis fuiſſet antea exagitatus, poſteaquam omnium autoritatem ad ſuam vnius redegit, tum tribuum nomina cenſuit immutanda, & plures ex paucioribus faciendas, decem pro quatuor, & totidẽ phylarchos, *id eſt, tribuũ præfectos*. Ita populo in tribus diſtributo atq; cõpoſito, erat

ἀπελθὼν ὀπίσω, ἐβουλεύετο μηχανὴν τὴν αὐτὸς ὁ Ἄδρηστος ἀπαλλάξεται. ὡς δέ οἱ ὀξυρηχὴς ἐδόκεε, πέμψας ἐς Θήβας τὰς Βοιωτίας, ἔφη ἑλεῖν ἐπαγωγὴν Μελάνιππον τὸν Ἀστακοῦ· οἱ δὲ Θηβαῖοι ἔδοσαν. ἐπαγαγόμενος δὲ ὁ Κλεισθένης τὸν Μελάνιππον, τέμενός οἱ ἀπέδειξε ἐν αὐτῷ τῷ πρυτανηίῳ, καὶ μνήμην ἵδρυσε ἐνθαῦτα ἐν τῷ ἰσχυροτάτῳ. ἐπηγάγετο δὲ τὸν Μελάνιππον ὁ Κλεισθένης (ἦν γὰρ τοῦτο δεσποσύνης) ὡς ἐχθιστον ἐόντα Ἀδρήστῳ· ὃς τόν τε ἀδελφεὸν οἱ Μηκιστέα ἀπέκτεινε, καὶ τὸν γαμβρὸν Τυδέα. ἐπεί τε δέ οἱ ὁ τέμενος ἀπέδεξε, θυσίας τε καὶ ὁρτὰς Ἀδρήστου ἀπελόμενος, ἔδωκε τῷ Μελανίππῳ. οἱ δὲ Σικυώνιοι ἐώθασι μεγαλωστὶ καρτερὴν τιμὴν τὸν Ἄδρηστον. ἦν γὰρ χώρη ἐὼν αὐτη Πολύβου· ὁ δὲ Ἄδρηστος ἦν Πολύβου θυγατριδέος· ἄπαις δὲ Πόλυβος τελευτᾷ δοὺς Ἀδρήστῳ τὴν ἀρχήν. τά τε δὴ ἄλλα οἱ Σικυώνιοι ἐτίμων τὸν Ἄδρηστον, καὶ δὴ καὶ χοροῖς, τὰ πάθεα αὐτοῦ μᾶλλον χηίοισι χορηίοισι ἐγέραιρον· τὸν μὲν Διόνυσον οὐ τιμέοντες, τὸν δὲ Ἄδρηστον. Κλεισθένης δὲ χορὸς μὲν τῷ Διονύσῳ ἀπέδωκε, τὰ δὲ ἄλλα θυσίαι τῷ Μελανίππῳ. ταῦτα μὲν ἐς Ἄδρηστον οἱ ἐπεποίητο· Φυλὰς δὲ τὰς Δωριέων, ἵνα δὴ μὴ αἱ αὐταὶ ἔωσι τοῖσι Σικυωνίοισι καὶ τοῖσι Ἀργείοισι, μετέβαλε ἐς ἄλλα ὀνόματα. ἔνθα καὶ πλεῖστον κατεγέλασε τῶν Σικυωνίων. ὀνοὺς γὰρ καὶ ὗς τε καὶ ὄνους τὰς ἐπωνυμίας μεταθεὶς, αὐτὰ τὰ τελευταῖα ἐπέθηκε, πλὴν τῆς ἑωυτοῦ φυλῆς. ταύτην δὲ τὴν ἀπὸ τοῦ ἑωυτοῦ ἀρχῆς ἔθετο. ἕτοι μὲν δὴ Ἀρχέλαοι ἐκαλέοντο· ἕτεροι δέ, Ὑᾶται· ἄλλοι δέ, Ὀνεᾶται· ἕτεροι δέ, Χοιρεᾶται. τούτοισι τοῖσι ὀνόμασι τῶν Φυλέων ἐχρέωντο οἱ Σικυώνιοι, καὶ ὅτι Κλεισθένεος ἄρχοντος, καὶ ἐκείου τεθνεῶτος, ἔπι ἐπ' ἔτεα ἑξήκοντα. μετέπεσε μέντοι λόγῳ σφίσι δόντες, μετέβαλον ἐς τὰς Ὑλλέας καὶ Παμφύλους καὶ Δυμανάτας· τετάρτης δὲ αὐτοῖσι προσέθεντο ὅτι τὸν Ἄδρηστου παῖδος Αἰγιαλέος, τὸν ἐπωνυμίην ποιεύμενοι κεκλῆσθαι Αἰγιαλέας. Ταῦτα μὲν νυν ὁ Σικυώνιος Κλεισθένης ἐπεποιήκεε. ὁ δὲ δὴ Ἀθηναῖος Κλεισθένης, ἐὼν τὸν Σικυωνίου τοῦ θυγατριδέος, καὶ τὸ οὔνομα ὅτι τούτου ἔχων, δοκέω ἐμοὶ, καὶ ὅτι ὑπεριδὼν Ἴωνας, ἵνα μὴ σφίσι αἱ αὐταὶ ἔωσι Φυλαὶ καὶ Ἴωσι, τὸν ὁμώνυμον Κλεισθένεα ἐμιμήσατο. ὡς γὰρ δὴ τὸν Ἀθηναίων δῆμον προεστεῶτα ἀπωσμένον, τότε πρώτων ποιέεται τὸν ἑωυτοῦ μοίρῃ προσηγήσατο. τὰς Φυλὰς μετωνόμασε, καὶ ἐποίησε πλείους ἐξ ἑλαττόνων. δέκα τε δὴ Φυλάρχους ἀντὶ τεσσέρων ἐποίησε, δέκα δὲ καὶ τοὺς δήμους κατένειμε ἐς τὰς Φυλάς. ἦν τε δὴ δῆμον προσθέμενος

1 Reducere. *Sic inſeq.* 2 Reduxit autem Melanippum Cliſthenes (hoc enim narrandum eſt) vt Adraſto inimiciſſimum, quod & Meciſt. 3 Eius infortunia choris tragicis decorabant. 4 Cognomina enim eorum mutans in alia quibus ὗς & ὄνου, *id eſt, ſuis & aſini*, appellationes præfixæ eſſent, vltimas ſyllabas addebat. 5 Quum apud ſe expendiſſent. 6 *Poſt* Cliſthenes, *adde*, fecerat. Athenienſis autem Cliſthenes, quum huius Sicyonii eſſet ex filia nepos, & ab eo nomen haberet, &c.

πολλῷ κατύπερθε τῶν αἰτησασιωτέων. Ἐν τῷ μέρει δὲ ἑκατέρῳ ὁ Ἰσαγόρης αἰτητὸν ἐποιήσατο τάδε· ἐπικαλέεται Κλεομένεα ὃν Λακεδαιμόνιον, ξεῖνον ἑωυτῷ ἐκ τῆς Πεισιστρατιδέων πολιορκίης. ὃν δὴ Κλεομένεα εἶχε αἰτίη φοιτᾶν παρὰ τὴν Ἰσαγόρεω τὴν γυναῖκα. τὰ μὲν δὴ πρῶτα πέμψας ὁ Κλεομένης ἐς τὰς Ἀθήνας κήρυκα, ἐξέβαλε Κλεισθένεα, καὶ μετ' αὐτὸν ἄλλους πολλοὺς Ἀθηναίων, τοὺς ἐναγέας ἐπίλεγον. ταῦτα δὲ πέμψας, ἔλεγε ἐκ διδαχῆς τῆς Ἰσαγόρεω. οἱ μὲν γὰρ Ἀλκμεωνίδαι καὶ οἱ συγγασιῶται αὐτέων εἶχον αἰτίην τοῦ φόνου τούτου· αὐτὸς δὲ οὐ μετεῖχε, οὐδὲ οἱ φίλοι αὐτοῦ. Οἱ δὲ ἐναγέες Ἀθηναίων ὧδε ὠνομάσθησαν· ἦν Κύλων τῶν Ἀθηναίων ἀνὴρ Ὀλυμπιονίκης· οὗτος ἐπὶ τυραννίδι ἐκόμησε· πρόσφορον δὲ ἑταιρηίην τῶν ἡλικιωτέων, καὶ παραλαβεῖν τὴν ἀκρόπολιν ἐπειρήθη· οὐ δυνάμενος δὲ ἐπικρατῆσαι, ἱκέτης ἵζετο πρὸς τὸ ἄγαλμα. τούτους ἀναστήσασι μὲν οἱ πρυτάνιες τῶν Ναυκραρέων, οἵπερ ἔνεμον τότε τὰς Ἀθήνας ἐπεξελθόντες, πλὴν θανάτου. φονεῦσαι δὲ αὐτοὺς αἰτίη ἔσχε Ἀλκμεωνίδας. ταῦτα μὲν τῆς Πεισιστρατείου ἡλικίης ἐγένετο. Κλεομένης δὲ ὡς πέμψας ἐξέβαλε Κλεισθένεα καὶ τοὺς ἐναγέας, Κλεισθένης μὲν αὐτὸς ἐπεξέρχε· μετὰ δὲ, σχεδὸν ἥκοντι παρὰ τὸν ἐς τὰς Ἀθήνας ὁ Κλεομένης, οὐ σὺν μεγάλῃ χειρί. ἀπικόμενος δὲ ἀγηλατέει ἑπτακόσια ἐπίσια Ἀθηναίων, τὰ οἱ ἐπέστελλε ὁ Ἰσαγόρης. ταῦτα δὲ ποιήσας, δεύτερα τὴν βουλὴν καταλύειν ἐπειρᾶτο. τριηκοσίοισι δὲ τοῖσι Ἰσαγόρεω φασιώτῃσι τὰς ἀρχὰς ἐνεχείριζε. ἀντιφερομένης δὲ τῆς βουλῆς, καὶ οὐ βουλομένης πείθεσθαι, ὅ, τε Κλεομένης καὶ ὁ Ἰσαγόρης καὶ οἱ φασιῶται αὐτὴν καταλαμβάνουσι τὴν ἀκρόπολιν. Ἀθηναίων δὲ οἱ λοιποὶ τὰ αὐτὰ φρονήσαντες, ἐπολιόρκεον αὐτοὺς ἡμέρας δύο. τῇ δὲ τρίτῃ ἐπιόντες ἐκποδὼν ἐξέρχοντας ἐκ τῆς χώρης ὅσοι ἦσαν αὐτέων Λακεδαιμόνιοι. ἐπετελέετο δὲ τὰ Κλεομένεϊ ἡ φήμη. ὡς γὰρ ἐσέβη ἐς τὴν ἀκρόπολιν, μέλλων ἥδη αὐτὴν καταστρέφεσθαι, ἦιε ἐς τὸ ἄδυτον τῆς θεοῦ, ὡς προσερέων. ἡ δὲ ἱρείη ἐξαναστᾶσα ἐκ τοῦ θρόνου, πρὶν ἢ τὰς θύρας αὐτοῦ ἀνεῳχθῆναι, εἶπε, Ὦ ξεῖνε Λακεδαιμόνιε, πάλιν χώρει, μηδ' ἔσιθ' ἐς τόδε ἱρόν. οὐ γὰρ θεμιτόν Δωριεῦσι παρίεναι ἐνθαῦτα. ὁ δ' εἶπε, Ὦ γύναι, ἀλλ' οὐ Δωριεύς εἰμι, ἀλλ' Ἀχαιός. ὁ μὲν δὴ τῇ κληδόνι οὐδὲν χρεώμενος, ἐπεχείρεε

multo superior iis qui erant contrarię factionis. [1] Superatus in partibus Isagoras, LXX hoc inuicē excogitauit, vt Cleomenem Lacedæmoniū aduocaret, iam inde ab obsidione Pisistratidarum sibi hospitē factum: qui quidē culpabatur quod ad vxorem Isagoræ ventitaret. is missō primum Athenas caduceatore, Clisthenē eiecit, & cum eo alios complures Athenienses, eos enageas vocans, *q. d. piaculares*, videlicet admonitu Isagoræ hæc dicens. nam Isagoras atque amici eius nō erant affines cædis cuius insimulabantur [2] Alcmæonidæ, & qui Athenienſium erant enagees, ita nominabantur, LXXI *qui piaculo obstricti erant*. Cylon quidam Athenienſis vir olympionices, affectatę tyrannidis cōpertus est. Simulato nanque æqualium sodalitio arcem occupare conatus est. Id quum efficere non potuisset, assedit simulacro dei supplex, ipse ac socii. hos illinc submouerunt quidem magistratus Naucratiorū, qui tunc Athenas incolebant, data fide puniendi eos citra mortem: sed culpa horum mox interfectorum fuit penes Alcmæonidas. Hæc ante Pisistrati ætatem gesta sunt. Vbi autem Cleomenes per LXXII nuncium eiecit Clisthenem atque piaculares, quamuis Clisthenes ipse profugisset, nihilo secius Athenas venit, nō magna cum manu, atque illinc septingentas familias *militares* Athenienſium, tanquam piaculo contaminatas, relegauit, quas ei suggerebat Isagoras. Hoc acto conabatur secundo loco senatum dissoluere, & magistratus trecentis Isagoræ militibus mandare: verum reluctante senatu, atque obtemperare nolente, Cleomenes Isagorasque cum suæ factionis hominibus arcem occuparūt. quos ceteri Athenienses cum senatu sentientes, biduo obsederunt: tertio die quicunque Lacedæmonii ibi erant, accepta fide, regione discesserunt, [3] rato effecto quod Cleomeni dictū est. nam ei ad occupandam arcem ascendenti, & ad dei penetrale consulendi gratia eunti, exurgens è sella sacerdos, antequam ille valuas reseraret, Lacedæmonie, inquit, hospes, retro redeas, neve templum introeas. non enim Doribus huc introire fas est. Cui Cleomenes, Ego, inquit, mulier, Dores non sum, sed Achæus. Itaque admonitu vti nolens,

1 Superatus autem vicissim Isagoras, hoc contra excogit. 2 Alcmæonidæ enim & qui earundem partium erant, cædis huius inuidiam sustinebant, at ipse *Isagoras* nequaquam, nec eius amici. Enagees autem inter Athenienses ita nominati fuerunt.
3 Omine Cleomeni raro effecto. *Id est, Raro effecto eo quod omine portendebatur Cleomeni. vel, Exitu omen approbante Cleomeni. Quod autem hic φήμην, statim post, κληδόνα vocat, quod Valla interpret.* admonitum.

atque

atque in conatu pergens, tunc quoque iterum à proposito cum Lacedæmoniis decidit. Ceteros autem ad necem vinxere Athenienses,& in iis Timesitheum fratrē eius, cuius manualia opera atq; strenuitatē maximam referre possem. Atque hi quidem in vincula coniecti
LXXIII mortem oppetiere. Athenienses autem post hæc reuocatis cum Clisthene septingentis *militum* familiis, quas Cleomenes exegerat, Sardis mittunt ad contrahendam cum Persis societatē. Intelligebant enim sibi cum Cleomene atque Lacedæmoniis esse bellandum. Vt Sardis venere nuncii, mandataque exposuere, percontatus est eos Artaphernes Hystaspis filius, Sardiū prætor, quinam homines essent Athenienses,& vbi terram incolentes, qui socii Persarum fieri orarent. Vbi id ex nunciis audiuit, ita eis ingenue respondit, Si regi Dario terram darent & aquam, se contracturum cum eis societatē: sinminus, illos abscedere præcepit. Nuncii inter se colloquuti, quod societatem facere cuperent, daturos se esse dixerunt. quo nomine, vbi reuersi sunt domum, vehe-
LXXIV menter accusati sunt. Cleomenes, intelligens ab Athenien sibus se & verbis & factis lædi, ex omni Peloponneso copias coegit, dissimulans quem ad finem, quum haberet in animo tum populum Athenien sem vlcisci, tum Isagorā constituere tyrannum, qui vna cum eo ex arce decesserat. Comparato exercitu ingenti, ipse Eleusina inuasit,& ex composito Bœotii OEnoem occuparunt & Hysias, vltimos Atticę populos: & ab altera parte Chalcidenses oræ Atticæ loca populabantur. Athenienses etsi ancipiti bello districti, Bœotiorū & Chalcidensium vltione dilata, arma contra Peloponnenses in Eleusine agentes ferūt.
LXXV Dumque ambo exercitus conserturi prœlium essent, Corinthii, primi omnium secum reputantes iniuste à se agi, [1] auerterunt se, atq; abscesserunt. Secundum hos idem fecit Demaratus Aristonis filius, qui & ipse erat rex Spartiatarum, & è Lacedæmone copias contraxerat, nec à Cleomene superiori tēpore dissenserat. Ob quam regum dissensionem lex apud Spartam lata est, non licere vtrique regi cum exercitu prodire. (nam prius prodibant) & his seiunctis, alterum quoque è Tyndaridis relinqui: qui & isti antehac ab eis euocati, exercitū ambo comitabātur. Porro tūc

ἐπιχειρησέ τε, καὶ τότε πάλιν ἀξέπιτος ἐγένετο μετὰ τῶν Λακεδαιμονίων. τοὺς δὲ ἄλλους Ἀθηναίους κατεδίωσαν τῇ ὀπισθοφυλακίῃ· ἐν δὲ αὐτοῖσι, καὶ Τιμησίθεον ὄντα ἀδελφεόν, τῶν ἔργα χειρῶν τε καὶ λήμματος ἔχοιμι ἂν μέγιστα καταλέξαι. ὅτοι μὲν νυν δεδεμένοι ἐτελεύτησαν. 198
Ἀθηναῖοι δὲ μετὰ ταῦτα Κλισθένεα καὶ τὰ ἑπτακόσια ὀπίσια τὰ διωχθέντα ὑπὸ Κλεομένεος μετεπεμψάμενοι, πέμποισι ἀγγέλους ἐς Σάρδις, συμμαχίην βουλόμενοι ποιήσασθαι τοῖσι Πέρσῃσι. πυθόμενοι δὲ ταῦτα σφι τοῖσι Λακεδαιμονίοισι τε καὶ Κλεομένεα ἐκπεπολεμῶσθαι. ἀπικομένων δὲ τῶν ἀγγέλων ἐς Σάρδις, καὶ λεγόντων τὰ ἐντεταλμένα, Ἀρταφέρνης ὁ Ὑστάσπεος, Σαρδίων ὕπαρχος, ἐπηρώτα τίνες ἐόντες ἄνθρωποι, καὶ ποῦ γῆς οἰκεόμενοι, δεοίατο Περσέων σύμμαχοι γενέσθαι. πυθόμενος δὲ τοῖσι τῶν ἀγγέλων, ἀπεκρύψατο σφι τάδε· εἰ μὲν δίδοσι βασιλεῖ Δαρείῳ Ἀθηναῖοι γῆν τε καὶ ὕδωρ, ὁ δὲ συμμαχίην σφι συνετίθετο· εἰ δὲ μὴ δίδοσι, ἀπαλλάσσεσθαι ἐκέλευε. οἱ δὲ ἄγγελοι βουλευσάμενοι περὶ σφέων αὐτέων ἔφασαν, βουλόμενοι τὴν συμμαχίην ποιήσασθαι. ὅτοι μὲν δὴ ἀπελθόντες ἐς τὰ ἑωυτῶν, αἰτίας μεγάλας ἔσχον. Κλεομένης δὲ ὀπισάμενος θείῃ εὐβουλίῃ ἔπεσι καὶ ἔργοισι τοῖσι Ἀθηναίων, συνέλεγε πάσης Πελοποννήσου στρατόν, οὐ φράζων ἐς ὃ συλλέγει· πᾶσαν δὲ τήν τε ἐπέλασιν ὃν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, καὶ Ἰσαγόρεα βουλόμενος τύραννον κατάσησαι. συνεξῆλθε γὰρ οἱ οὗτος σὺν τῷ ἀκροπόλιος. Κλεομένης τε δὴ στόλῳ μεγάλῳ ἐσέβαλε ἐς τὴν Ἐλευσῖνα, καὶ οἱ Βοιωτοὶ ἀπὸ συνθήματος Οἰνόην μὲν τὴν αἱρέουσι, καὶ Ὑσίας, δήμους τοὺς ἐσχάτους τῆς Ἀττικῆς. Χαλκιδέες τε ὀπὶ τὰ ἕτερα ἐσίνοντο, ὀπιόντες χώρους τῆς Ἀττικῆς. Ἀθηναῖοι δέ, καὶ πρὸ ἀμφιβολίης ἐόντες, Βοιωτῶν μὲν καὶ Χαλκιδέων ἐσύστερον ἔμελλον μνήμην ποιήσασθαι, Πελοποννησίοισι δὲ ἔδοσι τὸ Ἐλευσῖνι αἰτίην ἔθεντο τὰ ὅπλα. Μελλόντων δὲ συνάπτειν τὰ στρατόπεδα ἐς μάχην, Κορίνθιοι μὲν πρῶτα σφι αὐτοῖσι δόντες λόγον ὡς οὐ ποιοῖεν τὰ δίκαια, μετέβαλόν τε καὶ ἀπῆλασσαν τὸ μή, Δημάρητος ὁ Ἀρίστωνος, ἐὼν καὶ οὗτος βασιλεὺς Σπαρτιητέων, καὶ συνεξαγαγών τε τὸ στρατὸν οὐκ Λακεδαίμονος, καὶ οὐκ ἐὼν ὀλίγῳ τι τῷ πρόσθεν χείνῳ Κλεομένεϊ. ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς διαφορῆς, ἐτέθη νόμος ὑπὸ Σπαρτιητέων, μὴ ἄξεινα ἕπεσθαι ἀμφοτέρους τοὺς βασιλέας, ἄξιούσης τῆς στρατιῆς. τέως μὲν ἀμφότεροι εἵποντο. τὸν δὲ ἕτερον τούτων τὸν ἑτέρου, καταλείποντας καὶ τὸν Τυνδαρείδεων τὸ ἕτερον. τότε δὲ δὴ καὶ ὅτοι ἀμφότεροι, ὀπίσω ἐόντες σφι, εἵποντο. τότε δὴ

1 Sententiam mutauerunt.

ἐν τῇ Ἐλευσῖνι ὁρέωντες οἱ λοιποὶ τῶν συμμάχων τάς τε βασιλῆας τῶν Λακεδαιμονίων οὐκ ὁμολογέοντας, καὶ Κορινθίους ἐκλιπόντας τὴν τάξιν, οἴχοντο καὶ αὐτοὶ ἀπαλλασσόμενοι. Τέταρτον δὴ τοῦτο ἐπὶ τὸν Ἀττικὸν ἀπικόμενοι Δωριέες, δίς τε ἐπὶ πολέμῳ ἐσβαλόντες, καὶ δὶς ἐπ' ἀγαθῷ τοῦ πλήθεος τῶν Ἀθηναίων. πρῶτον μὲν, ὅτε καὶ Μέγαρα κατοίκισαν, τοῦτο ὃ στόλος ἐπὶ Κόδρου βασιλεύοντος Ἀθηναίων, ὀρθῶς μὲν καλέοιτο· δεύτερον δὲ ἐν τείτου, ὅτε ἐπὶ Πεισιστρατιδέων ἐξέλασιν ὁρμηθέντες, ἐκ Σπάρτης ἀπίκοντο· τέταρτον δὲ τότε, ὅτε ἐς Ἐλευσῖνα Κλεομένης ἄγων Πελοποννησίους ἐσέβαλε. οὕτω τέταρτον τότε Δωριέες ἐσέβαλον ἐς Ἀθήνας. Διαλυθέντος δὲ τοῦ στόλου τούτου ἀκλεῶς, ἐνθαῦτα Ἀθηναῖοι πίνυσθαι βουλόμενοι, πρῶτα μὲν ἐπετίμων ποιεῦνται ὅτι Χαλκιδέας. Βοιωτοὶ δὲ τοῖσι Χαλκιδεῦσι βοηθέουσι ὅτι ὄν Εὔριπον. Ἀθηναίοισι δὲ ἰδόντι τὰς Βοιωτὰς, ἔδοξε πρότερον τοῖσι Βοιωτοῖσι ἢ τοῖσι Χαλκιδεῦσι ὅτι χειρέφν. συμβάλλοισί τε δὴ τοῖσι Βοιωτοῖσι οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ πολλῷ ἐκράτησαν· κρατέοντες δὲ πολλοὺς φονεύσαντες, ἑπτακοσίους αὐτέων ἐζώγρησαν. τῇ δὲ αὐτῇ ταύτῃ ἡμέρῃ οἱ Ἀθηναῖοι διαβάντες ἐς τὴν Εὔβοιαν, συμβάλλουσι καὶ τοῖσι Χαλκιδεῦσι. νικήσαντες δὲ καὶ τούτους, τετρακισχιλίους κληρούχους ὅτι τῶν ἱπποβατέων τῇ χώρῃ λείπουσι· οἱ δὲ ἱπποβάται ἐκαλέοντο οἱ παχέες τῶν Χαλκιδέων. ὅσους δὲ καὶ τούτων ἐζώγρησαν, ἅμα τοῖσι Βοιωτῶν ἐζωγρημένοισι εἶχον ἐν φυλακῇ, ἐς πέδας δήσαντες. χρόνῳ δὲ ὕστερον ἔλυσάν σφεας δημοτελέσι ἀποτιμησάμενοι. 199
Τὰς δὲ πέδας αὐτέων, ἐν τῇσι ἐδεδίατο, αἰεχρέμασαν ἐς τὸν ἀκρόπολιν, αἷπερ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἔσαν πρὸς ἐσβολὴν ἐσιούσῃσι, κρεμάμεναι ἐκ τειχέων περιπεφλυσμένων πυρὶ ὑπὸ τοῦ Μήδου. αἴτιον δὲ τοῦ μεγάρου τοῦ πρὸς ἑσπέρην τετραμμένου, καὶ τῶν λύτρων τὸν δεκάτην αἱ ἔθηκαν, ποιησάμενοι τέθριππον χαλκεον· ὃς δὲ, ἀριστερῆς χειρὸς ἔσηκε πρόσω ἐσιόντι ἐς τὰ προπύλαια τὰ ἐν τῇ ἀκροπόλι. ὅτι γέγραπται δέ οἱ τάδε,

Ἔθνεα Βοιωτῶν καὶ Χαλκιδέων δαμάσαντες
Γαῖδες Ἀθηναίων ἔργμασιν ἐν πολέμου,
Δεσμῷ ἐν ἀχλυόεντι σιδηρέῳ ἔσβεσαν ὕβριν·
Τῶν ἵππους δεκάτην Παλλάδι τάσδ' ἔθεσαν.

Ἀθηναῖοι μὲν νυν νύζηντο. δηλοῖ δὲ κατ' ἓν μοῦνον, ἀλλὰ πολλαχῇ ἡ ἰσηγορίη ὡς ἐστὶ χρῆμα σπουδαῖον, εἰ καὶ Ἀθηναῖοι τυραννευόμενοι μὲν, οὐδαμῶν τῶν σφέας περιοικεόντων ἔσαν τὰ πολέμια ἀμείνους,

ceteri socii qui erant in Eleusine, cernentes non conuenire inter reges, & Corinthios aciem deseruisse, & ipsi dilapsi abierunt. Quarto tunc Dores in Atticam profecti sunt, bis ad bellandũ ingressi, bis ob Athenienſium multitudinis commodum. Primo, quum Megaram coloniam deduxerũt, hæc expeditio recte vocetur, sub Codro Athenienſium rege: iterum ac tertio, quum ad expellẽdos Pisistratidas ex Sparta ventũ est: quarto, quũ Cleomenes Peloponnenſes ducens, Eleusinen inuasit. Ita quarto tũc Dores aduersus Athenas expeditionẽ sumpserunt. Dilapso igitur indecore hoc exercitu, ibi Athenienſes volentes vltum ire iniurias, primam expeditionem fecerunt aduersus Chalcidenſes: quibus Bœotii ad Euripũ iere suppetias. His conspectis Athenienſes putarunt sibi cum eis prius quam cum Chalcidensibus pugnam conserendã. itaque congressi cum illis egregie superant, permultisque eorum cæsis, septingentos capiunt. Eodem die transgressi Eubœam, cum Chalcidenſibus conflixere: quibus etiam victis, quatuor millia colonorum in prædiis hippobatarum, *q.d. equitum*, reliquerunt. hippobatæ autem apud Chalcidenſes vocabantur locupletes. Horum quoscunque ceperunt, vna cũ Bœotiorum captiuis vinctos in carcerem coniecerunt: quos aliquanto post binis mulctatos minis soluerunt: eorumq; vincula quibus aligati fuerant, in arce suspenderunt: quę ad meam vsque memoriam extabant, pendentia è muris à Medo ambustis, eregione cœnaculi ad occasũ spectantis. Decimam quoque [1] redemptionis consecrarunt, facta ærea quadriga, quæ ad sinistram manum intrantium statim in propylæa arcis stabat, cum hac inscriptione,

Attica perdomitis acri sub marte iuuentus
Bœotúm populis Chalcidicaque manu,
Damna rependerunt vinclis & carcere cæco,
Quorum hæc de decima stant tibi Pallas equæ.

Et Athenienſes quidem augescebant. Iuris autem æquabilitatem esse rem bonam, non ex vno tantum, sed vndiq; datur intelligi: si Athenienſes etiã quamdiu tyrannis subiecti fuerũt, nullis finitimorum in bello præstantiores erant:

LXXVI

LXXVII

LXXVIII

1 Pecuniarum à singulis in pretium redemptionis persolutarum

liberati

liberati vero tyrannis, multo omnium primi extitere. Vnde liquet, eos, dum tyrannis parebant, [1] de industria peccasse, tanquã domino laborantes: at libertate parta, sibiipsi quisq; rem gerere properabat.[2] Athenienses ita agebant.

LXXIX ¶ Thebani autem post hæc vlciscendi illos cupidi, sciscitatum ad deum miserunt. Quibus respondens Pythia, negabat per sese eos posse illos vlcisci, iubebatq; vt[3] ad famæ celebritatem referentes rogarent sibi proximos. [4] Reuersis qui missi ad oracu-lum erant, ac responsum exponentibus, Thebani illud nihili facientes quod referebatur, vt rogarent proximos, dicebant, Nunquid non proxime nos incolunt Tanagræi Coronæique & Thespienses, qui nostri assidue commilitones, alacri atq; concordi in partes animo bella nobiscum tolerant? quid hos rogari oportet?[5] nũquid potius hoc non habendum pro oraculo?

LXXX Hæc illis ratiocinãtibus, quidã re audita, inquit, Ego quid nobis significare velit oraculum videor mihi intelligere. Asopi duæ filiæ fuisse traduntur, Thebe & Ægina, quæ quoniam sorores sunt, opinor deum respondere nobis vt Æginetas rogemus vicem nostram vlciscí. Thebani, quoniam nulla quam hæc visa est dici potior sententia, protinus misere ad Æginetas orandos auxilia, tanquam proximos, ex dei oraculo. Illi petentibus his auxilia dixere se mittere cum eis Æacidas. Societate Æacidarum freti Thebani, quum lacessissent Athenienses, accepta offensione aduersæ pugnæ, iterum auxilia virorum remissis Æacidis orauerunt. Quorum prece moti Æginetæ, tum magnitudine opum inflati, tum pristinæ inimicitiæ quam gessere cum Athenien-sibus memores, bellum illis haud indictum intulerunt. Nam quum Athenienses [6] Bœotiis incumberẽt, ipsi longis nauibus in Atticam traiicientes, cum alios multos populos in cetera ora maritima, tum Phalerum diripuerunt, magnam ex hac re calamitatem

LXXXII Athenienses afferentes. Inimicitia autem quam Æginetæ aduersus Athenienses habebant, ex hoc initio extitit: Epidaurii, quũ sua ipsis terra nihil redderet, de hac calamitate Delphicũ consuluere oraculum. Quibus Pythia iussit vt Damiæ & Auxesiæ simulacra erige-

ἀπαλλαχθέντες δὲ τυράννων, μαχρῷ πρῶτοι ἐγένοντο. δηλοῖ ὧν τοῦτο ὅτι κατεχόμενοι μὲν, ἐθελοκάκεον, ὡς δεσπότῃ ἐργαζόμενοι· ἐλευθερωθέντων δὲ, αὐτὸς ἕκαστος ἑωυτῷ προθύμως ἐπειρᾶτο κατεργάζεσθαι. οὕτω μὲν νυν ταῦτα ἔπρησσον. Θηβαῖοι δὲ μετὰ ταῦτα ἐς θεὸν ἔπεμπον, βουλόμενοι πρασθαι Αἰακίδας. ἡ δὲ Πυθίη ἀπὸ σφέων μὲν αὐτέων οὐκ ἔφη αὐτοῖσι εἶναι πίσιν, ἐς Πολύφημον δὲ ἐξενείκασα, ἐκέλευε τοῦ ἄγχιστα δέεσθαι. ἀπελθόντων ὧν τῶν θεοπρόπων, ἐξέφερον τὸ χρηστήριον, ἀλίλω ποιησάμενοι. ὡς ἐπυνθάνοντο δὲ λεχθέντων αὐτέων τὸ ἄγχιστα δέεσθαι, εἶπαν οἱ Θηβαῖοι ἀκούσαντες τούτεων, Οὐκ ὦν ἄγχιστα ἡμέων οἰκέουσι Τανάγραιοί τε καὶ Κορωναῖοι καὶ Θεσπιέες, καὶ οὗτοί γε ἅμα ἡμῖν ἀεὶ μαχόμενοι, προθύμως σὺν ἁμαφέρουσι τὸν πόλεμον; τί δεῖ τούτων γε δέεσθαι; ἀλλὰ μᾶλλον μὴ οὐ τοῦτο ἦ τὸ χρηστήριον. Τοιαῦτα δὴ διαλεγομένων, εἴ τε δὴ κοτε μαθών τις, Ἐγώ μοι δοκέω συνιέναι τὸ ἐθέλει λέγειν ἡμῖν τὸ χρηστήριον· Ἀσώπου λέγονται θυγατέρες Θήβη τε καὶ Αἴγινα· τουτέων ἀδελφεῶν ἐουσέων, δοκέω ἡμῖν Αἰγινητέων δέεσθαι τὸν θεὸν χρῆσαι πμφρητήρων γενέσθαι. καὶ, οὐ γάρ τις γνώμη τούτης ἀμείνων ἐδόκεε φανέεσθαι, αὐτίκα πέμψαντες ἐδέοντο Αἰγινητέων, ὅτι καλεόμενοι κατὰ τὸ χρηστήριον σφι βοηθέειν, ὡς ἐόντων ἀγχιστέων. οἱ δὲ σφι αἰτέοισι ὅπως συνέπεμπον τὸς Αἰακίδας συμπέμπειν ἔφασαν. Πειρωμένων δὲ τῶν Θηβαίων καὶ τὴν συμμαχίην τῶν Αἰακιδέων, καὶ τρηχέως προσπεφευγότων ἐπὶ τὸ τῶν Ἀθηναίων, αὖθις οἱ Θηβαῖοι πέμψαντες, τὸς μὲν Αἰακίδας σφι ἀπεδίδοσαν, τῶν δὲ ἀνδρῶν ἐδέοντο. Αἰγινῆται δὲ, δυσδαιμονίῃ τε μεγάλῃ ἐπαρθέντες, καὶ ἔχθρης παλαιῆς ἀναμνησθέντες ἐούσης πρὸς Ἀθηναίους, τότε Θηβαίων δεηθέντων, πόλεμον ἀκήρυκτον Ἀθηναίοισι ἐπέφερον. ὑπτιωμένων γὰρ αὐτέων Βοιωτοῖσι, ὑπτιώσαντες μακρῇσι νηυσὶ ἐς τὸν Ἀττικὸν, κατὰ μὲν ἔσυραν Φάληρον, καὶ δὲ τῆς ἄλλης παραλίης πολλοὺς δήμους. ποιεῦντες δὲ ταῦτα, μεγάλως Ἀθηναίοις ἐσινέοντο. Ἡ δὲ ἔχθρη ἡ προσοφειλομένη ἐς Ἀθηναίους ἐκ τῶν Αἰγινητέων, ἐλύετο ὧδε ἐξ ἀρχῆς τοιῆσδε· Ἐπιδαυρίοισι ἡ γῆ καρπὸν οὐδένα ἀπεδίδου· περὶ ταύτης ὦν τῆς συμφορῆς οἱ Ἐπιδαύριοι ἐχρέωντο ἐν Δελφοῖσι, ἡ δὲ Πυθίη σφέας ἐκέλευε Δαμίης τε καὶ Αὐξησίης ἀγάλματα ἱδρύ-

1 Remisse agere voluisse. *Vel*, *Opgram sedulo non nauasse.* 2 Horum igitur res ita se habebant. *Vel*, *Hic igitur erat rerum Athenienſium ſtatus.* 3 Ad Polyphemum, 4 Reuersi consultores oraculi, quod ab eo responsum erat exposuerunt, conuocata concione. Thebani, quum audirent quod illi dicebant, *nimirum* vt proximos rogarent, Nonne, inquiunt, proxime nos habitant Tanagr. 5 Imo *videndum* ne aliud potius sibi velit oraculum. 6 Bœotos bello premerent.

προμαντέων

ἔχθρης ἐς

σαλ. καὶ σφι ἱδρυσαμένοισι, ἄμεινον σφι οἰσεσθαι. ἐπηρώτεον ὧν οἱ Ἐπιδαύριοι κότερα χαλκοῦ ποιεύντας τὰ ἀγάλματα, ἢ λίθου. ἡ δὲ Πυθίη σφέας ἔφη κότερα τούτων ἔα, μηδὲ ξύλου ἡμέρης ἐλαίης. ἐδέοντο ὦν οἱ Ἐπιδαύριοι Ἀθηναίων ἐλαίην σφι δοῦναι τεμέσθαι, ἱρωτάτας δὴ κείνας νομίζοντες εἶναι. (λέγεται δὲ καὶ ὡς ἐλαίαι ἔσαν ποτὲ γῆς ἁπάσης κατὰ σκότον τὸ χεῖνον, ἢ Ἀθήνησι) οἱ δὲ ὅτι τοῖσι δώσειν ἔφασαν, ἐπ' ᾧ τε ἀπάξουσι ἔτεος ἑκάστου τῇ Ἀθηναίῃ τε τῇ πολιάδι ἱερὰ, καὶ τῷ Ἐρεχθέι. καταινέσαντες δὲ ὅτι τούτοισι οἱ Ἐπιδαύριοι, τῆς τε ἐδέοντο ἔτυχον, καὶ ἀγάλματα σφι τῶν ἐλαιέων τουτέων ποιησάμενοι, ἱδρύσαντο. καὶ ἡ μὲν γῆ σφι ἔφερε καρπὸν, καὶ Ἀθηναίοισι ἐπετέλεον τὰ συνέθεντο. Τοῦτον δὲ τὸν χρόνον, καὶ ὅτε τοῦτο, Αἰγινῆται Ἐπιδαυρείων ἤκουον, τά τε ἄλλα, καὶ δίκας, ἀμφισβητοῦντες ἐς Ἐπίδαυρον, ἐδίδοσάν τε καὶ ἐλάμβανον παρ' ἀλλήλων οἱ Αἰγινῆται. ὅθεν δὲ τοῦτο, νέας τε πεζὰς ἔχοντες, καὶ ἀγνωμοσύνῃ χρησάμενοι, ἀπέσχοντο ἀπὸ τῆς Ἐπιδαυρείων· ἅτε δὲ ἐόντες ἀμφοτεροι, ἐδῃλέοντο αὐτοῖς. ὅθεν δὴ ἁλασοκράτορες ἐόντες, καὶ δὴ καὶ τὰ ἀγάλματα ταῦτα τῆς τε Δαμίης καὶ τῆς Αὐξησίης ἁρπάσαντες ἀπῆραν ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἐς τὴν μεσόγαιαν, τῇ Οἰὴ μὲν νῦν ἔστι οὔνομα, κατὰ δὲ μάλιστα κη ἀπὸ τῆς πόλιος ἐς εἴκοσι ἀπέχει. ἱδρυσάμενοι δὲ ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ, θυσίησί τε σφέας καὶ χορηγοῖσι γυναικηίοισι κερτομίοισι ἱλάσκοντο, χορηγῶν ἀποδεικνυμένων ἑκατέρῃ τῶν δαμόνων δέκα ἀνδρῶν. καλέουσι δὲ οὐδένα μιν οἱ χορηγοὶ ἄνδρα, ἀλλὰ τὰς ἐούσας γυναῖκας. ἔσαν δὲ καὶ τοῖσι Ἐπιδαυρίοισι αἱ τοιαῦται ἱρουργίαι· εἰσὶ δὲ σφι καὶ ἄρρητοι ἱρουργίαι. Κλεφθέντων δὲ τῶνδε τῶν ἀγαλμάτων, οἱ Ἐπιδαύριοι τοῖσι Ἀθηναίοισι τὰ ξυνέθεντο, οὐκ ἐπετέλεον. πέμψαντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι ἐμιλλῶντο τοῖσι Ἐπιδαυρίοισι. οἱ δὲ ἀπέφαινον λόγῳ ὡς οὐκ ἀδικηθεῖεν. ὅσον μὲν γὰρ χρόνον εἶχον τὰ ἀγάλματα ἐν τῇ χώρῃ, ὅπερ ἐτελέομεν τὰ συνέθεντο. ἐπεὶ δὲ ἐστερήθησαν αὐτέων, οὐ δίκαιον εἶναι ἀποφέρειν ἔτι, μηδὲ τοὺς ἔχοντας αὐτὰ Αἰγινήτας τοιαῦτα ἀκέλλειν. πρὸς ταῦτα Ἀθηναῖοι, ἐς Αἴγιναν πέμψαντες, ἀπαιτέειν τὰ ἀγάλματα· οἱ δὲ Αἰγινῆται ἔφασαν σφίσι τε καὶ Ἀθηναίοισι οὐδὲν πρῆγμα. Ἀθηναῖοι μέν νυν λέγουσι, μετὰ τὴν ἀπαίτησιν ἀποστέλλειν τριήρεϊ μίῃ τῶν ἀστῶν τινὰς, οἳ ἀποπεμφθέντες ἀπὸ τῆς νεὸς, καὶ ἀπικόμενοι ἐς Αἴγιναν, τὰ ἀγάλματα ταῦτα, ὡς σφετέρων ξύλων ἐόντα, ἐπειρῶντο ἐκ τοῦ βάθρου ἕλκειν ἅπασαν, ἵνα σφέα ἀναχωρίσωνται.

rent: & postquam erexissent, melius secum actum iri. Sciscitantibusque Epidauriis vtrum ex ære facerent illa an ex lapide, respondit se è neutro fieri sinere, sed è ligno oleagino, oleæ tamen, non oleastri. Rogabant igitur Epidaurii Athenienses vt sibi permitterent oleam incidere, qui scilicet oleas illas sacratissimas esse existimarent. (fertur etiam nusquam gentium nisi Athenis illa tempestate oleas fuisse.) Athenienses se vero dixerunt concessuros, hac tamen lege, si quotannis illi sacra Mineruæ vrbanæ & Erechtheo afferrent. Accepta condicione Epidaurii quæ rogabant impetrauerunt, & simulacra ex his oleis fabricata statuerunt: tertaque sua fructum eis ferente, quod conuenerat Athenienſibus persoluebant. Eo tempore atq; superiori Æginetæ Epidauriis parebant τῦ in aliis tum vero in litibus, quas Æginetæ inter se vel actores, vel rei, illuc se conferentes agebant: verum ex eo tempore fabricatis nauibus, nullo consilio vsi, ab Epidauriis desciuerunt. Factiq; hostes, ac mari potiti, cum alias clades inferebant, tum simulacra Damiæ & Auxesiæ surripuerunt: eaque asportata, in regionis suæ mediterraneo loco statuerunt, cui nomen est OEæ, viginti ferme procul ab vrbe stadiis. Hoc in loco illis erectis, supplicabant sacrificiis atque iocabundis choris mulierum, denis viris vtrique dæmonum assignatis, qui choris præessent. Chori autem neminem virum [1] nuncupabant, sed indigenas feminas: quæ ceremoniæ apud ipsos quoque Epidaurios fuerant. Surreptis statuis, Epidaurii quod fuerant pacti Athenienſibus non soluebant: cuius rei quum à nunciis Athenienſium admonerentur, reddere rationem cur iniurii non essent: se enim quamdiu apud se statuas habuissent, quod conuentum erat exoluisse, eisdem iam viduatos, non debere exoluere, sed Æginetas, qui illas haberent: à quibus id exigi iubebant. Ad eas repetendas Æginam Athenienses misere. Æginetæ negare quicquam negocii esse sibi cum Athenienſibus. Athenienses autem aiunt, post repetita simulacra, triremem missam publice cum ciuibus quibusdam: qui Æginam quum venerunt, simulacra, tanquam è suis lignis facta, conati sint suis sedibus emoliri vt asportarent:

LXXXIII

LXXXIV

LXXXV

1 Probris inlectabantur,

quumque

quumque eo pacto auferre nequirent, circumdatis funibus trahere tentasse. Sed dum trahunt, tonitrum & cum tonitruo terræmotum extitisse: eaque de re illos remiges qui trahebant simulacra, ab his in amentiam esse conuersos: & ex hoc morbo sese tanquam hostes mutuo trucidasse, donec vnus ex omnibus relictus est, qui ad Phalerum
LXXXVI se recepit. Athenienses quidem ita rem gestam esse memorant. Æginetæ vero negant illos vna cum naui veniisse, (facile enim se vnam nauim, atque adeo compluscula, etiamsi sibi nullæ fuissent naues, fuisse propulsaturos) sed cum compluribus in ipsorum terram inuasisse, se vero cessisse, nec pugna nauali contendere voluisse. Qui tamen planum facere nequeunt, an quia impares se esse ad pugnandum agnoscerent, cesserint: an volentes permiserint illos facere quod fecerunt. Athenienses certe, quod nulli propugnatores obstarent, egressos è nauibus ad simulacra se conuertisse: & quum ea è suis vestigiis amoliri nequirent, circumdatis restibus trahere ita conatos, donec illic ambo simulacra, dum traherentur, fecere rem apud me fide carentem, alicui alteri credibilem. aiunt enim illa procubuisse sibi in genua, atque ex eo tempore semper genu nixa permansisse. Et hæc quidem Athenienses fecisse: Se vero, quod audirent sibi bellum ab Athenien sibus illatum iri, præparasse Argiuos vt sibi aduersus Athenienses in Æginam descendentes adessent auxilio. Eosque, quum latuissent hostem in traiiciendo ex Epidauro in insulam, in Athenienses, qui nihil præscissent, à nauibus discluſos irruisse: & interea tonitrum ipsis terræ-
LXXXVII motumque extitisse. Hæc ab Argiuis Æginetisque commemorantur. Athenienses quoque confitentur vnum omnino è suis incolumem in Atticam reuertisse, quem tamen Argiui aiunt superstitem fuisse ex Attico exercitu quem ipsi profligassent. Eundem Athenienses, dæmonio incolumem, nihilo secius periisse referunt, hunc in modum: Quum Athenas se recepisset, clademque renunciasset, vxores eorum qui aduersus Æginam profecti fuerant, indigne ferentes vnum ex omnibus esse reducem, circumfusas hominem prehendisse, ac fibulis vestimentorum pupugisse, percontantes singulas vbi suus vir esset, atque hoc modo hunc fuisse

οὐ δυναμένους δὲ πύτῳ τῷ τρόπῳ αὐτέων κρατῆσαι, περιβαλόντας σχοινία ἕλκειν τὰ ἀγάλματα. καὶ σφι ἕλκουσι, βροντὴν τε, καὶ ἅμα τῇ βροντῇ σεισμὸν ἐπιγενέσθαι· τοὺς δὲ τελευτῶντας τοὺς ἕλκοντας, ὑπὸ πυτέων ἀλλοφρονῆσαι· τοὺς δὲ τοῦτο, κτείνειν ἀλλήλους ἅτε πολεμίους· ἐς ὃ ὀκτὼ πρὸ τῶν ἕνα λειφθέντα, ἀνακομισθῆναι αὖθι ἐς Φάληρον. Ἀ. Θεσπρωτοὶ μὲν νυν οὕτω λέγουσι γενέσθαι· Αἰγινῆται δὲ, οὐ νηῒ μιῇ ἀπικέσθαι Ἀθηναίους, (μίαν μὲν γὰρ, καὶ ὀλίγῳ πλείους μιῆς, καὶ εἰ σφι μὴ ἔτυχον ἐοῦσαι νέες, ἀπαμυνέσθαι ἂν δοκέουσι) ἀλλὰ πολλῇσι νηυσὶ ὕστερον πλέειν σφι ὑπὲρ τὴν χώρην· αὐτοὶ δὲ σφι εἴξαι, καὶ οὐ ναυμαχῆσαι. Οὐκ ἔχουσι δὲ τοῦτο ἀμφισημῆναι ἀτρεκέως, οὔτε εἰ ἔασαν συλλιωσχόμενοι εἰ τῇ ναυμαχίῃ, κατὰ τοῦτο εἶξαι, οὔτε εἰ βουλόμενοι πεῖσαι οἵους τε καὶ ἐποίησαν. Ἀ. Θεσπρωτοὶ μὲν νυν, ἐπεί τε σφι οὐδεὶς ἐς μάχην κατίστατο, ἀποβάντας ἀπὸ τῶν νεῶν, τετράφθαι πρὸς τὰ ἀγάλματα. οὐ δυναμένους δὲ ἀπαρτῆσαι ἐκ τῶν βάθρων αὐτά, οὕτω δὴ περιβαλλομένους σχοινία, ἕλκειν, ἐς οὗ ἑλκόμενα τὰ ἀγάλματα ἀμφοτέρα τοῦτο ποιῆσαι· ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες, ἄλλῳ δέ τεῳ. ἐς γόνατα γάρ σφι αὐτὰ πεσεῖν, καὶ ὅτι ἀπὸ τούτου χρόνου ἀρτελέειν οὕτω ἔχοντα. Ἀ. Θεσπρωτοὺς μὲν δὴ ταῦτα ποιέειν. σφέας δὲ Αἰγινῆται λέγουσι πυθομένους τοὺς Ἀθηναίους, ὡς μέλλοιεν ὑπὸ σφέας στρατεύεσθαι, ἑτοίμους Ἀργείους ποιέεσθαι. τοὺς τε δὴ Ἀθηναίους 101
ἀποβεβάναι ἐς τὴν Αἰγινήν, καὶ παρεῖναι βοηθέοντας σφι τοὺς Ἀργείους, καὶ λαθεῖν τε ἐξ Ἐπιδαύρου ἀρμώσαντας ἐς τὴν νῆσον, καὶ οὐ προσμίσχουσι τοῖσι Ἀθηναίοισι ὑπιπτεῖν ἐσπαμωμένους ὑπὸ τῶν νεῶν. ἅμα τε ἐν τούτῳ τὴν βροντήν τε γενέσθαι καὶ ὑπ' σεισμὸν αὐτοῖσι. Λέγεται μὲν νυν ὑπ' Ἀργείων τε καὶ Αἰγινητέων τάδε· ὁμολογέεται δὲ καὶ ὑπ' Ἀθηναίων ἕνα μοῦνον ὑπολειφθέντα αὐτέων ἐς τὴν Ἀττικὴν γενέσθαι. πλὴν Ἀργεῖοι μὲν λέγουσι, αὐτέων ὑπὸ Ἀττικὴν στρατόπεδον ἀρχαῖον τῶν, ὑπ' ἕνα πυτέων προελθεῖν· Ἀθηναῖοι δ', τὸν δαιμόνιον. προελθεῖν μὲν γὰρ οἱ ὑπὸ τοῦ ἕνα, ἀλλ' ἀπολέσαι τρόπῳ τοιῷδε. κομισθεὶς γὰρ ἐς τὰς Ἀθήνας, ἀπήλασε τὸ πάθος· πυθομένας δὲ τὰς γυναῖκας τὰς ἐπ' Αἰγιναι στρατευσαμένων αἱρῶν, δῆόν τι ποιησαμένας, κρέων μέτριον ἐξ ἀπόντων σωθῆναι, περιστᾶσαι τὸν ἄνθρωπον ἔχοντα τὸν λαβέσθαι, καὶ κελεύσασαι τῇσι περόνῃσι τῶν ἱματίων, εἰρωτᾶν ἑκάστην αὐτέων ὅκου εἴη ὁ ἑωυτῆς ἀνήρ. καὶ τὴν μὲν ὅτου ἀρα-

φθαρῶσι. Ἀθηναίοισι δὲ ἐπὶ τῷ πάθεϊ δόξαι εἶναι τὸ τῶν γυναικῶν ἔργον· δηλῶσαι μὲν δὴ οὐκ ἔχειν ὅτεῳ ζημιώσωσι τὰς γυναῖκας, τὴν δὲ ἐσθῆτα μεταβαλεῖν αὐτέων ἐς τὴν Ἰάδα. ἐφόρεον γὰρ δὴ πρότερον αἱ γυναῖκες τὴν Ἀθηναίων γυναῖκες ἐσθῆτα Δωρίδα, τὴν Κορινθίων τῇ ἐγγὺς πλησιωτάτην· μετέβαλον ὦν ἐς τὸν λίνεον χιτῶνα, ἵνα δὴ περόῃσι μὴ χρέωνται. Ἔστι δὲ, ἀληθέϊ λόγῳ χρεωμένοισι, οὐκ Ἰὰς αὕτη ἡ ἐσθὴς τοπαλαιόν, ἀλλὰ Κάφεα. ἐπεὶ ἦγε Ἑλληνικὴ ἐσθὴς πᾶσα ἡ ἀρχαίη τῶν γυναικῶν, ἡ αὐτὴ ἐών, τὴν νῦν Δωρίδα καλέομεν. τοῖσι δὲ Ἀργείοισι καὶ τοῖσι Αἰγινήτῃσι, καὶ ταῦτα ἐπὶ τόδε ποιῆσαι. νόμον ἔθεσάν σφι ἑκατέροισι τὰς περόνας ἡμιολίας ποιέεσθαι τοῦ τότε κατεστεῶτος μέτρου, καὶ ἐς ὃ ἱρὸν τῶν θεῶν τουτέων φόρους μάλιστα ἀναπέμπειν τὰς γυναῖκας. Ἀττικὸν δὲ μήτε τι ἄλλο προσφέρειν πρὸς ὃ ἱρὸν, μήτε κέραμον, ἀλλ' ἐκ χυτείδων ὀπταχαίων νόμον ἔλοιπον αὐτόθι οἰνεῖν. Ἀργείων μὲν νυν καὶ Αἰγινητέων αἱ γυναῖκες ἕκ τε τόσου κατ' ἔριν τῶν Ἀθηναίων, περόνας ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἐφόρεον μείζονας ἢ πρότερον. Τῆς δὲ ἔχθρης τῆς πρὸς Αἰγινήτας Ἀθηναίοισι γνωμικὴ ἀρχὴ κατὰ τὰ εἰρημένα ἐγένετο· τότε δὴ Θηβαίων ὀπτικαλεομένων πρόθυμος τῶν περὶ τὰ ἀγάλματα γνωμένων, διαμιμνησκόμενοι οἱ Αἰγινῆται ἐβοήθεον τοῖσι Βοιωτοῖσι. Αἰγινῆται δὴ ἐδῄουν τῆς Ἀττικῆς τὰ πρόσθαλάσσια καὶ Ἀθηναίοισι ὁρμεωμένοισι ἐπ' Αἰγινήτας στρατεύεσθαι, ἦλθε μαντήϊον ἐκ Δελφῶν, ὑπερβάντας ἀπὸ τῶν Αἰγινητέων αἰκίην τεινήκοντα ἔτεα, τῷ ἑνὶ καὶ τεινηκοστῷ, Αἰακῷ τέμενος ἀποδέξαντας, ἔρχεσθαι τῶν πρὸς Αἰγινήτας πολέμων· καὶ σφι χωρήσειν τὰ βούλονται. ἐπὶ δὲ αὐτίκα ὑπεστρατεύοντο, πολλὰ μὲν σφέας ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ χρόνου πείσεσθαι, πολλὰ δὲ καὶ ποιήσειν· τέλος μέντοι καταστρέψασθαι. Ταῦτα ὡς ἀπενεχθέντα ἤκουσαν οἱ Ἀθηναῖοι, τῷ μὲν Αἰακῷ τέμενος ἀπέδεξαντο τοῦτο τὸ νῦν ὑπὸ τῆς ἀγορῆς ἱδρυται· τεινήκοντα δὲ ἔτεα οὐκ ἀνέμενον, ἀκούσαντες ὅκως χρεὸν εἴη ὑπερβῆναι πεπονθότας ὑπὸ Αἰγινητέων αἰάρσια. Ἐς τιμωρίην δὲ τοῦδε ἀζομένοισι αὐτοῖσι, ὁκ Λακεδαιμονίων παρῆμα ἐξεγείροντος, ἐμπόδιον ἐγένετο. πυθόμενοι γὰρ Λακεδαιμόνιοι τὰ ὑπὸ τῶν Ἀλκμεωνιδέων ἐς τὴν Πυθίην μεμηχανημένα, καὶ τὰ ἐκ τῆς Πυθίης

confectum. Idque factum mulierũ visum esse Athenienſibus ipſa clade triſtius. in quas quum alia ratione animaduertere non poſſent, veſtem illarum in Iadem mutauerunt. nam antea Doridẽ veſtem gerebant Atticæ feminæ, ſimillimam Corinthiæ. eam itaque mutauerunt in lineam, ne fibulis vterentur. [1] Quanquam reuera ſi ratione vtamur, LXXXVIII non Ias olim veſtis fuit, ſed Caira. quoniam omnis priſca veſtis feminarum Græcarũ eadem erat quæ nunc, quam Doridem appellamus. Præterea Argiui & Æginetæ idem adhuc factitant. apud quorum vtroſque mos eſt fibulas faciendi ſeſcuplas menſura quàm tunc conſueuerat: quas præcipuæ feminæ eorum templis deorum conſecrare ſolent, neque aliud quicquam Atticum illic offerre, ne vrceum quidem, ſed ex ollis gentilibus in poſterum ibidem potare. Eoque contentionis proceſſere Argiuæ atque Æginææ mulieres cum Atticis, vt ad meam vſque ætatem fibulas geſtauerint quam antea grandiores. Odiorum principium Æginetarum in LXXXIX Athenienſes hoc, quemadmodũ commemoratum eſt, extitit. Cuius rei circa ſtatuas geſtæ memoriam retinentes, libenter Thebanorum rogatu auxilium tulere Bœotiis Æginetæ. Qui quum maritima Atticæ vaſtarent, Athenienſeſque aduerſus Æginam expeditionẽ inirent, aduenit è Delphis oraculum, vt ab Æginetis lædendis triginta annos abſtinerent, tricesimo anno, quum fanum Æaco dicaſſent, bellum cum Æginetis inchoarent, ad votum eis re ſucceſſura. Sin bellum continuo inferrent, fore vt interea multa detrimenta acciperent & inferrent, ſed ad extremum illos [2] ſubigerent. Hoc oraculum ad ſe Athenienſes allatum vbi audierc, eatenus ei obtemperandum cenſuerunt vt Æaco fanum dicarent, quod nunc in foro extructum viſitur: [3] ſed triginta annis non eſſe abſtinendũ, quod videlicet audiſſẽt eſſe fatale, multa ſe paſſuros indigna ab Æginetis, ſi bello abſtinerent. His tamen ad vlciſcendum ſe parantibus, XC Lacedæmonium factum extitit impedimento. Siquidem Lacedæmenii, audito commento Alcmæonidarum erga Pythiam, & quæ egiſſet Pythia

1 Vt tamen verum fateamur, non Ionica eſt hæc veſtis ab antiqua origine, ſed Caira. omnis enim priſca veſtis Græcarum mulierum eadem erat cum illa quam nunc Doricam appellamus. At vero Argiuis & Æginetis hac de cauſſa conſuetudinem iſtam intaluiſſe *aiunt*, vt fibulæ fiant menſuræ ſeſcuplo maioris quam quæ tum recepta erat. quin etiam mulieres apud eos templo deorum fibulas præcipue conſecrare, *vel, fibulas pro donariis offerre*: Atticum vero, nihil, ac ne laterem quidem, templo offerre: atque adeo vt ibi ex vrceis ſuæ patriæ potarent, more poſtea receptum fuiſſe. *Animaduertendum eſt autem, in Græco textu interpunctionem quæ eſt poſt ποιῆσαι, inde tranſlatam ponendam eſſe poſt εἶναι, vt ſit,* "τὴν τόδε ποιῆσαι νόμον εἶναι. 2 *Vel potius*, Ipſi ſubigerentur. 3 Sed annos triginta non abſtinuerunt, *vel, ſuperſederunt*, quum audiſſent ſibi eſſe abſtinendum, paſſis hoſtilia ab Æginetis. His tamen ad vlc.

in ipſos

in ipſos atque Piſiſtratidas, duplicem ſe iacturam feciſſe animaduertebant: quod & ſuos hoſpites è patria eieciſſent, & nulla ſibi ex hoc facto gratia ab Athenienſibus haberetur. Præterea oraculis vrgebantur, denunciantibus multa ipſis & [1] indigna ex Athenienſibus futura, quorum antehac ſecuri fuiſſent, præſertim ex eo quod à Cleomene Spartam reuerſo didicerant. Etenim Cleomenes potitus eſt ex arce Athenienſium oraculis quæ à Piſiſtratidis prius poſſeſſa, quum illi expellerentur, XCI [2] relicta fuerant in templo. Ea Lacedæmonii vbi per Cleomenem accepere, & animaduertebant Athenienſes augeſcentes, nec ad ipſis obtemperandum vllo modo eſſe animatos: præterea genus Atticum quod ſub tyrannis fuiſſet infirmum, & ad parendū promptum, nunc parta libertate ipſis par exiſtere: hæc omnia conſiderantes, accerſierunt Hippiam Piſiſtrati à Sigeo Helleſponti, quo Piſiſtratidæ confugerant. Poſtquam Hippias accerſitus adfuit, accitis etiam aliorum ſociorum nunciis, ita Spartiatæ apud eos verba fecere, [3] Agnoſcimus viri ſocii, nos haud recte egiſſe, qui mentitis oraculis inducti, viros qui erant noſtri in primis hoſpites, [4] quique in animum inducebant præbere nobis Athenas obnoxias, è patria eiecimus. & quum hæc fecerimus, tamen ingrato populo vrbem tradidimus: qui poſteaquā per nos [5] liberatus, deſpexit nos, pariter ac regem noſtrum per dedecus detrimentumque eiecit: inflatuſque ſuperbe, famam auget, præcipue quidem Bœotos ſuos finitimos atq; Chalcidēſes didiciſſe qui ipſi ſint: ſed fore fortaſſis vt alius quis, ſi peccauerit, idem diſcat. Quare, quoniam in illis agendis peccauimus, nunc demus operam vt illuc vna vobiſcū euntes, ſupplicium de illis ſumamus. Hac enim de cauſſa Hippiam & vos è ſua quoſq; vrbe accerſiuimus, vt publico conſenſu & communi exercitu reducentes hunc Athenas, reddamus ei XCII quæ abſtulimus. Hęc Spartiatæ. Quę quum alii ſocii non probarent, quumq;

ὅτι σφέας τε καὶ τοὺς Ἴωνας ἐπίδας, συμφορὴν ἐποιεῦντο διπλῆν, ὅτι τε ἄνδρας ξείνους σφι ἐόντας ἐξελήλακεσαν ἐκ τῆς ἑωυτῶν, καὶ ὅτι ταῦτα ποιήσασι χάεις οὐδεμίη ἐφαίνετο πρὸς τῶν Ἀθηναίων. ἔπι τε τοῖσι τούτοισι ἐπῆγον σφέας οἱ χρησμοί, λέγοντες πολλά τε καὶ ἀνόσια ἔσεσθαι αὐτῖσι ἐξ Ἀθηναίων, τῶν πρότερον μὲν ἔσαν ἀδαέες, τότε δὲ, Κλεομένεος ἐκμήσαντος ἐς Σπάρτην, ἐξέμαθον. ἐκτήσατο δὲ ὁ Κλεομένης ἐκ τῆς Ἀθηναίων 20α ἀκροπόλιος τοὺς χρησμοὺς, τοὺς ἐκτῶντο πρότερον μὲν οἱ Πεισιστρατίδαι, ἐξελασθέντες δὲ ἔλιπον ἐν τῷ ἱρῷ· καταλειφθέντας δὲ ὁ Κλεομένης ἀνέλαβε. Τότε δὲ ὡς ἀνέλαβον οἱ Λακεδαιμόνιοι τοὺς χρησμοὺς, καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἐώρων αὐξομένους, καὶ οὐδαμῇ ἐπιμίους ἐόντας πείθεσθαι σφι, νόῳ λαβόντες ὡς ἐλεύθερον μὲν ἐὸν τὸ ἄστυ τὸ Ἀττικὸν, ἰσόρροπον τε ἑωυτῷ τὸν δυνήσοιτο, καταχόμενον δὲ ὑπὸ τυραννίδος, ἀσθενές, καὶ πειθαρχέεσθαι ἑτοῖμον· μαθόντες τοιαῦτα ἔπεμπον, μετεπέμποντο Ἱππίην τὸν Πεισιστράτου ἀπὸ Σιγείου τὸ ἐς Ἑλλήσποντον, ἐς ὃν καταφύγεσι οἱ Πεισιστρατίδαι. ἐπεί τε δὲ σφι Ἱππίης καλεόμενος ἦκε, μεταπεμψάμενοι καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων ἀγγέλους, ἔλεγον σφι Σπαρτιῆται τάδε, Ἄνδρες σύμμαχοι, συγκινώσκομεν ἡμῖν οὐ ποιήσασι ὀρθῶς. ἐσπαρθέντες γὰρ κιβδήλοισι μαντηίοισι, ἄνδρας ξείνους ἐόντας ἡμῖν τιμαλίσια, καὶ ἀναδεκτέους ὑποχειρίους παρέξειν τῇ Ἀθηναίῃ, τούτους ἐκ τῆς πατρίδος ἐξηλάσαμεν, καὶ ἔπειτα ποιήσαντες ταῦτα, δήμῳ ἀχαρίστῳ παρεδώκαμεν τὴν πόλιν· ὃς ἐπεί τε δι' ἡμέας ἐλευθερωθεὶς αὐξήσε, ἡμέας μὲν καὶ τὸν βασιλέα ἡμέων ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἐποιήσατο, ἐς δὲ Φύσας αὐξάνεται· ὥστε ἐκμεμαθήκασι μάλιστα μὲν οἱ πλησιόχωροι αὐτέων Βοιωτοὶ καὶ Χαλκιδέες, πάλαι δὲ καὶ ὑμῖν ὀκνήσαντες ἂν μαθεῖν ἁμαρτόντων. ἐπεὶ ὦν ἐκεῖνα ποιήσαντες ἡμάρτομεν, ἰοῦσι πρὸς σφέας ἅμα ὑμῖν ἀπικόμενοι πειρησόμεθα αὐτῶν. ἦλθον δὴ δι' ἃ εἵνεκα τόνδε τε Ἱππίην μετεπεμψάμεθα καὶ ὑμέας ἀπὸ τῶν πολίων, ἵνα κοινῷ τε λόγῳ χρησώμεθα καὶ κοινῷ στόλῳ ἐσαγαγόντες αὖτ' ἐς τὰς Ἀθήνας, ἀποδῶμεν τὰ ἀπελόμεθα. Οἱ μὲν ταῦτα ἔλεγον· τῶν δὲ συμμάχων τὸ πλῆθος οὐκ ἐδέκετο τοὺς λόγους· οἱ μὲν νυν ἄλλοι

1 Hoſtilia, *vel, atrocia*, ab Athen. fut. quorū *oraculorum* antea quidem ignari fuerant, tum vero cognita habuerant, quum Cleomenes ea Spartam attuliſſet. iis enim potitus eſt ex Athenienſium arce oraculis quæ *&c. vt τῶν πρότερον referat χρησμῶν.*

2 In templo reliquerant: relicta autem Piſiſtratus acceperat. Lacedæmonii igitur, quū hæc oracula in eorū manus peruen ſſent, Athenienſium potentiam creſcere & ad parendum ipſorum imperio nullo modo animatos eſſe videntes, quum apud ſe conſiderat ſent, gentem Atticam tantiſper dum libertate potiretur, *vel ſui iuris eſſet*, viribus parem ſuæ eſſe futuram, at ſi tyrannide coerceretur, infirmam & ad imperata faciendū fore promptam: hæc, *inquam*, omnia quū animaduertiſſent, acciſiuerunt Hipp. 3 Conſcii nobis ſumus nos haud rect. 4 Quique ſe Athenas in poteſtatem noſtram redacturos receperant. 5 Liberatus, animo erigi cœpit, nos regemque noſtrum per contumeliam eiecit: atque adeo ſuperbe inflatus, ſuam potentiam auget: vt & iam didicerunt potiſſimum quidem finitimi eorum Bœoti & Chalcid. diſcet vero fortaſſe & alius quem peccare contigerit. *i. non caute ſe ergo illos gerere. Quod tamen poteſt aliter etiam exponi ſicut & illud δίξαι φύσας.*

τῷ Σωκλείης ἡσυχίην ἦγε· Κορίνθιος δ' Σωσικλείης ἔλεξε τάδε,
„ Ἦ δὴ ὅτε ὁ οὐρανὸς ἔσται ἔνερθε τῆς γῆς, καὶ ἡ γῆ μετ-
„ έωρος ὑπὲρ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οἱ ἄνθρωποι νομὸν ἐν θα-
„ λάσσῃ ἔξουσι, καὶ οἱ ἰχθύες οὐκ ἐπιστήσουσι ἀνθρώ-
„ ποισι, ὅτε ὑμεῖς ὦ Λακεδαιμόνιοι ἰσονομίας κατα-
„ λύοντες, τυραννίδας ἐς τὰς πόλιας καταγειν πρήσ-
„ σειν ἐπιβάλεσθε. τοῦτο οὔτε ἀδικώτερον οὐδὲν ὑπ' ἥλιόν ἐστι κατ'
„ ἀνθρώπους, οὔτε μιαιφονώτερον. εἰ γὰρ δὴ τοῦτό
„ γε δοκέοι ὑμῖν εἶναι χρηστόν, ὥστε τυραννεύεσθαι τὰς
„ πόλιας, αὐτοὶ πρῶτοι τύραννον καταστησάμενοι πα-
„ ρὰ σφίσι αὐτοῖσι, οὕτω καὶ τοῖσι ἄλλοισι δίζεσθε καλ-
„ ῶς δοῦναι· νῦν δὲ, ἀνδρὶ ἄπειροι ἐόντες τυραννίων, καὶ
„ φυλάσσοντες δεινότατα τοῦτο ἐν τῇ Σπάρτῃ μὴ
„ γενέσθαι, πρήσσετε ἐς πᾶν συμμάχους. εἰ δὲ
„ αὖτε ἔμπειροι ἔατε, κατά περ ἡμεῖς, εἴχετε ἂν καὶ
„ αὖτε γνώμας ἀμείνονας συμβάλλεσθαι ἢ νῦν. 2
„ Κορινθίοισι γὰρ ὧδε πόλιος κατάστασις τοιήδε. ὧδε
„ ὀλιγαρχίη, καὶ οὗτοι Βακχιάδαι καλεόμενοι ἔνε-
„ μον τὴν πόλιν· ἐδίδοσαν δὲ καὶ ἤγοντο ἐξ ἀλλήλων.
„ Ἀμφίονι δὲ ἐόντι τούτεων τῶν ἀνδρῶν, γίνεται θυ-
„ γάτηρ χωλή· οὔνομα δέ οἱ ὧδε Λάβδα. Ταύτην
„ (Βακχιαδέων γὰρ οὐδεὶς ἤθελε γῆμαι) ἴσχει Ἠ-
„ ετίων ὁ Ἐχεκράτεος· δήμου μὲν ἐὼν Γέτρης ἐών,
„ ἀταρὰ τὰ αἰκάλλεται Λαπίθης τε καὶ Καινείδης ἐών.
„ δὲ οἱ ταύτης τῆς γυναικὸς, οὐδεμίαν ἐξ ἄλλης, παῖδες ἐ-
„ γίνοντο· ἐσάλη ὧν ἐς Δελφοὺς περὶ γόνου. ἐσιόντα
„ δὲ αὐτὸν, ἰθέως ἡ Πυθίη προσεφώνεε τοῖσιδε τοῖ-
„ σι ἔπεσι,
„ Ἠετίων, οὔτίς σε τίῃ πολύπιτνον ἐόντα.
„ Λάβδα κύει, τέξει δὲ ὀλοίτροχον· ἐν δὲ πε-
„ σεῖται
„ Ἀνδράσι μουναρχοισι, δικαιώσει δὲ Κόρινθον.
„ ταῦτα χρηισθέντα τῷ Ἠετίωνι, ἐξαπέλλεται κως
„ τοῖσι Βακχιάδῃσι, τοῖσι ὄμμι τότε ἐόντεσσι ἡγεμόνεσσι
„ χρηστήριον ἐς Κόρινθον ἰὼν ἄσημον, φέρων τε ἐς τὠυ-
„ τὸ καὶ τὸ τοῦ Ἠετίωνος, καὶ λέγων ὧδε,
„ Αἰετὸς ἐν πέτρῃσι κύει· τέξει δ' λέοντα
„ Καρτερὸν, ὠμηστήν· πολλῶν δὲ γόνατα λύσει.
„ Ταῦτά νυν ὑμῖν φράζεσθε Κορίνθιοι, οἱ περὶ
„ καλλιρρόην οἰκέετε καὶ ὀφρυόεσσαν Κόρινθον.

silentium tenerent, Corinthius Sosicles ita loquutus est, [1] Eo tempore cœlũ sub terra, ac terra superior cœlo erit, hominesque domicilium in mari habebunt, quo tempore vos Lacedæmonii rebus publicis euersis, tyrannides in vrbes introducere conabimini. quibus nihil est in rebus humanis neque iniustius, neque magis mortiferum. Quod si bonum vobis videtur ciuitates subesse tyrannidi, ipsi vobis primi tyrannum constituite, atque ita vt aliis constitutis operam date. At nunc ipsi tyrannorum expertes, & ne id in Sparta contingat vehementissime cauentes, hoc in socios studetis efficere: qui si essetis, vt nos sumus, experti, meliorem quam nunc facitis, de hac re [2] sententiam diceretis. Nam ista res apud Corinthios ciuitatis perturbatio fuit. quum esset apud eos paucorum regimen: & ii qui Bacchiadæ vocabantur, vrbem incolerent, vltro citroque inter eos matrimonia contrahebantur. Horum vni nomine Amphioni nata est filia clauda, cui nomen erat Labda: quam quoniam nemo Bacchiadarum ducere volebat, duxit Eetion Echecratis filius, è Petra quidẽ tribu, sed oriundus à Lapithe ac Cæneo. Qui quum neq; ex hac muliere, neque ex alia tolleret liberos, missus est Delphos ad consulendum de prole. eum introeuntẽ statim Pythia his versibus compellauit,

Eetion, te nemo (licet sis tantus) honorat.
Conceptum pariet saxum graue Labda, monarchos
[3] *Qui cadet in ciues, emendabitque Corinthum.*

[4] Hoc oraculum quod Eetioni redditum est, eôdem tendebat quo alterum antea Bacchiadis redditum, haud prius intellectum quam hoc renunciatum est in hæc verba,

Concipit in petris aquila, enixura leonem
Robustum, sæuum, genua & qui multa resoluet.
Hæc bene nunc animis versate Corinthia proles,
Qui colitis pulchram [5] *Pallenem, altamque Corinthum.*

1 Nunc profecto cælũ sub terra erit, terraq; cælo supereminebit, homines mare incolent, pisces domicilium prius hominũ accipient, quum vos Laced. reb. pub. euersis in vrbes reducere conemini. quibus nihil in reb. hum. nec magis iniustũ est, nec magis sanguinatiũ. *Perinde acsi diceret cũ poeta, Omnia natura prepostera legibus ibunt, Parsq; suũ mundi nulla tenebit iter. Omnia iam fient fieri quæ posse negabam: quum vos Laced. adeo mutati sitis vt &c. Sed legendum ὦ δὴ ὅ, τι οὐρανὸς &c.* 2 Sententiam proponeretis. Talis erat Corinthiis vrbis status, vt penes paucos imperium esset. Quum igitur ii qui Bacchiadæ cognominabantur, ciuitatis gubernacula tenerent, & vltro citroq; matrimonia inter se contraherent, cõtigit vt vni ex his, qui Amphion vocabatur, filia nasceretur quæ clauda esset, nomine Labda. Eam quod nullus Bacchiadarũ ducere vellet, duxit Eetion &c. 3 Quod cadet. *neq; enim videtur posse alio referri πεσεῖται quam ad ὀλοίτροχον.* 4 Hæc oraculum Eetioni respondisse, Bacchiadis renunciatur, qui quod prius editum de Corintho fuerat oraculum non intelligebant, quum eôdem quo & illud Eetioni redditum, pertineret. 5 Pireneum,

[1] Id ora-

Id oraculum quum ad eam diem fuisset indeprehensum, simulatque ex hoc Eetionis patuit eodem vtrumque pertinere, silentio suppressere, animo futurũ Eetionis filium extinguendi. Et vt primum mulier enixa est, miserunt è suo numero decem viros ad tribum in qua habitabat Eetion, qui puerum extinguerent. Isti, postquam ad Petram peruenere, & ad Eetionis atrium accessere, puerum petunt. Labda cur venissent ignara,[2] paternæq; beneuolentiæ caussa venisse eos rata, affert filium, & in vnius eorum manum porrigit. erat autem inter viam constitutum, vt qui primus eorum puerum cepisset, is humi illum allideret. Verum diuina quadam fortuna puer ei viro cui à Labda traditus erat, arrisit. quam rem illi consideranti miseratio subiit pueri occidendi. Sic misertus alteri tradidit, & ille tertio, atque ita deinceps per manus traditus infans, per omnes decem transiit: ac nemine interimere volente, rursus matri est redditus. Illi egressi atque ante ianuam stantes, alius alium incusabant castigabantque, sed primum præcipue, qui ex conuento non fecisset: donec interiecto temporis spatio placitum est vt rursus introgressi omnes fierent participes cædis. Sed necesse erat ex Eetionis stirpe germinari Corintho perniciem. nam Labda stans pro foribus, hæc omnia exaudiebat: eoque metuens ne illi immutata voluntate acceptum rursus puerum interimerent, asportauit, & in mensura frumentaria occuluit: qui locus visus est minime inuestigabilis, quum sciret, illos, si redirent ad inuestigandum puerum, omnia scrutaturos: vt & contigit. nam introgressis & scrutantibus vbi nõ apparuit, visum est eis abeundum, atque iis à quibus missi essent, dicendum se cuncta quæ illi mandassent perpetrasse: atque ita reuersi dixerunt. Post hæc Eetionis filio crescenti impositum est nomen Cypselo, ob periculum hoc quod deuitauerat in cypsela, *id est*, *mensura frumentaria*. Vbi autem in virilem adoleuit ætatem, consulenti oraculum Delphis, anceps est redditum, quo fretus Corinthum aggressus occupauit. oraculum autem hoc erat,

Vir locuples nostras hic qui descendit ad ædes

qui tibi assentiatur adest. quare perge ire eam viam quam interdiu ire destinaueras. Hæc loquutus ille visus est Xerxi ab aspectu euanuisse. Vbi dies illuxit, Xerxes huius insomnii nulla ratione habita, coacto eorundem Persarum quos pridie coegerat concilio, ita verba fecit, Viri Persæ, veniam mihi date dicenti contrariam superiori sententiam. nam & ego nondum ad summum quo perueniendum est mihi prudentiæ perueni: & qui vt illud faciam suadent, nullo vnquã à me tempore abscedunt. Eoque mihi Artabani sententiam audienti, confestim iuuẽtus efferbuit vt verba in virum grandẽ natu effunderem petulantiora quam debui. nunc itaque agnoscens erratum meum, vtar illius sententia: & quoniam reuocaui expeditionis sumendæ sententiam, vos quieti estote. Hæc vbi audiere Persæ, lætitia affecti regem adorauere. Insequenti nocte idem rursus insomniũ quiescenti Xerxi assistens, inquit, Fili Darii, videris expeditionem apud Persas reuocasse, verbis meis pro nihilo habitis, quasi illa à nemine audisses. Hoc igitur nunc bene intellige, nisi extemplo inis expeditionem, hoc tibi ex ea re continget: quemadmodum breui magnus & amplus effectus es, ita breui rursus humilis eris. Hoc viso perterrefactus, è cubili exiliit pariter & nunciũ misit ad accersendum Artabanum. qui vbi aduenit, ita ad eum inquit, Artabane, ego statim quũ in te bene consulentẽ mihi stultis verbis inuectus sum, non fui compos mentis: sed non multo post pœnitens, cognoui id mihi esse faciendum quod tu præcipiebas. Tamen id volens exequi, non possum. nam mihi iam animo immutato, & prioris sententiæ pœnitenti, apparuit in somnis visio, dissuadens omnino hoc quod posterius facere constitueram: quinetiam nunc interpositis minis abscessit. Quod si Deus est qui insomnium misit, eique prorsus est cordi expeditionem sumi aduersus Græciam, continget hoc tibi quod mihi insomnium, itidem vt mihi præcipiens. Quod ita fore coniecto, si omnem meum ornatum sumas, eoque indutus in sella mea consideas, & deinde in cubili meo capias somnum. Hæc loquuto Xerxi, Artabanus initio nolle obsequi, atque negare se dignum qui regio in solio sederet: tandem quum cogeretur, fecit imperata, hæc præloquutus,

χρὴ αὐτῶν ἀναχάσσ.

——— adest quisquam qui tibi *huius rei, id est, reuocatæ sententiæ*, conscius futurus sit. *Vel*, Nec adest qui tibi *hoc delictum reuocatæ sententiæ* condonaturus sit. *q. d. Nec ego qui tibi adsto impune hoc abire sinam.* 1 In solio meo

Apud

1 Apud me rex tantundem valet bene sentire per se, & alteri bonam dicenti sententiam accedere: quæ ambo tibi quum adsint, malorum tamen hominum colloquia te deprauant: quemadmodum mare, quod est hominibus omnium vtilissimum, ferunt ab ingruentibus ventorum flatibus non sini naturam sua vti. Ego vero[1] quum ex te male audiui, non tam meam dolui vicem quam tuam: qui, quum propositæ essent duæ sententiæ Persis, vna quæ detrimentum augeret, altera quæ tolleret, dicens pernicioſum esse imbui animum vsu plura semper expetendi: his propositis sententiis, tu elegisti eam quæ & tibi ipsi & Persis est periculosior. 2 Nunc autem quum ad te mutato in melius consilio de sumenda aduersus Græcos expeditione ais accessisse insomnium, alicuius dei nutu, quod te vetat dimittere exercitum, hoc non res diuina est, fili. insomnia enim ista sunt, quæ adeuntia homines frustrantur, quemadmodum ego te docebo, multis quam tu annis natu grandior. Consuerunt ipsa somniorum visa plerunq; frustrari ob ea quæ quis per diem mente agitauit. nos autem nudiustertius[2] expeditionem hanc inter manus & quidē vehemēter habuimus. 3 Quod si hoc nō est cuiusmodi ego dico, sed aliquid diuini habens, tu ipse omnia in summa dixisti. apparebit enim vt tibi, ita & mihi eadem iubens. Verum nihilo magis apparere mihi debebit tuum amictum gerenti, quam non gerenti, sed meum: neque magis quiescenti in tuo toro quam non, sed in meo: si etiam alias vult se exhibere. Neque eo vesaniæ peruenit illud quicquid est quod sese obtulit in somnis, vt me cernens putet esse te, ducto è vestibus argumento. Id autem si me contemptui habebit, profecto nec aspectu suo dignabitur siue mea gerentem vestimenta, siue tua, sed te adibit: quod iam animaduertendum est. Nam si frequentius accesserit, ipse quoque fatebor diuinum esse. Ceterum si ita tibi agendum videtur, neque id reuocari potest, en ad cubandum in tuo cubili pergo. Age, mihi quoque, quum

Γ'σον ἐκεῖνο ὦ βασιλεῦ παρ' ἐμοὶ κέκειται, φρονέειν τε εὖ, καὶ τῷ λέγοντι χρηστὰ ἐθέλειν πείθεσθαι· πάντε καὶ ἀμφότερα ταῦτα ἐπίκηται, ἀνθρώπων κακῶν ὁμιλίη σφάλλουσι. καταπερ τῶν πνεόντων χρημάτων ἀνθρώποισι θάλασσαν, πνεύματα φαῖεν ἂν ἐμπίπτοντα, οὐ περιορᾶν φύσει τῇ ἑωυτῆς χρᾶσθαι. ἐμὲ δὲ ἀκηκόοντα πρὸς σεῦ κακῶς, οὐ τοσοῦτον ἔδακε λύπη, ὅσον γνωμέων ἀμείνω παρεκτιμώων Πέρσῃσι, τῆς μὲν, ὕβριν αὐξούσης, τῆς δὲ, καταπαυούσης, καὶ λεγούσης ὡς κακὸν εἴη διδάσκειν τὸν ψυχὴν πλέον τι δίζεσθαι αἰεὶ ἔχειν τοῦ παρεόντος, τοιουτέων παρεκτιμώων γνωμέων, ὅπῃ τὸν σφαλερωτέρην σώουσί τε καὶ Πέρσῃσι καὶ ἀρεσκόμενος. νῦν ὦν, ἐπείτε δὴ τέτραφαι ὀρθὴ τὸν ἀμείνω, φῆς τοι μεπέντε ὄν ἐπ' Ἕλληνας στόλον, ἐπιστρέφοντα ὄνειρον θεοῦ τινὸς πομπῇ, οὐκ ἐῶντός σε καταλύειν τὸν στόλον. ἀλλ' οὐδὲ ταῦτά ἐστι θεῖα, ὦ παῖ. σύντροφα γὰρ τὰ ἐς ἀνθρώπους πεπλασμένα, τοιαῦτά ἐστι οἷά σε ἐγὼ διδάξω, ἔτεσι σοῦ πολλοῖσι πρεσβύτερος ἐών. πεπλάσθαι αὐτὰ μάλιστα εἰώθασι αἱ ὄψιες τῶν ὀνείρων, τὰ τις ἡμέρης φροντίζει. ἡμεῖς δὲ περὶ τῆς πρηγμάτων ταύτην τὴν στρατηλασίην καὶ τὸ κάρτα εἴχομεν μετὰ χεῖρας. εἰ δὲ ἄρα μὴ ἔστι τοῦτο τοιοῦτο οἷον ἐγὼ λέγω, ἀλλά τι τοῦ θεοῦ μετέχον, σὺ πρῶτα αὖ τὸ συλλαβὼν εἰπέ μοι. φανήσεται γὰρ δὴ κἀμοὶ ὡς καὶ σοὶ δοκέει μεγαλωστί. φαίνῃ δὲ οὐδὲν μᾶλλόν μοι ὀφείλων ἔχοντι τὸν σὸν ἐσθῆτα, ἢ ὁκοῖ τὸν ἐμόν· οὐδέπω μᾶλλον ἐν κοίτῃ τῇ σῇ αἰσχυνόμενος, ἢ οὐ καὶ ἐν τῇ ἐμῇ· εἴπερ γε μὴ ἄλλως ἐθέλει φανῆναι. οὐ γὰρ δὴ ἐς τοσοῦτό γε δηλήμης ἀπήκει τοῦτο ὄ, τι δὴ κοτέ ἐστι τὸ ὀπτοφανόμενόν τοι ἐν τοῖσι ὕπνοισι, ὥστε δίζεσθαι, ἐμὲ ὁρῶν, σὲ εἶναι, τῇ σῇ ἐσθῆτι τετιμημένον. εἰ δὲ ἐμὲ μὲν ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιήσεται, οὐδὲ ἀξιώσει ὀπτοφανῆναι, οὔτε τὴν ἐμὴν ἐσθῆτα ἔχω, οὔτε τὴν σὴν, οὐδὲ ὀπτοφοιτήσει· τοῦτο μανθητέον ἤδη ἐστί. εἰ γὰρ μὴ ὀπτοφοιτήσει συνεχέως, φαίην ἂν καὶ αὐτὸς θεῖον εἶναι. εἰ δέ τοι οὕτω δέδοκται γίνεσθαι, καὶ οὐκ οἷά τε αὐτῷ παρεῖναι, ἀλλ' ἤδη ἐπὶ ἐν κοίτῃ τῇ σῇ κατυπνώσας, φέρε, τουτέων ἐξ ἐμοῦ ὀπιτελεσθέντων, φαίνου καὶ ἐμοί. μέχρι δ' τούτου τῇ παρεούσῃ γνώμῃ χρήσομαι. Τοιαῦτα εἰπὼν

247 χ' σφαλερωτέρην

χ' ἐών-τα

χ' φαίνου

xvii ista fecero, appareat. hac tantum condicione tuæ sententiæ acquiescam. Hæc loquutus

1 Quum tu me probris es insectatus, non id mihi tam doluit, quam quod ex duabus sententiis quæ Persis propositæ erant, altera insolentiam prouehente, altera eam compescente, & pernicioſum esse dicente docere animū plura præsentibus semper expetere: ex his sententiis eam tu elegeris &c. 2 *Id est, de hac expeditione, magna cum animi contentione egimus, vel, tractauimus.*

Ἀρτάβανος, νομίζων Ξέρξεα ἀποδέξειν λέγοντα ἀνδρὶ, ἐποίεε ὃ κελεύομενον. ἐσελθὼν δὲ τῷ Ξέρξεω ἐσθῆτα, καὶ ἐξόμενος ἐς ὃν βασήιον θρόνον, ὡς μετὰ ταῦτα χρῆτον ἐποιέετο, ἠλθέ οἱ καταπνωμένῳ τὼυτὸ ὄνειρον ὃ καὶ τῷδε Ξέρξεα ἐφοίτα. ὑποφὰς δὲ τοῦ Ἀρταβάνου, εἶπε τάδε, Ἄρα σὺ ἦσθα ὁ ἀποτρέπων Ξέρξεα στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ὡς μὴ κνηδόμενος αὐτοῦ; ἀλλ' οὔτε ἐς τὸ μετέπειτα, οὔτε ἐς τὸ παρεὸν καλῶς τεθέωκας, ἀποτρέπων ὃ χρεὼν γενέσθαι. Ξέρξεα δὲ τὰ δεῖ πάσχειν αὐτὸν ἐπιστέλλεται. Ταῦτά τε δὴ ἐδόκεε Ἀρτάβανος ὃν ὄνειρον ἀπειλέειν, καὶ θερμοῖσι σιδηρείοισι ἐπιχειρέειν αὐτοῦ μέλλειν τοὺς ὀφθαλμούς. καὶ ὃς, ἀμβώσας μέγα δεινὰ θέσκει· καὶ παρεξόμενος Ξέρξῃ, ὡς τὸ πρῶτον οἱ τοῦ ὑπνίου διεξῆλθε ἀπαγορεύμενος, δεύτερα οἱ λέγει τάδε, Ἐγὼ μὲν, ὦ βασιλεῦ, οἷα ἀνθρώπους ἰδών τε πολλὰ καὶ μεγάλα πεσόντα πρήγματα ἐπὶ πολλῶν, οὐκ ἔων σε τὰ πρῶτα τῇ ἡλικίῃ εἴκειν· ὅπισθε μὲν ὡς κακὸν εἶναι ὃ πολλοὶ ἐπιθυμέουσι· μεμνημένος ὡς ἐγὼ μὲν ὅτι Μασσαγέτας Κύρου ἐπῆλθε, ὡς ἔσχε· μεμνημένος δὲ καὶ ὅτι ἐπὶ Αἰθίοπας τοῦ μεμνησκόμενος Καμβύσεω, συστρατευόμενος δὲ καὶ Δαρείῳ ὅτι Σκύθας. ὅτι σάμενος ὧν ταῦτα, γνώμην εἶχον, ἀτρεμίζοντά σε μακαρίζων εἰ πρὸς πάντων ἀνθρώπων. ἐπεὶ δὲ δαιμονίη τις γίνεται ὁρμὴ, καὶ Ἕλληνας (ὡς ἔοικε) φθορή τις καταλαμβάνει θείη τος, ἐγὼ μὲν καὶ αὖθις ἐπέρομαι, καὶ τὴν γνώμην μετατίθεμαι· σὺ δὲ σήμηνον μὲν Πέρσῃσι τὰ ἐκ τοῦ θεοῦ πεμπόμενα, χρῆσθαι δὲ κέλευε τοῖσι σὺ σέο πρόσθε τεταγμένοισι ἐς τὴν στρατιήν. πρέπει δὲ οὕτω ὅκως τοῦ θεοῦ στρατιδίδοντος, τῶν σῶν ἐνδεήσῃ μηδέν. τοιούτων λεχθέντων, ἐνθαῦτα ἐπαρθέντες τῇ ὄψει, ὡς ἡμέρη ἐγένετο πάχιστα, Ξέρξης τε ἐπετίθετο ταῦτα Πέρσῃσι· καὶ Ἀρτάβανος, ὃς πρότερον ἀποπειρώμενος ἐφαίνετο, τότε ἀποπειρώμενος φανερὸς ἦν. Ὡρμημένῳ δὲ Ξέρξῃ στρατηλατέειν, μετὰ ταῦτα τρίτη ὄψις ἐν τῷ ὕπνῳ ἐγένετο, τὴν οἱ μάγοι ἐκείνας ἀκούσαντες, φέρειν τε ἐπὶ πᾶσαν γῆν, δουλοῦσθαί τε οἱ πάντας ἀνθρώπους. ἡ δὲ ὄψις ἦν ἥδε· ἐδόκεε ὁ Ξέρξης ἐστεφανῶσθαι ἐλαίης θαλλῷ· ἀπὸ δὲ τῆς ἐ-

Artabanus, [1]quod ſperaret ea à Xerxe ſine vllis verbis admiſſum iri, iuſſa exequutus eſt. Et quum induta ſibi Xerxis veſte, regali ſolio reſediſſet, moxque recubuiſſet, idem inſomnium dormientẽ adiit quod Xerxem adierat, eique ſuperaſſiſtens, ita inquit, [2]Tune ille es qui feſtinantem ire in Græciam Xerxem diſtines, tanquã eius curator? Tu neque in futurum neque in præſens conſideras, qui diſſuades id quod eſt fatale contingere. Quid autem Xerxem pati neceſſe ſit, niſi dicto audiens fuerit, ei ipſi demonſtratum eſt. His verbis Artabano viſus eſt ille vir in ſomnis minitari, candentibuſque ferramentis conari oculos ipſi exurere. Qua de re vehementer exclamans Artabanus exiliit, aditoque Xerxi obſeruatam ſibi in ſomnis viſionem expoſuit, ſecundoque loco hæc inquit: [3]Equidem rex, ego, veluti homo, quod multa iam viderã, & magna negocia ſub Heſſonibus contigiſſe, non ſinebam te omni ætati indulgere, gnarus rem eſſe malam multa concupiſcere, memoria tenens quomodo cum exercitu Cyri contra Maſſagetas actum eſſet: quomodo cum exercitu Cambyſis contra Æthiopes: qui etiam cum Dario militaui aduerſus Scythas. Hæc ſciens ego, ſentiebam te (ſi quieſceres) omnium hominum beatiſſimum. Sed quoniam diuinus quidam inſtinctus eſt, & Græcos cladesquædam (vt videtur) miſſa diuinitus manet, ego quoque cedo, ac ſententiam muto. Tu vero quæ diuinitus miſſa ſunt, indicato Perſis, iubetoque vt iis quę ad apparatum pertinentia ante præceperas, operam dent. Et ita agito vt nihil tuorum, deo tribuente, deſit. His dictis, & ſublatis ex ea viſione animis, vbi dies extitit, ibi confeſtim & Xerxes hæc Perſis exponit, & Artabanus, quem conſtabat prius ſolum omnium id fuiſſe dehortatum, tunc exhortabatur. ¶ Poſt hæc ineunti expeditionem Xerxi tertium in ſomnis viſum oblatum eſt: quod magi auditum, coniectarunt ad vniuerſam terram pertinere, portendereque omnes homines Xerxi ſeruituros. Viſum autem tale erat: Videbatur ſibi Xerxes ſurculo oleagino coronatus eſſe, cuius o-

XVIII

XIX

1 Quum ſperaret fore vt quæ à Xerxe dicerentur, vana eſſe probaret, iuſſa exeq. 2 Tune ille es qui Xerxem ab inferendo Græcis bello dehortatis, tanquam eius curam gerens? At nec in præſens nec in poſterum impune tibi erit quod ea diſſuades quæ fata fieri volunt. 3 Ego certe, rex, qui multos quorum res ampliores eſſent, ab illis quorum res anguſtiores erant, ſuperatos vidiſſem, te per omnia morem ætati gerere non ſinebam. *At Valla populum aliquem ſub Meſſonum nomine videtur ſomniaſſe.*

lcæ ra-

leæ ramis vniuersa tellus occuparetur, & mox corona capiti circundata, euaneſcere. Hæc magis interpretatis, ſine mora Perſæ qui in concilio fuerant, ad ſuam quiſque præfecturam digreſſi, omni ſtudio incubuerunt ad exequenda iuſſa, cupidi dona quæ propoſita fu-
xx erant obtinendi. Xerxes autem ita copias ſuas contraxit vt omnem continentis locum ſcrutaretur. ſiquidem à debellata Ægypto per totum quadriennium comparauerat exercitum, atque eius apparatum, quinto autem anno ineunte mouit cum ingenti copiarum manu. Nam omnium quos nouimus exercituum hic multo maximus extitit: adeo vt ad eum nihil fuiſſe videatur aut ille Darianus, qui aduerſus Scythas ductus eſt, aut ille Scythicus, qui Cimmerios inſequens Medicam regionem inuaſit, ac pæne omnia ſuperiora Aſiæ ſubegit ac tenuit: (quo nomine Darius poſtea Scythas iuit vltũ) aut ille (vt fama fert) Atridæ aduerſus Ilium, aut ille ante Troicũ bellum, Myſorũ, Teucrorumq;, qui per Boſphorum in Europam tranſgreſſus, omnes Thraces in deditionem ſuam redegit, ad Ioniumque Pontum deſcendens, ad Peneum vſq; amnem qui ad meridiem vergit, proceſſit. Neq; illi omnes exercitus, neque alii his adiecti, cum vno hoc comparari merentur. [1] Quis enim non attulit ad Xerxem ex Aſia copias? quæ aqua præter ingentes amnes potando non defecit? Alii nanque naues præſtabant, aliis vt peditatum, aliis vt equitatum, aliis vt nauigia ad vectandos equos eorum qui vna militabant, aliis vt naues longas in vſum pontium præſtarent, iniunctum erat, aliis vt frumentum & naues. Quæ triennio ſuperiore præparata erant, præcipue propter Athon, vt in quo ſuperior claſſis dum circumuehitur afflictata fuiſſet. Ad Eleuntem enim Cherſoneſi claſſis habebat ſtationem, illincque omnes copiæ ſub verberibus cœperunt Athon effodere, quum per vices alii aliis ſuccederent, adiuuantibus etiam in effodiendo accolis: præpoſitis operi, Bubare Megabyzi, [2] & Artæo Artachæi filio, viris
xxii Perſis. Eſt autem Athos mons ingens ac nobilis, ad mare pertingens, ab hac parte hominibus cultus, ad continentem deſinens in ſpeciem Cherſoneſi, *id eſt*, *peninſulæ*, cum iſthmo duo-

λαίης τοὺς κλήδους γῆν πᾶσαν ὑπισχεῖν. μετὰ δὲ, ἀφανισθείσας τῇ κεφαλῇ κείμενον ὃν στέφανον. κινδύνων δὲ τούτῳ τῷ μάγων, Γερσέων τε τῶν συλλεχθέντων, αὐτίκα πᾶς ἀνὴρ ἐς τὴν ἀρχὴν τὴν ἑωυτῷ ἀπαλάσας, εἶχε προθυμίην πᾶσαν ὅτι τοῖσι αἱρεθεῖσι, θέλων αὐτὸς ἕκαστος τὰ προκείμενα δῶρα λαβεῖν. Καὶ Ξέρξης τῷ στρατῷ οὕτω ἐπαίρεσιν ποιεόμενος, χώρην πολλὴν ἐρεύνα τῆς ἠπείρου. ἀπὸ γὰρ Αἰγύπτου ἀλώσιος, ὅτε μιν τέσσερα ἔτεα πλήρεα ὡπλίζετο στρατιήν τε καὶ τὰ προσφορέα τῇ στρατιῇ· πέμπτῳ δὲ ἔτεϊ ἀναμίξας ἐστρατηλάτεε χειρὶ μεγάλῃ πλήθεος. στόλων γὰρ τῶν ἡμεῖς ἴδμεν πολλῷ δὴ μέγιστος οὗτος ἐγένετο· ὥστε μήτε ὃν Δαρείου ὃν ὅτι Σκύθας ὡδὲ τοῦτον μηδίζειν φαίνεσθαι, μήτε ὃν Σκυθικὸν, ὅτε Σκύθαι Κιμμερίους διώκοντες, ἐς τὴν Μηδικὴν χώρην ἐμβαλόντες, σχεδὸν πάντα τὰ ἄνω τῆς Ἀσίης κατεστρέψαντο, ὡς ἐμοὶ δοκέειν. τῶν εἵνεκεν ὕστερον Δαρεῖος ἐλυπήθη. μήτε κατὰ τὰ λεγόμενα τῶν Ἀτρειδέων ἐς Ἴλιον, μήτε ὃν Μυσῶν τε καὶ Τευκρῶν, ὃν περὶ τῶν Τρωϊκῶν γενόμενον· οἱ γὰρ Θρηϊκας κατεστρέψαντο πάντας, καὶ ὅτι ὃν Ἰώνιον πόντον κατέδησαν, μέχρι τε Πηνειοῦ ποταμοῦ τὴν πρὸς μεσαμβρίην ἔλασαν. Αὗται αἱ πᾶσαι, οὐδὲ ἕτεραι πρὸς ταύτησι γενόμεναι αἱ στρατηλασίαι, μιῇ τῇσδε οὐκ ἀξίαι. τί γὰρ οὐκ ἦγαγε ἐκ τῆς Ἀσίης ἔθνος ὅτι τὴν Ἑλλάδα Ξέρξης; τί ὃν δὲ πίνόμενον ὕδωρ οὐκ ἐπέλιπε, πλὴν τῶν μεγάλων ποταμῶν; οἱ μὲν γὰρ νέας παρείχοντο, οἱ δὲ ἐς πεζὸν ἐτετάχατο, τοῖσι δὲ ἵππους πρόσεστε ἄγειν, τοῖσι δὲ ἱππαγωγὰ πλοῖα, ἅμα στρατευομένοισι· τοῖσι δὲ ἐς γέφυρας μακρὰς νέας παρέχειν· τοῖσι δὲ, σῖτά τε καὶ νέας. καὶ τοῦτο μὲν, ὡς ἀπ' ἀλλήλων πρήσσοντες ἐπλεόνεκτεον πρὸς ὃν Ἄθων, προετοιμάζετο πρὸ τριῶν ἐτέων, καὶ μάλιστα ἐς ὃν Ἄθων. ὑπὸ γὰρ Ἐλεοῦντι τῆς Χερσονήσου ὥρμεον τριήρεες· ἐνθεῦτεν δὲ ὁρμεώμενοι, ὤρυσσον ὑπὸ μαστίγων πολυπληθέες τὸ γραπτὸν, ἀλλόδοχοι δὲ ἐφοίτων· ὤρυσσον δὲ καὶ οἱ περὶ τὸν Ἄθων κατοικημένοι. Βουβάρεις δὲ ὁ Μεγαβάζου, καὶ Ἀρταχαίης ὁ Ἀρτάου, ἄνδρες Πέρσαι, ἐπεστάτεον τοῦ ἔργου. Ὄρος γὰρ Ἄθως ἐστὶ ὄρεος μέγα τε καὶ ὀνομαστὸν, ἐς θάλασσαν κατῆκον, οἰκημένον ὑπὸ ἀνθρώπων. τῇ δὲ τελευτᾷ ἐς τὴν ἤπειρον ὄρος, χερσονησοειδές τε ἐστι, καὶ ἰσθμὸς ὡς δισ-

1 Quam enim ex Aſia gentem in Græciam non adduxit Xerxes? 2 Et Artachæo Artæi filio.

δεκα σταδίων· πεδίον δὲ τοῦτο, καὶ κολωνοὶ οὐ μεγάλοι ἐκ θαλάσσης τῆς Ἀκανθίων, ὅπῃ θαλάσσουσι τὴν ἀντίον Τορώνης· ἐν δὲ τῷ ἰσθμῷ τούτῳ, ἐς ὃν τελευτᾷ ὁ Ἄθως, Σάνη πόλις Ἑλλὰς οἴκηται. αἱ δὲ ἐντὸς Σάνης, ἔσω δὲ τοῦ Ἄθω οἰκημέναι, τὰς τότε ὁ Πέρσης νησιώτιδας αὐτῇ ἠπειρωτίδων ὥρμητο ποιέειν, εἰσὶ αἵδε, Δῖον, Ὀλοφυξός, Ἀκρόθοον, Θύσος, Κλεωναί. πόλιες μὲν αὗται αἱ ὑπ' Ἄθων νέμονται. Ὧρυσσον δὲ ὧδε· δασάμενοι ὃν χῶρον οἱ βάρβαροι κατὰ ἔθνεα, κατὰ Σάνιον πόλιν σχοινοτενὲς ποιησάμενοι· ἐπὶ δὲ ἐγίνετο βαθέα ἡ διώρυξ, οἱ μὲν, κατώτατα ἑστεῶτες, ὤρυσσον· ἕτεροι δὲ παρεδίδοσαν ἐν αἰεὶ ὀρυσσόμενον χῶν ἄλλοισι κατύπερθε ἑστεῶσι ὅπῃ βάθος· οἱ δ' αὖ ἐκδεκόμενοι, ἑτέροισι, ἕως ἀπίκοντο ἐς τοὺς αἰωρατῶ· οὗτοι δὲ ὀξεφόρεόν τε καὶ ὀξέβαλλον. τοῖσι μὲν νυν ἄλλοισι πλὴν Φοινίκων, καταῤῥηγνυμένοι οἱ χρημνοὶ τῆ ὀρύγματος, πόνον διπλήσιον παρεῖχον. ἅτε γὰρ τῷ τε ἄνω τόματος καὶ τῷ κάτω τὰ αὐτὰ μέτρα ποιευμένων, ἔμελλε σφι τοιοῦτον ἀποβήσεσθαι· οἱ δὲ Φοίνικες σοφίῃ ἔν τε τοῖσι ἄλλοισι ἔργοισι ἀποδείκνυνται, καὶ δὴ καὶ ἐν τούτῳ. ἀπολαχόντες γὰρ μοῖραν ὅσον αὐτοῖσι ἐπέβαλε, ὤρυσσον· τὸ μὲν ἄνω τόμα τῆς διώρυχος ποιεῦντες διπλήσιον ἢ ὅσον ἔδει αὐτὴν τὴν διώρυχα γίνεσθαι· προβαίνοντος δὲ τοῦ ἔργου, στενοῦν αἰεί. κάτω τε δὴ ἐγίνετο, καὶ ὀξυσυβόλῳ τοῖσι ἄλλοισι τὸ ἔργον. ὀνθαῦτα δὴ λειμὼν ὅδε, ἵνα σφι ἀγορή τε ἐγίνετο καὶ ταρπήσιον. σῖτος δὲ σφισι πολλὸς ἐφοίτα ἐκ τῆς Ἀσίης ἀλπλεσμένος. Ὡς μὲν ἐμὲ συμβαλεόμενον δοκέειν, μεγαλοφροσυνῆς εἵνεκα αὐτὸ Ξέρξης ὀρύσσειν ἐκέλευε, ἐθέλων τε δεῖξαι μίν ἀποδεικνύσθαι, καὶ μνημόσυνα λιπέσθαι. παρεὸν γὰρ, μηδένα πόνον λαβόντας, διὰ ἰσθμοῦ τὰς νέας ἑλκύσαι, ὀρύσσειν ἐκέλευε διώρυχα τῇ θαλάσσῃ, δι' ἧς ὡς δύο τριήρεας πλέειν ὁμοῦ ἐλαυνομένας. τοῖσι δὲ αὐτοῖσι τούτοισι τοῖσί περ καὶ τὸ ὄρυγμα, παρητέτακτο καὶ τὸν Σιμόεντα ποταμὸν ζεύξαντας γεφυρῶσαι. Ταῦτα μὲν νυν οὕτω ἐποιέετο. παρεσκευάζετο δὲ καὶ ὅπλα ἐς τὰς γεφύρας βύβλινά τε καὶ λευκοῖνου· ἐπιτάξας Φοινίξί τε καὶ Αἰγυπτίοισι καὶ σιτία τῇ στρατιῇ καταβάλλειν, ἵνα μὴ λιμήτειε ἡ στρατιὴ, μηδὲ τὰ ὑποζύγια ἐλαυνόμενα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. διατυθέντος δὲ τοὺς χώρους,

Θύσσον,

διώρυχα

decim ſtadiorum. Hæc planities atque tumuli, è mari Acanthiorum ad mare quod eſt contra Toronem, non ſunt magni. In hoc iſthmo vbi Athos finitur, ſita eſt vrbs Græca nomine Sana. Quę autem extra Sanam & intra Athon ſitæ ſunt vrbes, eas tunc Perſa ex continentibus inſulanas facere aggreſſus eſt: quæ ſunt hæ, Dion, Olophyxus, Acrothoon, Thyſus, Cleonæ. Iſtæ quidem ſunt vrbes quæ apud Athon incoluntur. Hunc autem in modum barbari locum [1] nationatim effodiebant recto limite Sanam verſus. Poſteaquam depreſſa erat foſſa ab iis qui in imo fodiebant, alii humum effoſſam aſſidue tradebant aliis ſuper ſcalas ſtantibus: & iſti excipientes tradebant deinceps aliis, dum ad ſummos perueniebatur, qui illam efferebant atque abiiciebant. Qua in re [2] tumuli effoſſi duplicē laborem illis, præterquam Phœnicibus, præbebant: nam quum eandem facerent foſſæ menſuram ſuperius in ore quam inferius in fundo, id neceſſe fuit contingere. At Phœnices cum aliis in rebus, tum vero in illa prudentiam ſuam declarauerunt: qui partem quæ ſibi cōtigerat, ita excauauerunt vt os foſſæ duplū eſſet quàm ipſam foſſam eſſe oportebat, procedenteque opere aſſidue illam coarctabant: vt quum ad imum deuentum eſſet, foſſa ceterorum partibus adæquaretur. Eſt autem hoc loco pratū quoddam, vbi illorum erat & forum & mercatus, quo multum etiam ex Aſia frumenti moliti comportabatur. Hāc foſſam Xerxes (vt ego coniectura colligo) iactantiæ gratia deprimi iuſſit, potentiæ oſtentandæ cupidus, ac memoriæ ſui relinquendæ. nam quum liceret nullo negocio naues per iſthmum tranſportare, iuſſit iſthmū intercidi, ad mare recipiendum in foſſam tantæ latitudinis vt duæ triremes pariter illac agitari poſſent. Eiſdem autem imperatum eſt vt foſſam facerent, quibus fuerat vt flumen Strymonē pontibus iungerent. Iſta Xerxes hunc in modū fecit. Cōparauit item ad pontem [3] armaturā, [4] ſirpi atq; albi lini copiam: dato hoc Phœnicibus atq; Ægyptiis negocio vt commeatū exercitui comportarent: ne homines neve iumenta quæ ducebantur in Græciam, [5] abſumerentur. Sed admonitus

XXIII

XXIV

XXV

1 Nationatim diſtributum effoderunt 2 Præruptæ præcipitia foſſę dupl. 3 Ὅπλα hic vocantur funes nautici. Gall. Le cordage. 4 Bybli 5 Fame laborarent. λιμήτειε, non λιμήνειε.

iuſſit

iussit illum in loca quæ cuique opportunissima essent, alius alia via comportaret vndique ex Asia nauibus onerariis & vectoriis. Verum plurimi comportarunt in oram quæ dicitur Album litus, vt quibusque præceptum erat: alii in Tyrodizam Perinthiorum oram, alii in Doriscum, alii in Eionem, quæ est super Strymonem: alii in Macedoniam. Dum isti in imperato sibi traiectu occupantur, interea Xerxes, coactis omnibus pedestribus copiis, iter ingressus est Sardis versus, mouens ex Critalis Cappadociæ. Illuc enim edictum erat vt cunctæ copiæ cogerētur, quæ per continentem erant cum Xerxe ituræ. In quibus quisnam præfectorum agmen pulcherrime instructum ducens, ab rege donatus est proposito præmio, affirmare non possum, quia nec à principio, quum res in iudicium deducta est, cognoui. Posteaquam autem transmisso flumine Haly, attigerunt Phrygiam, itinere per eam facto, peruenerunt Celænas, vbi fontes Mæandri existunt: & alterius amnis non minoris Mæandro, nomine Cataractæ, qui ex ipso foro Celænarum exoriens influit in Mæandrum. In qua vrbe & in quo foro visitur suspensa Sileni Marsyæ pellis in vtrē formata: quam à Phrygibus fertur Apollo illi detractam suspendisse. ¶ In hac vrbe residens Pythius Atys filius, vir Lydus, omnem regis exercitum atque ipsum Xerxem magnificentissimo hospitio excepit: sponditq; se pecuniam ei in bellum suppeditaturum. Ob quam sponsionem Xerxes eos qui aderant Persas interrogauit quisnam esset Pythius, & quantū possidēs, qui hoc polliceretur. Illi Rex, inquiunt, hic ille est qui Darium patrē tuū aurea platano ac vite donauit: quique nunc omnium hominum diuitiis princeps est secundum te. Hæc vltima verba Xerxes admiratus, secundo loco percontatus est ipse Pythiū quantum ei pecuniarum esset. Cui ille, Neque te, inquit, celabo rex, neque dissimulabo me scire meas ipsius facultates: sed sciens, proinde exacte recensebo. Etenim [1] posteaquā accepi, celerrime te ad mare Græcum esse descensurum, volens tibi ad bellum pecuniam dono dare, subducta ratione comperi mihi esse argenti quidem duo millia

XXVI

XXVII

XXVIII

καταβάλλειν ἐκέλευε ἵνα ὅτι τηδεωτατον εἴη, ἄλλος ἄλλη ἀγινέοντας ὁλκάσι τε καὶ πορθμηίοισι ἐκ τῆς Ἀσίης πολυπαχόθεν. Ὧν δὲ τῶν πλείστων ἐς Λευκὴν ἀκτὴν καλεομένην τῆς Θρηίκης ἀγίνεον, οἱ δὲ, ἐς Τυρόδιζαν τὴν Περινθίων, οἱ δὲ, ἐς Δορίσκον, οἱ δὲ, ἐς Ἠιόνα τὴν ὑπὲρ Στρυμόνι, οἱ δὲ, ἐς Μακεδονίην. Ἐν τῷ δὲ οὗτοι ὧν προκείμενον πόνον ἐργάζοντο, ἐν τούτῳ ὁ πεζὸς ἅπας συλλελεγμένος ἅμα Ξέρξῃ, ἐπορεύετο ἐς Σάρδις, ἐκ Κριτάλων ὁρμηθείς τῶν ἐν Καππαδοκίῃ. ἐνθαῦτα γὰρ εἴρητο συλλέγεσθαι πᾶσι τοῖσι κατ' ἤπειρον μέλλουσι ἅμα αὐτῷ Ξέρξῃ στρατεύεσθαι στρατόν. ὡς μὲν νυν τῶν ὑπάρχων στρατὸν κάλλιστα ἐσταλμένον ἀγαγὼν, τὰ προκείμενα τοῖσι βασιλέος ἔλαβε δῶρα, οὐκ ἔχω φράσαι. οὐδὲ γὰρ ἀρχὴν ἐς κείνην τοῦτον πέρι ἐλθόντας οἶδα. οἱ δὲ, ἐπεί τε Ἅλυν διέβαινον τὸν Ἅλυν ποταμὸν, ὡμίλησαν τῇ Φρυγίῃ, διὰ τῆς πορευόμενοι, παρεγένοντο ἐς Κελαινάς, ἵνα πηγαὶ ἀναδιδοῦσι Μαιάνδρου ποταμοῦ, καὶ ἑτέρου οὐκ ἐλάσσονος ἢ Μαιάνδρου, τῷ οὔνομα τυγχάνει ἐὸν Καταρράκτης· ὃς δὲ αὐτῆς τῆς ἀγορῆς τῆς Κελαινέων ἀνατέλλων, ἐς ὃν Μαίανδρον ἐκδιδοῖ· ἐν τῇ καὶ ὁ τοῦ Σιληνοῦ Μαρσύεω ἀσκὸς ἐν τῇ πόλι ἀναρτέεται· ὃν ὑπὸ Φρυγῶν λόγος ἔχει ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἐκδαρέντα ἀνακρεμασθῆναι. Ἐν ταύτῃ τῇ πόλι ὑποκατήμενος Πύθιος ὁ Ἀτύος, ἀνὴρ Λυδὸς, ἐξείλισε τὴν βασιλέος στρατιὴν πᾶσαν ξεινίοισι μεγίστοισι, καὶ αὐτὸν Ξέρξεα· χρήματά τε ἐπαγγέλλετο, βουλόμενος ἐς τὸν πόλεμον παρέχειν. ἐπαγγελλομένου δὲ χρήματα Πυθίου, εἴρετο Ξέρξης Περσέων τοὺς παρεόντας, τίς τε εἶη ἀνδρῶν Πύθιος, καὶ κόσα χρήματα κεκτημένος, ἐπαγγέλλοιτο ταῦτα. οἱ δὲ εἶπαν, Ὦ βασιλεῦ, οὗτός ἐστι « ὃς τοι ὃν πατέρα Δαρεῖον ἐδωρήσατο τῇ πλαταιστῷ τῇ χρυσείῃ, καὶ τῇ ἀμπέλῳ· ὃς καὶ νῦν ἐστι πλούτῳ τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, μετὰ σε. « Θωυμάσας ὧν τῶν ἐπέων ὁ τελευταῖον Ξέρξης, αὖτος δεύτερα εἴρετο Πύθιον ὁκόσα οἱ εἴη χρήματα· ὁ δ' εἶπε, Ὦ βασιλεῦ, οὔτε σε ἀποκρύψω, οὔτε σκήψομαι δ' μὴ εἰδέναι τὴν ἐμεωυτοῦ οὐσίην, ἀλλ' ὅτι « σταλμός τοι ἀτρεκέως καταλέξω. ἐπεί τε γὰρ πάντα σε ἐπυθόμην ὅτι θαλάσσαν καταβαίνοντα « τὴν Ἑλλησπόντου, βουλόμενός τοι δοῦναι ἐς τὸν πόλεμον χρήματα, ἐξέμαθον, καὶ ὕστερον λογιζόμενος, ἀργυρίου μὲν δύο χιλιάδας εὔουσας μοι «

1 Quum ad mare Græciæ descendere te audissem, statim opum mearum rationem inire aggressus sum. Iam tum enim in animum induxeram pecuniam tibi dono dare in bellum id gerendum. Subducta igitur ratione, argenti quidē talenta duo——

» παλαιτῶν, χρυσίου δὲ, τετρακοσίας μυριάδας στα-
» τήρων Δαρεικῶν, ὑπὸ δεούσας ἑπτὰ χιλιαδέων. τὰ
» τούτοισί σε ἐγὼ δωρέομαι. αὐτῷ δέ μοι ἀπὸ ἀνδρα-
» πόδων τε καὶ γεωπόδων ὁ βίος. ὁ μὲν ταῦτα ἔ-
» λεγε. Ξέρξης δὲ ἡσθεὶς τοῖσι εἰρημένοισι, εἶπε,
» Ξεῖνε Λυδὲ, ἐγὼ, ἐπεί τε ἐξῆλθον τὴν Περσίδα χώ-
» ρην, σὸ δεύτερος ἀνδρὶ συμμίξας ἐς τόδε, ὅστις ἠθέλησε
» ξεινίων τε τυχεῖν στρατῷ τῷ ἐμῷ, σὸ δὲ ὅστις ἐς ὄ-
» ψιν τὴν ἐμὴν καταστὰς, αὐτεπάγγελτος ἐς ὃν τρό-
» πον ἐμοὶ ἠθέλησε συμβαλέσθαι χρήματα, ἔξω
» σοῦ. σὺ δὲ καὶ ἐξείνισας μεγάλως στρατὸν ὅλον ἐ-
» μόν, καὶ χρήματα μεγάλα ἐπαγγέλλεαι. σοὶ ὦν ἐ-
» γὼ αὐτὶ αὐτέων γέρεα τοιάδε δίδωμι, ξεῖνόν τέ σε
» ποιεῦμαι ἐμὸν, καὶ τὰς τετρακοσίας μυριάδας τοι
» τῶν σατήρων ἀποπλήσω τὰρ ἐμεωυτῦ, δοὺς τὰς
» ἑπτὰ χιλιάδας· ἵνα μὴ τοι ὑπὸ δεέες ἔωσι αἱ τετρα-
» κόσιαι μυριάδες ἑπτὰ χιλιάδεων, ἀλλ' ἢ τοι ἀπαρ-
» πλήσω τὰν ἐμέο πεπληρωμένην. κέκτησό τε αὐ-
» τὸς τὰ περ ἔκτησαο, ὑπίσασό τε εἰ αἰεὶ τοιοῦτος. εὖ
» γὰρ τοι ταῦτα ποιέοντι, οὔτε ἐς τὸ παρεὸν, οὔτε ἐς τὸ
μέλλον μεταμελήσει. Ταῦτα δὲ εἰπὼν, καὶ ὑπε-
τέλεα ποιήσας, ἐπορεύετο αἰεὶ τοπρόσω. Ἀπικνέε-
ται δὲ καλεομένην Φρυγῶν πόλιν τὴν Δαμειτόμμος, καὶ
λίμνην ἐκ τῆς ἅλες γίνονται, ἀπίκετο ἐς Κολοσσάς,
πόλιν μεγάλην Φρυγίης, ἐν τῇ Λύκος ποταμὸς ἐς
χάσμα γῆς ἐσβάλλων, ἀφανίζεται· ἔπειτα ἀπὸ
σταδίων ὡς μάλιστά κη πέντε ἀναφαινόμενος, ἐκδι-
δοῖ καὶ οὗτος ἐς τὸν Μαίανδρον. ἐκ δὲ Κολοσσέων
ὁρμεώμενος ὁ στρατὸς ἐπὶ τοὺς οὔρεας τῶν Φρυγῶν
καὶ τῶν Λυδῶν, ἀπίκετο ἐς Κύδρα πόλιν· ἔνθα
στήλη κατάπεπηγε, σημαίνουσα δὲ τὸν Κρῖσον,
καταμηνύει ἀπὸ γραμμάτων τοῖς οὔρεσι. Ὡς
δὲ ἐκ τῆς Φρυγίης ἐσέβαλε ἐς τὴν Λυδίην, σχιζο-
μένης τῆς ὁδοῦ, καὶ τῆς μὲν ἐπ' ἀριστερὰ, ὅτι Κα-
ρίην φερούσης, τῆς δὲ ἐς δεξιὰ, ἐς Σάρδις, τῇ καὶ
ποταμὸν ἀπαμείβεσθαι ὃν Μαίανδρον ποταμὸν
πᾶσα ἀνάγκη γίνεται, καὶ ἱέναι παρὰ Καλλάτηβον
πόλιν, ἐν τῇ ἄνδρες σημοεργοὶ ἐκ μυρίκης τε καὶ
πυροῦ μέλι ποιέουσι· ταύτην ἰὼν ὁ Ξέρξης τὴν ὁδὸν, εὗ-
ρε πλάτανον, τὸ κάλλεος εἵνεκα, δωρησάμενος κό-
σμῳ χρυσέῳ, καὶ μιζεδωνῷ ἀθανάτῳ ἀνδρὶ ἐπιτρέψας,
δεύτερῃ ἡμέρῃ ἀπίκετο ἐς τὴν Λυδῶν τὸ ἄστυ. Ἀπι-
κόμενος δὲ ἐς Σάρδις, πρῶτα μὲν ἀπέπεμπε κήρυκας

talentorum, auri vero quadragies centena millia nummûm Daricorum, ſeptem millibus minus: quæ tibi dono do. nam mihi ipſi victus è mancipiis atque ex agricolis ſuppetit. Hæc Pythius. Quibus verbis delectatus Xerxes, Hoſpes Lyde, inquit, ego ex quo Perſidem regionem egreſſus ſum, neminem adhuc nactus ſum qui in exercitum meum hoſpitalitatem exercere voluerit, aut qui in conſpectum meum veniens, ſua ſponte pecuniam mihi ad bellum conferret, præter te: qui & exercitum meum egregia hoſpitalitate proſequutus es, & ingentem pecuniam polliceris.[1] ob quæ viciſſim ego te iis remunerandum duco. Hoſpitem meum te facio: & iſta quadragies centena millia nummûm de meo ipſius explebo, datis ſeptem millibus: ne quadringentæ myriades, *id eſt, quadragies centena millia*, ſint imperfectæ, ſed addito è meis ſupplemento ſumma ſit ſolida. quæq; poſſides, ipſe poſſideto, ac ſcito ſemper talem agere. nam ita agentem te, neq; in præſens neque in poſterum pœnitebit. Hæc loquutus, & quæ dixerat exequutus, perrexit aſſidue porro ire: prætergreſſuſque vrbem Phrygiam nomine Anaua, & ſtagnum ex quo conficitur ſal, peruenit Coloſſas Phrygiæ oppidum, vbi Lycus amnis hiatum terræ ſubiens occulitur, deinde fere quinque poſt ſtadia emergens, elabitur & ipſe in Mæandrum. Mouens autem è Coloſſis exercitus, venit ad oppidum Cydra, quod eſt in finibus Phrygum ac Lydorum: vbi cippus depactus atque erectus à Crœſo eſt, indicans litteris eos fines. Vbi autem è Phrygia in Lydiam ventum eſt, ad diuortia viarum, quarum ſiniſtra in Cariam fert, dextra Sardis: quam tenentibus neceſſe eſt prorſus Mæandrum tranſire, vrbemque Callatebum præterire, in qua ſunt opifices mellis è myrica & tritico conficiendi: hanc viam tenens Xerxes, reperit platanum quam ob pulchritudinem aureo monili donauit, eamque tuendam viro [2] immortali delegauit: & ad vrbem Lydorum altero die peruenit. ¶ Poſtquam Sardis aduenit, principio caduceatores dimiſit

xxix

xxx

xxxi

xxxii

—— millia, auri vero myriadas quadringentas ſtaterum Daricorum, ſeptem millibus minus, habere me comperi: quę tibi dono dare ſtatui. Mihi autem victus ex mancipiis & agricultura ſuppetet. *Ex Bud. interpr.* 1 Vt tecum paria faciam, pro hac liberalitate hoſpitem te meum facio: quadringentas vero myriadas nummûm de meo explebo, datis tibi chiliadibus ſeptem, vt quadragies centenis millibus Daricorum ſtaterum nihil deſit. Proinde quæ hactenus poſſediſti, poſſideto: mementoque talem te ſemper præſtare. hæc enim te facientem nec in præſens nec in futurum pœnitebit. *Ex eiuſdem Bud. interpr.* 2 *De his viris qui Immortales dicebantur, vide quæ poſtea traduntur ab Herodoto hoc eodem in libro.*

in Græ-

in Græciam petitum terram & aquam: edictumque vt cœnas regi instruerent ad omnes ciuitates, præter Athenas & Lacedæmonem. [1] Eorum autem causſa mittebat petitũ terram & aquam, quia qui hæc ante Dario petenti non miſerant, hos tunc, perterritos omnino daturos ai bitrabatur. Id igitur volens ex-
XXXIII plorare, caduceatores dimiſit. ¶ Secundum hæc ſeſe apparabat tanquam Abydum profecturus, quum interea ii quibus negocium hoc datum erat, Helleſpontum ex Aſia in Europam coniungerent. Eſt autem Cherſoneſi in Helleſponto, Seſtum inter & Madytum vrbes, ora ſalebroſa, quę in mare procurrit eregione Abydi. Vbi non longo poſt tempore ſub Xanthippo Ariphronis filio Athenienſium duce, Artayctem virum Perſam Seſti præfectum cepere viuum, ſtipitique ſuffixerunt: qui in templum etiam Proteſilai quod eſt in Eleunte adductis feminis nefanda perpe-
XXXIV trabat. Ad hanc oram ex Abydo iungere pontem inchoauere ii quibus hoc munus erat delegatum: hinc Phœnices albo lino, illinc Ægyptii [2] ſirpo. Eſt autem ex Abydo ad vlteriorem continentem ſeptem ſtadiorum traiectus: quem pontibus iunctum ingens adorta tempeſtas ea omnia dirupit atque diſſol-
XXXV uit. Quod quum audiſſet Xerxes, indigne ferens, iuſſit trecenta Helleſponto verbera infligi, & in eius pelagus par compedum demitti. Iam vero audiui miſiſſe quoque cum his etiam qui ſtigmata Helleſponto inurerent. Certe mandauit vt colaphos Helleſponto incuterent, dicentes barbara verba ac veſana, O aqua amara, dominus hanc tibi irrogat pœnã quod eum leſiſti, qui de te nihil male meritus erat. Te tamen rex Xerxes, velis noliſve, tranſmittet: meritoque nemo hominum tibi ſacrificat, vt doloſo pariter & amaro flumini. Hac pœna mare Xerxes plecti iuſſit, atque eis qui præpoſiti operi erant, caput præ-
XXXVI cidi. Et illos quidem pontes fecerunt ii quibus hæc ingrata merces propoſita erat. At alii architecti qui alios fecerũt, hoc modo iunxerunt: Biremes triremeſque trecentas ſexaginta Euxinum verſus Pontum compoſuere: item ab altero latere trecentas quatuordecim, Ponto quidem tranſuerſas, Helleſponto autem ſecundum defluxum,

ἐς Ἰλιὸν Ἑλλάδα, αἰτήσοι τᾶς γᾶς τε καὶ ὕδωρ, καὶ προερέοντας δεῖπνα βασιλεῖι παρασκευάζειν. πλὴν οὔτε ἐς Ἀθήνας, οὔτε ἐς Λακεδαίμονα ἀπέπεμπε διὰ γῆς αἴτησιν, τῇ ἄλλῃ πάντῃ. τῶν εἵνεκα τοῦδε μᾶλλον ἀπέπεμπε διὰ γᾶς τε καὶ ὕδωρ· ὅσοι γὰρ πρότερον οὐκ ἔπεμψαν Δαρείῳ πέμψαντι, καὶ ἴδοσαν τότε δείσαντας, δώσειν· βουλόμενος ὦν αὐτὸ τοῦτο σκοπεῖν ἀκριβέως, ἔπεμπε. Μετὰ δὲ ταῦτα, παρεσκευάζετο ὡς ἐλῶν ἐς Ἄβυδον· οἱ δὲ ἐν τούτῳ τῷ Ἑλλησπόντου ἐζεύγνυσαν ἀπὸ τῆς Ἀσίης ἐς τὴν Εὐρώπην. ἔστι δὲ τῆς Χερσονήσου τῆς ἐν Ἑλλησπόντῳ, Σηστοῦ τε πόλιος μεταξύ τε καὶ Μαδύτου, ἀκτὴ παρὰ ἐς θάλασσαν κατήκουσα, ἀπὸ Ἀβύδου κατωτέρω· ἔνθα μετὰ ταῦτα, χειμῶνος ὑστέρου οὐ πολλοῦ, ὑπὸ Ξανθίππου τοῦ Ἀριφρονος, στρατηγοῦ Ἀθηναίων, Ἀρταύκτην ἄνδρα Πέρσην λαβόντες Σηστοῦ ὕπαρχον, ζῶντα τοῖς σανίσι προσδεπασσάλευσαν· ὃς καὶ ἐς τὸ Πρωτεσίλεω τὸ ἱρὸν τὸ ἐς Ἐλαιοῦντα ἀγινέοντας γυναῖκας, ἀθέμιτα ἔργα ἔρδεσκε. Ἐς ταύτην ὦν τὴν ἀκτὴν ἐκ Ἀβύδου ὁρμεώμενοι, ἐγέφυρουν τοῦσι προσέκειτο· τὴν μὲν λευκολίνου, Φοίνικες· τὴν δὲ ἑτέρην τὴν βυβλίνην, Αἰγύπτιοι. ἔστι δὲ ἐνθαῦτα στάδια ἑπτὰ ἐκ Ἀβύδου ἐς τὴν ἀπαντίον. καὶ δὴ ἐζευγμένου τοῦ πόρου, ὑπὸ μεγάλου χειμῶνος μέγας συνέκοψέ τε σκεῖνα πάντα καὶ διέλυσε. Ὡς δὲ ἐπύθετο Ξέρξης, δεινὰ ποιήσας, τὸν Ἑλλήσποντον σκέλῃσι τρηχέσι ὑπεκέαθαι μάστιγι πληγὰς, καὶ κατεῖναι ἐς τὸ πέλαγος πεδίων ζεύγεος. ἤδη δὲ ἤκουσα ὡς καὶ μαγήϊας ἅμα τούτοισι ἀπέπεμψε στίζοντας τὸν Ἑλλήσποντον. ἐνετέλλετο δὴ ὧν ῥαπίζοντας, λέγειν βάρβαρά τε καὶ ἀπάδαλα, Ὦ πικρὸν ὕδωρ καὶ ἄλμυρον, δεσπότης τοι δίκην ὑπερτίθεται τῇδε, ὅτι μιν ἠδίκησας, οὐδὲν προσκείμενου ἄδικον πάθον. καὶ βασιλεὺς μὲν Ξέρξης, διαβήσεται σε, καὶ τῷ τε σὺ γε βουλῇ, καὶ τῷ μή· σοὶ δὲ κατὰ δίκην ἁρὰ ὡς οὐδεὶς ἀνθρώπων θύει, ὡς ἰόντι καὶ δολερῷ τε καὶ ἀλμυρῷ ποταμῷ. τὴν τε δὴ θάλασσαν ἐνετέλλετο τούτοισι ζημιοῦν, καὶ τῶν ἐπεζευγότων τὴν ζεῦξιν τοῦ Ἑλλησπόντου ἀποταμεῖν τὰς κεφαλάς. Καὶ οἱ μὲν ταῦτα ἐποίεον τοῖσι προσέκειτο αὐτῇ ἡ ἄχαρις τιμή· τὰς δὲ ἄλλοι ἀρχιτέκτονες ἐζεύγνυσαν. ἐζεύγνυσαν δὲ ὧδε· πεντηκοντέρους καὶ τριήρεας συνθέντες, ὑπὸ μὲν τὸν πρὸς τὸν Εὔξεινου πόντου, ἑξήκοντά τε καὶ τριηκοσίας, τὸν δὲ πόντου, διὰ καρσίας· τὸν δὲ Ἑλλησπόντου, κατὰ ῥόον,

252

1 *Desunt hic aliquot verba in vulgar. edit. Gracis, quæ Valla addit, vt etiam in vet. noſtris cod. habentur.* 2 Byblo.

ἵνα διακωχεύῃ ὃν τόνον τῷ ὅπλων. συνθέντες δέ, ἀγκύρας κατῆκαν εὐμηκέας, τὰς μὲν πρὸς τὸ πόντου τῆς ἑτέρης, τῶν ἀνέμων εἵνεκα τῶν ἔσωθεν ἐκπνεόντων· τῆς δὲ ἑτέρης τῆς πρὸς ἑσπέρης τε καὶ τοῦ Αἰγαίου, Εὔρου τε καὶ νότου εἵνεκα. διέκπλοον δὲ ἐποίησαν καὶ τὰ λιπον τῶν πεντηκοντέρων, καὶ τοῖχον, ἵνα καὶ ἐς ὃν πόντον ἔχῃ ὁ βουλόμενος πλέειν πλοίοισι λεπτοῖσι, καὶ ἐκ τοῦ πόντου ἔξω. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, κατέτεινον ἐκ γῆς, πρεβλωσῶντες ὄνυξι ξυλίνοισι τὰ ὅπλα· οὐκέτι χωρὶς ἑκάτερα τάξαντες, ἀλλὰ δύο μὲν λευκολίνου διπλόα ἐς ἑκάτερον, τέσσερα δὲ τῶν βυβλίνων. παχύτης μὲν ὦν αὐτῆς, καὶ κάλλος· τῷ δὲ λόγῳ δὲ ὦν ἐμβριθέστερα τὰ λίνεα, τοῦ πάλαντον ὁ σῆκος εἶλκε. ἐπεὶ δὲ ἐγεφυρώθη ὁ πόρος, χέρμασι ξύλων καταρρίσαντες, καὶ ποιήσαντες ἴσους τῆς σχεδίης τῷ εὖρει, χώσμῳ ἐπέθεσαν κατύπερθε τῶν ὅπλων τοῦ τόνου. θέντες δὲ ἐπὶ ξῆς, οὕτω αὖτις ἐπέζευγνυον. ποιήσαντες δὲ ταῦτα, ὕλῃ ἐπεφόρησαν· χώσμῳ δὲ θέντες καὶ τὴν ὕλην, γῆν ἐπεφόρησαν. καταπάξαντες δὲ καὶ τὴν γῆν, φραγμὸν παρείρυσαν ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ἵνα μὴ φοβέηται τὰ ὑποζύγια τὴν θάλασσαν ἐμφορεόμενα, καὶ οἱ ἵπποι.

Ὡς δὲ πάντα τὰ γεφυρέων κατεσκεύαστο, καὶ τὰ πρὸς τὸν Ἄθων, οἵ τε χοῦν πρὸς τὰ στόματα τῆς διώρυχος, οἱ ῥηχίης εἵνεκεν ἐποιήθησαν, ἵνα μὴ ἐμπίπληται τὰ στόματα τοῦ ὀρύγματος, καὶ αὐτὴ ἡ διώρυξ πρωτελέως πεποιημένη ἀγγέλλετο, σθαῦτα χειμερίσας, ἅμα τῷ ἔαρι παρεσκευασμένος ὁ στρατὸς, ἐκ τῶν Σαρδίων ὥρμα τὸ ἐλάων ἐς Ἄβυδον· ὡρμημένῳ δέ οἱ, ὁ ἥλιος ἐκλιπὼν τὸν ἐν τῷ οὐρανοῦ ἕδρην, ἀφανὴς ἦν, οὔτε νεφέων ἐόντων, αἰθερίης τε τὰ μάλιστα· ἀντὶ ἡμέρης τε, νὺξ ἐγένετο. ἰδόντι δὲ καὶ μαθόντι τοῦτο τῷ Ξέρξῃ ὀπτιμένες ἐγένετο· καὶ εἴρετο τοὺς μάγους ὅ θέλει τοῦτο φαίνειν τὸ φάσμα. οἱ δὲ ἔφασαν ὡς Ἕλλησι τοῦτο δείκνυσι ὁ θεὸς ἔκλειψιν τῶν πολίων· λέγοντες ἥλιον εἶναι Ἑλλήνων τοῦτο κτέανον, σελήνην δέ, σφέων. πυθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Ξέρξης, εὐεχαρὴς ἐὼν, ἐποιέετο τὴν ὁδὸν ἐξέλασιν. Ὡς δὲ ἐξήλασε τὴν στρατιὴν, Πύθιος ὁ Λυδὸς καταρρωδήσας τὸ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φάσμα, ἐπαρθεὶς τε τοῖσι δωρήμασι, ἐλθὼν τοῦτο Ξέρξεα, ἔλεγε τάδε, Ὦ δέσποτα, χρήσας δύνῃ τοῦ βουλεύματος τυχεῖν, δοῦναί μοι ἐλαφρὸν τυγχάνει ἐὸν ἐπουρῆσαι, ἐμοὶ δὲ μέγα ἀμόρμιον; Ξέρξης δὲ πολλῷ μᾶλλον δοκέων μιν χρήσειν ἢ τὸ ἐδεήθη, ἔφη τε ἐπουρήσειν,

vt stabiliret funes armamentorũ. Quibus compositis, prægrandes ancoras demiserunt, partim ab hoc latere contra Pontum, ventorum causſa qui [1] extrinsecus spirant: partim ab altero contra vesperum & Ægeum, Eurì & Austri causſa: relicto ad auroram tribus in locis inter biremes transitu: vt qui vellet in Pontum minutis nauigiis & ex Ponto nauigare posſet. His actis, contenderunt à terra armamenta, contorquentes machinamentis ligneis, non iam separatim vtraque, sed bina ex albo lino hinc, quaterna è byblo illinc. Quorum quidem retinaculorum crassitudo hæc erat & species: sed proportione linea, robustiora erant, quorum cubitus talentum pendebat. Porro traiectu pontibus iuncto, codices lignorum discisſos & ad latitudinem ratis adæquatos apte instrauerunt super armamenta intenta. Hos vbi gradatim disposuerunt, tum vero rursus desuper innexuerunt. Quod posteaquam fecere, materiam attulerunt concinneque imposuerunt, deinde super materiam aggerem comportarunt: quo iniecto, sepem hinc atque hinc, ne maris aspectu iumenta & equi terrerentur, prætenderunt. ¶ Perfectis iis quæ ad pontes pertinent, & item circa Athon aggeribus ad fauces fossæ propter æstuaria maris, ne ipsæ fauces aluei obstruerentur: Xerxes nunciato sibi prorsus alueo absoluto, Sardibus, vbi hybernauerat, ineunte vere instructo cum exercitu profectus est Abydum versus. cui mouenti sol suam in cælo sedẽ relinquens apparere desiit, quum nullæ nubes, verũ serenissimus aer esſet: & pro die nox extitit. Id animaduertenti quum cura incessisſet percontandi magos quid ostentum id vellet portendere, illi responderunt, deum significare Græcis ciuitatum defectũ: quod dicerent, solem, Græcorum: lunam, ipsorum esſe præsidem. Ea re audita Xerxes maiorem in modum lætatus ire pergebat. Quẽ procedentem adiens Pythius Lydus cælesti ostento perterritus, elato animo propter munera his verbis alloquutus est, Domine, indulgebisne quiddam quod impetrare cupio, tibi leue concessu, sed mihi pro magno futurum? Xerxes nihil non potius illum quàm petebat petiturum ratus, se indulturum respondit,

XXXVII

XXXVIII

ἥλασεν

[1] Intrinsecus

&c

& vt peteret proloqui iussit. Pythius vbi hoc audiuit, sumpta fiducia, Domine, inquit, quinque mihi liberi sunt, quos omnes contingit in militiam tecum ire aduersus Græciam: horum vni tu quæso, rex, misertus mei qui huc processi ætatis, indulge militiæ vacationem, ei qui natu est maximus: vt & mei ipsius & census curam gerat: quatuor tecum vna ducas. ita confectis quæ in animo habes, rursus reuertaris. Rex ob id admodum indignatus, his verbis respondit, Homo improbe, tune, quum ego ipse in expeditionem eam aduersus Græciam, filiosque meos & fratres domesticos & amicos ducam, ausus es mentionem filii tui facere, qui meus es seruus, quem oportebat cum omni familia & vxore me comitari? Probe nunc discito hoc, animum in hominum habitare auribus. [1] Qui bene audit, eius corpus voluptate perfunditur: qui vero male, is exacerbatur. Tu itaque quum bene feciſti, & alia eiusdem generis promisisti, non gloriaris te supergressum esse regem munificentia: postea vero quàm ad impudentiora conuersus es, non tu quidem pro merito, sed minora quam pro merito accipies. nam te & quatuor liberos liberant tua munera: vnius autem quem præcipue complecteris, damno mulctabere. Hæc quum respondisset, subito imperauit iis quibus delegatum erat ista exequi, vt maximum natu filiorum Pythii inuentum discinderent medium: eiusq; discisſi dimidium ad dexteram viæ, & dimidium ad sinistram disponerent, & illac transiret exercitus. Hoc illi vbi exequuti sunt, illac exercitus pertransiuit. In quo præcedebant ii qui sarcinas portabant & impedimenta. Post hos omnigenarum gentium non distinctæ sed promiscuæ copiæ, numero vltra dimidium exercitus. Post has intercedebat interuallum: neque enim cum rege miscebātur. Præcedebāt enim mille equites è Persis omnibus delecti: [2] secundum hos totidem hastati, & ii delecti ex omnibus, versis deorsum in terram spiculis. Post hos [3] equi decem quam pulcherrime ornati, qui Nisæi dicūtur, ideo sic dicti quod est ingens Medicæ regionis campus

XXXIX

XL

καὶ δὴ ἀγεμόνευε ἐκέλευε ὅτῳ δοίατο. ὁ δὲ, ἐπεί τε τοῦτα ἤκουσε, ἔλεγε θαρσήσας παῖδε, Ω᾽ δέσποτα, τυγχάνουσί μοι παῖδες ἐόντες πέντε, καὶ σφέας καταλαμβάνει πόλεμος ἅμα σοὶ στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. σὺ δὲ ὦ βασιλεῦ, ἐμὲ ἐς τόδε ἡλικίης ἤγαγε οἰκτείρας, τῶν μοι παίδων ἕνα χρῆζε τῆς στρατιῆς ὃν πρεσβύτατον, ἵνα αὐτῷ τε ἐμοὶ καὶ τῶν χρημάτων ᾖ μελεδωνός· σὺ δὲ τέσσερας ἄγε ἅμα σεωυτῷ· καὶ πρήξας τὰ νοέεις, νοστήσειας οἴκαδε. Καρπὸν τε ἐθυμώθη ὁ Ξέρξης, καὶ ἀμείβετο τοῖσδε, Ω᾽ κακὲ ἄνθρωπε, σὺ ἐτόλμησας ἐμοὶ στρατευομένῳ αὐτὸς ὅτι τὴν Ἑλλάδα, καὶ ἄγοντος παῖδας ἐμοὺς καὶ ἀδελφεοὺς καὶ οἰκηίους καὶ φίλους, μνήσασθαι περὶ σέο παιδός, ἐὼν ἐμὸς δοῦλος, ὃν χρῆν σὺν πάσῃ οἰκίῃ αὐτῇ γυναικὶ συνέπεσθαι; ἐμοὶ νῦν τόδε ὄξεσίσασο, ὡς ἐν τοῖσι ὠσὶ τῶν ἀνθρώπων εἰκέει ὁ θυμός· ὃς χρηστὰ μὲν ἀκούσας, τέρψιος ἐμπίπλεῖ τὸ σῶμα· ἐπεὰν αἰτίη δὲ ξύντυχῃ, ἀνοιδέει. ὅτε μέν νυν χρηστὰ ποιήσας ἕτερα τοιαῦτα ἐπηγγέλλεο, ὑπερεσήιη βασιλῆα οὐ καυχήσεσθαι ὑπερβαλέεσθαι· ἐπεί τε δὲ ἐς ὃ σιαγόνος ἔτεο, τῷ μὲν ἀξίῳ οὐ λάμψεαι, ἐλάσσω δὲ τῆς ἀξίης. σὲ μὲν γὰρ καὶ τοὺς τέσσερας τῶν παίδων ῥύεται τὰ ξείνια· τῷ δὲ ἑνὸς τῷ περιέχεαι μάλιστα, τὸν ψυχὴν ζημιώσεαι. ὡς δὲ ταῦτα ἐπεκέαστο, αὐτίκα ἐκέλευε τοῖσι προσετέτακτο ταῦτα πρήσσειν, τῶν Πυθίου παίδων ἐξελόντας ὃν πρεσβύτατον, μέσον διαταμεῖν· διαταμόντας δὲ, τὰ ἡμίτομα διαθεῖναι, τὸ μὲν, ὅτι πὰρ δεξιὰ τῆς ὁδοῦ, τὸ δέ, ἐπ᾽ ἀριστερά· καὶ ταύτῃ διεξιέναι τὸν στρατόν. Ποιησάντων δὲ τοῦτο τοῦτο, μετὰ ταῦτα διεξήιε ὁ στρατός. ἡγέοντο μὲν οἱ σκευοφόροι τε καὶ τὰ ὑποζύγια· μετὰ δὲ τούτους, σύμμικτος στρατὸς πάντοιων ἐθνέων ἀναμίξ, οὐ διακεκριμένοι· τῇ δὲ ὑπερημίσιες ἦσαν, ἐνθαῦτα διελέλειπτο, καὶ οὐ συνέμισγον οὗτοι βασιλεῖ. προηγεῦντο μὲν γὰρ ἵππου χίλιοι, ἐκ Περσέων πάντων ἐπιλελεγμένοι, μετὰ δὲ αἰχμοφόροι χίλιοι, καὶ οὗτοι ἐκ πάντων ἐπιλελεγμένοι, τὰς λόγχας κάτω ἐς τὴν γῆν τρέποντες· μετὰ δέ, ἱεροὶ Νισαῖοι καλεόμενοι ἵπποι δέκα, κεκοσμημένοι ὡς κάλλιστα. Νισαῖοι δὲ καλέονται ἵπποι ὅτι τῶνδε ἔστι πεδίον μέγα τῆς Μηδικῆς

253

τῷ τῆ ψυχῆ

1 Qui quum bona audierit, voluptate corpus implet: quum his diuersa, molestia afficitur. *Ita Eraſ.* 2 *Hæc in vulg. quidem edit. non habentur: sed in vet. cod. leguntur hoc modo,* μετὰ δὲ αἰχμοφόροι χίλιοι, καὶ οὗτοι ἐκ πάντων ἐπιλελεγμένοι. *Hæc autē è lectionum varietate omissa fuisse, (quorum oculos ea subterfugerint quæ sunt à priore ἐπιλελεγμένοι usque ad posteriores) ex sequentibus apparet, vbi hæc enumeratio repetitur.* 3 Sacri equi dec.

τῷ οὔνομα ἐστὶ Νίσαιον· τοὺς ὧν δὴ ἵππους τοὺς μεγάλους φέρῃ ὁ πεδίον τοῦτο. ὀπισθεν ὦ πυτέων τ δέκα ἵππων, ἅρμα Διὸς ἱερὸν ἐπετέτακτο, ὃ ἵππων οἱ μὲν εἶλκον λευκοὶ ὀκτώ. ὀπισθε ὦ τῶν ἵππων εἵπετο παῖς ἰθὺς ἐχόμενος τῶν χαλινῶν. ὀδοὺς δὲ δὴ οὐδεὶς ἔτι ὀπιζαίνει. ὅτι τοῦτον ὃν θεὸν οὐ νομίζουσι ἀνθρώπων ἀναβαίνειν. τοῦτο ὦ ὄπισθεν αὐτὸς Ξέρξης ἐπ' ἅρματος ἵππων Νισαίων παρεβεβήκεε δὲ οἱ ἰθὺς χος, τῷ οὔνομα ἦν Πατιράμφης, Ὀτάεω παῖς, ἀνδρὸς Πέρσεω. Ἐξίλαστο μὲν δὴ ἔτι τῷ ὑπὸ Σαρδίων Ξέρξης, μετεκβαίνεσκε ὦ, ὅκως μιν ὁ λόγος αἱρέοι, ἐκ τοῦ ἅρματος ἐς ἅρμαμαξαν. αὐτὸς ὦ ὄπισθεν αἰχμοφόροι Περσέων οἱ ἄριστοί τε καὶ γνησιώτατοι, χίλιοι, κατὰ νόμον τὸν λόγχας ἔχοντες. μετὰ ὦ, ἵππος ἀνὴρ χιλίη ἐκ Περσέων ἀπολελεγμένη. μετὰ ὦ τὸν ἵππον, ἐκ τῶν λοιπῶν Περσέων ἀπολελεγμένοι μύριοι. οὗτοι πεζὸς ἐών. καὶ τουτέων χίλιοι μὲν ὅτι τοῖσι δόρασι εἰ αἰτὶ τῶν σαυρωτήρων ῥοιὰς εἶχον χρυσέας, καὶ πέριξ στρέκλην τοὺς ἀνδρας· οἱ ὦ εἰναχιλίοι σὺν τουτέων ἐόντες, ἀργυρέας ῥοιὰς εἶχον· εἶχον ὦ χρυσέας ῥοιὰς καὶ οἱ εἰς τὴν γῆν ἐρείδοντες τὰς λόγχας, καὶ μῆλα, οἱ ἄγχιστα ἑπόμενοι Ξέρξῃ. τοῖσι ὦ μυρίοισι ἐπετέτακτο ἵππος Περσέων μυρίη. μετὰ ὦ τὸν ἵππον διέλιπε καὶ δύο στάδιοι, καὶ ἔπειτα, ὁ λοιπὸς ὅμιλος ἦτε ἀτάκτως. Ἐποιέετο ὦ τὴν ὁδὸν ἐκ τῆς Λυδίης ὁ στρατὸς διὰ τε πεδίου Κάϊκον καὶ τὴν γῆν Μυσίην· ἀπὸ ὦ Καΐκου ὁρμεώμενος, Καΐκης ὄρεος ἔχων ἐν ἀριστερῇ, ἦλθε τὰ Ἀπαρνέος ἐς Καρήνην πόλιν. ἀπὸ ὦ ταύτης, ἦλθε Θήβης πεδίου ἐπορεύετο, Ἀδραμύττιόν τε πόλιν καὶ Ἀντανδρον τὴν Πελασγίδα παραμειβόμενος. τὴν Ἴδην ὦ λαβὼν ἐς ἀριστερὴν χεῖρα, ἦιε ἐς τὴν Ἰλιάδα γῆν. καὶ ὡρώπα μέν οἱ ἐπὶ τῇ Ἴδῃ νύκτα ἀναμείναντι βρονταί τε καὶ ὠρῆς ἦρες ἐπιπίπτουσι, καὶ τινα αὐτοῦ ταύτῃ συχνὸν ὅμιλον διέφθειραν. ἀπιγμένῳ ὦ τὰ στόματα τοῦ ποταμοῦ Σκαμάνδρου, ὃς πρῶτος ποταμῶν, ἐπεί τε ἐκ Σαρδίων ὁρμηθέντες ἐπεχείρησαν τῇ ὁδῷ, ἀπέλιπε ὁ ῥέεθρον, ἐπὶ ἀπεχρησε τῇ στρατιῇ τε καὶ τοῖσι κτήνεσι πιόμενος. Ἐπὶ τοῦτον δὴ τὸν ποταμὸν ὡς ἀπίκετο Ξέρξης, ἐς ὄρος Πειάμου Πέργαμον ἀνέβη, ἱμείρων ἔχων θηήσασθαι. θηησάμενος ὦ, καὶ πυθόμενος κείνων ἕκαστα, τῇ Ἀθηναίῃ τῇ Ἰλιάδι ἔθυσε βοῦς χιλίας· κοσὶ ὦ οἱ μάγοι τοῖσι ἥρωσι ἐχέαντο. ταῦτα ὦ ποιησαμένοισι, νυκτὸς φόβος ἐς ὅ στρατόπεδον ἐνέπεσε. ἅμα ἡμέρῃ ὦ ἐπορεύετο ἐνθεῦτεν, ἐν ἀριστερῇ μὲν ἀπέργων Ῥοίτειον πόλιν καὶ Ὀφρύνιον, καὶ Δορύσσον, ἦτορ δὴ Ἀβύδῳ ὁμουρέοντα·

nomine Niſęus qui grandes fert equos. Hos decẽ equos ſequebatur ſacer Iouis currus, quem octo equi albi trahebant, pone auriga comitante, qui pedibus ingrediens habenas tenebat. hãc enim ſellam nemo mortaliũ inſcendit. Poſt quẽ ipſe Xerxes vehebatur curru equorum Niſæorum, præcedente auriga cui nomen erat Patiramphi, Otanis filio, viri Perſæ. Hunc quidem in modum XLI
Sardibus proceſſit Xerxes: ſed è curru, quoties ratio exigebat, in eſſedũ tranſcendebat. Eum ſequebãtur haſtati Perſarum optimi ac nobiliſſimi mille, è more pila geſtantes. Poſt hos alius delectus equitatus mille Perſarum. Dehinc è ceteris Perſis decem millia peditum delecta, quorum mille in lanceis pro coronis geſtabant mala punica argentea: gerebant item aurea ii qui in terram verſus ſpectantia ſpicula habebant: etiam mala, ii qui Xerxem proxime ſequebantur. Hæc decem millia ordine ſubſequebatur equitatus è decem millibus Perſarum. Relicta poſt hos duorum ſtadiorum intercapedine, mox ibat cetera multitudo promiſcua. Ita XLII
exercitus è Lydia perrexit ad flumen Caicum & regionem Myſiam: à Caico autem à læua habens montem Canen, per Atarnem ad vrbem Carinam. Ab hac per campum Thebanum, vrbem Atramyttium & Antandrum Pelaſgidem prætergrediens, & Idam ad ſiniſtram manum ſtringens, ad terram Ilienſem peruenit. cui primùm ſub Ida noctem agenti, tonitrua & fulgura ingruerunt, & complures ex eo exercitu occiderunt. Deinde ad Scamandrum eſt ventum, qui fluuiorum omnium erat primus, ex quo iter è Sardibus fieri cœptum eſt. Hunc profluentem ſua aqua deſtituit, nec hominibus iumentiſque potantibus ſuffecit. Eo Xer- XLIII
xes poſtquam peruenit, Priami Pergamum aſcendit, loci viſendi cupidus. Quod vbi contemplatus eſt, & ſingula quæque eorum audiuit, Mineruæ Iliadi mille boues immolauit: quarum libamine Magi heroibus parentauerunt. His actis terror per noctem exercitum inuaſit. Simulatque illuxit, illinc mouerunt, à læua ſtringentes Rhœtion vrbem, & Ophryneon, & Dardanon, quę Abydo contermina eſt:

1 *Fortaſſe Vlla aliter ſcriptum reliquit. Poſt pro* Argentea *legendum* Aurea, *ex noſtris exempl. ex quibus etiam ſequi has debent*, Et ceteros intercludebant: nouem autem millia quæ ab his intercludebantur, argentea mala punica geſtabant. *Poteſt* στρέκλην *verti etiam Includebant, vel Circumcingebant.*

à dextra

XLIV à dextra, Gergitas & Teucros. Vbi Abydon venerunt, Xerxi inceſſit cupido omnem exercitum oculis ſubiiciendi. itaque in prætorio quodam, quod ei Abydeni prius ab illo iuſſi è candido lapide in tumulo pro dignitate extruxerant, reſidens proſpiciebat litus, & illic terreſtres copias atque claſſem. Quam dum intuetur, ſubiit eum cupiditas ſpectandi nauale certamen. Id certamen poſtquam commiſſum eſt, in quo Sidonii vicere, voluptatem Xer- 10 xes cepit, cum certaminis tum copia-

XLV rum ſpectaculo. Et quum intueretur omnem Helleſpontum nauibus obductum, omnia litora atque Abydenorum plana hominibus referta, ibi ſe beatum eſſe iactauit, & poſt hæc lacry-

XLVI mas fudit. Quod animaduertens Artabanus eius patruus, qui primo libere diſſuaſerat bellum Græciæ inferendum, his verbis interrogauit, Quam diuerſa, rex, inter ſe nunc facis & dudum dixiſti. qui te beatum eſſe dixeras, nunc 20 lacrymas fundis. Et ille, Reputantem me, inquit, quam breuis ſit omnis humana vita, ſubiit horum miſeratio: quorum, quum tot ſint, nemo ad centeſimum annũ ſupererit. Excipiens Artabanus, Atqui, inquit, alia, quam iſtud eſt, viuendo miſerabiliora patimur. Nam in tam breui vita nullus hominũ adeo felix extitit, neq; horum neq; aliorũ, cui non crebro, nedũ ſemel, ſubitura ſit animo moriendi voluntas potius quã viuendi. Incidentes enim calamitates 30 & morbi vitam perturbant: efficiuntque vt quum breuis ſit, tamen perlonga videatur. Ita mors optatiſſimum eſt perfugium ærumnoſæ vitæ, quam deus dulci guſtu aſpergens ob id inui-

XLVII dius facere deprehenditur. Cui Xerxes, Artabane, inquit, [1] quoniam humanæ vitæ condicio talis eſt qualem tu exponis, eam commemorare ſuperſedeamus: neque triſtium faciamus mentionẽ, quum iucunda in manibus habeamus. Hoc mihi potius ediſſere: niſi tibi ita euidens inſomnii viſio fuiſſet oblata, 40 perſtareſne adhuc in priore ſententia, diſſuadens mihi aduerſus Græciã bellũ? an in ea perſiſteres? agedum aperte hoc mihi dicito. Ei reſpondens Artabanus, Viſio, inquit, rex, quæ in ſomnis obiecta eſt, ad votũ ſuccedat amborũ: ego tamẽ adhuc metuo, & adeo metu perculſus ſũ

ratus id illos per totam nationem diuulgaturos. Hoc loquutus, & locum contemplatus, Thermam renauigauit. Vbi complures dies circa Pieriã est commoratus (nam montem Macedonicum, vt illac in Peræbos omnis transiret exercitus, tertia eius pars repurgabat) eodem [1] legati qui dimissi in Græciam fuerant ad terram petendam, regressi sunt partim inanes, partim terram & aquam afferentes. Quam qui dederunt eorum, hi fuere, Thessali, Dolopes, Enienses, Peræbi, Locri, Magnetes, Melienses, Achæi, Phthiotę & Thebani, ceterique Bœoti præter Thespienses & Platæenses: [2] cum quibus ii Græci *Peræbi* percussérant fœdus qui bellum aduersus barbarum sumpserant. fœdus autem ita habebat: Quicunque Græci se dedidissent Persæ, non adacti necessitate, [3] eorum decimum quenque, rebus bene constitutis, se deo qui Delphis est, deuoturos. Ita apud Græcos iusiurandum se habebat. ¶ Xerxes autem neq; Athenas neque Spartam legatos terram petitũ misérat, ob id quod quos ante Darius ad hoc ipsum misisset, eorũ alios isti in barathrum, alios in puteum deiecerant, iubentes eos illinc terram & aquam ferre ad regẽ. Hac de caussa nullos illuc ad petendum misit. Et Atheniensibus quidem, quod ita [4] legatos tractarint, quid triste contigerit non queo dicere, nisi quod eorũ solum cum vrbe vastatum est: quod tamen ipsum non ea caussa suspicor contigisse. Lacedæmoniis vero ira Talthybii, qui fuit Agamemnonis præco, incubuit. est autem Spartæ Talthybii templũ, cum eius posteris qui Talthybiadæ nominãtur, quibus honos [5] legationis Spartanorum semper tribuitur. Itaque post eam rem Spartiatæ, quum læta exta eis non essent, idque diu contingeret, pertæsi huius calamitatis Lacedæmoniorũ, cœtu frequenter coacto hoc edictum proposuere, siquis Lacedæmoniorum vellet pro Sparta occumbere. Tunc Sperthies Aneristi & Bulis Nicolai filius, viri Spartiatæ, & natalibus & opibus inter primos, vltro se obtulerũt ad satisfaciẽdum sua pœna Xerxi Darii filio, ob legatos apud Spartam interemptos. Ita hos Spartiatæ tanquã mortẽ obituros, miserũt ad Medos. Digna autẽ ad-

269

cxxxi cxxxii cxxxiii cxxxiv cxxxv

existimabatque Xerxes illos à tota natione amicitiam, *vel, confœderationem*, sibi spondere. *Id est, Hac autem dicebat de Thessalis ratione habita illius quod Aleuada fecerant. sperabat enim totam nationem factum illorum imitaturam.* 1 Caduceatores 2 Aduersus quos ii Græci percussérunt fœd. 3 Hos, rebus bene constit. ad soluendam deo Delphico decimam adigere. *Potest tamen & paulo aliter exponi διαπεπραγμένων.* 4 Caduceatores 5 Obeundorum præconiorum ex Sparta

mira-

miratione cum hæc audacia horum virorum, tum verba ab eis habita. nam Susa tendentes, ad Hydarnem Persã Asianæ oræ maritimæ præfectum venerunt: qui eos hospitaliter munificeq; acceptos, his verbis interrogauit, Viri Lacedæmonii, quid *ita* respuitis effici amici regis? cernite enim ex me & meo statu quam scit honore prosequi rex viros egregios, [1] vos itidem honoraturus si vos ipsi ei dederitis. Videamini modo apud eum viri egregii: quoniam singuli vestrûm rege donante, principatum Græcię obtinebunt. Ad hæc illi respondentes, Hydarnes, inquiunt, non ex æquo consilium tuum ad nos spectat atque ad te, qui condicionis quam suades expertus es, nostræ inexpertus. nam eam quidem nosti: libertatem autem nondum expertus es, vtrûm sit dulcis an non. quæ si tibi experta foret, non vt hastis sed vt securibus pro ea dimicaremus, nobis suaderes. Hæc Hydarni
CXXXVI responderunt. Dehinc vero vt ascenderunt Susa, & in conspectum regis venerunt, principio iubentibus satellitibus ac vim afferentibus vt procumbentes regem adorarent, [2] & per capita eos ad id agendum impingentibus, negauerunt se vnquam id esse facturos. neque enim sibi esse consuetudinem hominem adorandi, neque se ad id venisse. Posteaquam autem in hoc repugnauerant, secundo loco hæc & his similia dixere, Rex Medorum, nos miserunt Lacedęmonii ad luendam pœnam pro iis [3] legatis qui Spartæ interiere. Hæc istis dicentibus, Xerxes præ magnanimitate negauit se fore Lacedæmoniis similem. illos enim interimendis legatis ius omnium hominum confudisse: se vero quod illis exprobraret, id non esse facturum: neq; eos occidendo, Lacedæmonios culpa soluturum.
CXXXVII Hac re per Spartiatas gesta, impræsens ira Talthybii cessauit: etsi Spartam reuersis Sperthie & Bule, [4] longo deinde tempore interiecto excitatum est inter Peloponnenses & Athenienses bellum, vt Lacedæmonii aiunt. quod mihi diuinitus maxime videtur esse gestum:

τόλμα τοιέων τῶν ἀνδρῶν θωύματος ἀξίη, καὶ πάσι τοῖσι τόδοισι τὰ ἔπεα. πορευόμενοι γὰρ ἐς Σοῦσα, ἀπικνέονται παρὰ τὸν Ὑδάρνεα. ὁ δὲ Ὑδάρνης ἦν μὲν ἀνὴρ Πέρσης, στρατηγὸς δὲ τῶν παραθαλασσίων ἀνδρῶν τῶν οἰκὸς τὴν Ἀσίην· ὃς σφέας, ξείνια προθέμενος, εἰρώτα. ξείνιζων δέ, εἴρετο τάδε, Ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, τί δὴ φεύγετε βασιλέι φίλοι γενέσθαι; ὁρᾶτε γὰρ ὡς ἐπίσταται βασιλεὺς ἄνδρας ἀγαθοὺς τιμᾶν, ἐς ἐμέ τε καὶ τὰ ἐμὰ πρήγματα ἀποβλέποντες· οὕτω δὴ καὶ ὑμέας εἰ δοίητε ὑμέας αὐτοὺς βασιλέι, (δεδόξαται γὰρ τοῖσι αὐτοῦ ἄνδρες ἐσθλοὶ) ἕκαστος ἂν ὑμέων ἀρχοι γῆς Ἑλλάδος, δοῦλος βασιλῆος. τοῖσι ταῦτα ὑπεκρίναντο τάδε, Ὑδάρνες, οὐκ ὀξὺ ἰσοῦ γίνεται ἡ συμβουλίη ἡ ἐς ἡμέας τείνουσα. τοῦ μὲν γὰρ πεπειρημένος συμβουλεύεις, τοῦ δὲ ἀπείρου ἐόντ. ὃ μὲν γὰρ δοῦλος ἐστί, ἐλευθερίης δὲ ὅκως ἐπειρήθης, οὐκ οἶδας εἰ ἥδεται ἐοῦσα, εἰ μή. εἰ γὰρ αὐτῆς πειρηθείης, οὐκ ἂν δόρασι συμβουλεύοις ἡμῖν περὶ αὐτῆς μάχεσθαι, ἀλλὰ καὶ πελέκεσι. ταῦτα μὲν Ὑδάρνεα ἀμείψατο. Ἐνθεῦτεν δὲ ὡς ἀνέβησαν ἐς Σοῦσα, καὶ βασιλέι ἐς ὄψιν ἦλθον, ποιεῦντα μέν, τῶν δορυφόρων κελευόντων, καὶ ἀναγκέοντα σφι προσφερόντων προσκυνέειν βασιλέα προστιθέντας, οὐκ ἔφασαν, ὑπερόμενοι ὑπ' αὐτέων ὅτι κεφαλῇ, ποιήσειν ταῦτα οὐδαμά. οὔτε γάρ σφι ἐν νόμῳ εἶναι ἄνθρωπον προσκυνέειν, οὔτε κω ἦκον ἐπὶ τοῦτο. ὡς δὲ ἀπεμαχέσαντο τούτῳ, δεύτερα σφι λέγουσι τάδε, καὶ λόγου τοιοῦδε ἐχόμενα, Ὦ βασιλεῦ Μήδων, ἔπεμψαν ἡμέας Λακεδαιμόνιοι ἀντὶ τῶν ἐν Σπάρτῃ ἀπολομένων κηρύκων, ποινὴν ἐκείνων τίσοντας. λέγουσι δὲ αὐτοῖσι ταῦτα, Ξέρξης ἐθέλει μεγαλοφρονεύεσθαι, ὃς ἔφη ὁμοίους ἔσεσθαι Λακεδαιμονίοισι· κείνους μὲν γὰρ συγχέαι τὰ πάντων ἀνθρώπων νόμιμα, ἀποκτείναντας κήρυκας· αὐτὸς δέ, τὰ ἐκείνοισι ὅτι πλησίον, ταῦτα οὐ ποιήσειν, οὐδὲ ἀποκτείνας ἐκείνους, ἀπολύσειν Λακεδαιμονίους τῆς αἰτίης. Οὕτω μὲν Ταλθυβίου μῆνις, καὶ ταῦτα ποιησάντων Σπαρτιητέων, ἐπαύσατο τοῦ παραυτίκα, καίπερ ἀποπεμψάντων ἐς Σπάρτην Σπερθίεώ τε καὶ Βούλιος. χρόνῳ δὲ μετέπειτα πολλῷ ἐπεγέρθη καὶ τὸ Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων πόλεμον, ὡς λέγουσι Λακεδαιμόνιοι. τὸ μοι ἐν τοῖσι θειότατον φαίνεται γενέσθαι.

1 Sic & vos, si regi vos tradatis, ab illo singuli (quippe qui magnam de vestra fortitudine opinionem conceperit) principatum *alicuius* nationis Græcæ sitis consequuturi. Ad quæ illi respondentes, Hydarnes, inquiunt, non das nobis par vtrinque consilium. tu enim qui nobis consilium das, vnum expertus es, alterum nequaquam. nam seruus esse didicisti. at libertas dulcis sit necne, nondum es expertus. Si enim illam expertus esses, non vt hastis &c. *Illud* καὶ ἐξ ἰσοῦ &c. *potest & ita verti*, Non pari vtrinque ratione das nobis consilium. *q. d. Quum suades nobis vt condicionem tuam nostra anteponamus, res duas inter se comparas non tibi aequaliter notas. Illud autem* ὁρᾶτε *potest etiam verti* Cernitis, *& fortasse melius.* 2 Negauerunt se, vel si in caput protruderentur, hæc vllo modo facturos. *Alioqui phrasis illa* Præcipitem dari *significat. Eo autem sensu quem Valla secutus est, videtur dicturus fuisse potius Herodotus,* καὶ ἀναγκέοντα προσφερόντων, καὶ ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτοὺς αἴρεσθαι. *Sed alteri sensui videtur aptius fore* οὐδὲ ἀπέμαχοντο.

3 Caduceatoribus 4 Sed longo post tempore rursum excitata fuit in bello Peloponnesiorum & Athenienſium, vt Laced. aiunt. quod mihi diuin. m. contigisse videtur.

ὅτι μὲν γὰρ κατέσκηψε ἐς ἀγγέλους ἡ Ταλθυβίου μῆνις, οὐδὲ ἐπαύσατο πρὶν ἢ ἐξήλθε, δίκαιον οὕτω ἔφερε· ὅτι δὲ συμπεσεῖν ἐς τοὺς παῖδας τοὺς ἀνδρῶν τούτων τοὺς ἀναβάντων πρὸς βασιλέα ἐξ Μηδίην, ἐς Νικόλαόν τε τὸν Βούλιος, καὶ ἐς Ἀριστέην τὸν Σπερθίεω, ὡς εἷλε ἁλιέας τοὺς ἐκ Τίρυνθος, ὁλκάδι καταπλώσας πλήρεϊ ἀνδρῶν, δῆλον ὧν μοι ὅτι θεῖον ἐγένετο τὸ πρῆγμα ἐκ τοῦ μήνιος. οἱ γὰρ πεμφθέντες ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἄγγελοι ἐς τὴν Ἀσίην, πορευθέντες ὑπὸ Σιτάλκεω τοῦ Τήρεω, Θρηίκων βασιλέος, καὶ Νυμφοδώρου τοῦ Πύθεω ἀνδρὸς Ἀβδηρείτεω, ἁλόντες καὶ Βισάνθιον τὸν ἐκ Θρηικοῦτος, καὶ ἀπαχθέντες ἐς τὴν Ἀττικήν, ἀπέθανον ὑπὸ Ἀθηναίων μὲν οὐκ αὐτέων, καὶ Ἀρίστεος ὁ Ἀδειμάντου, Κορίνθιος ἀνήρ. Ταῦτα μὲν νυν πολλοῖσι ἔτεσι ὕστερον ἐγένετο τοῦ βασιλέος στόλου. Ἐπιμνήσθην δὲ ὅτι οὐ πρότερον λόγου. ἡ δὲ στρατηλασίη ἡ βασιλέος ἔνορμα μὲν εἶχε ὡς ἐπὶ Ἀθήνας ἐλαυνούσῃ, καὶ πέσον ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. πυνθανόμενοι δὲ ταῦτα πρὸ πολλοῦ οἱ Ἕλληνες, οὐκ ὁμοίως πάντες ἐποιεῦντο οἱ μὲν γὰρ αὐτέων δόντες γῆν τε καὶ ὕδωρ τῷ Πέρσῃ, εἶχον θάρσος ὡς οὐδὲν πεισόμενοι ἄχαρι παρὰ τοῦ βαρβάρου· οἱ δὲ δόντες, ἐπὶ δείματι μεγάλῳ κατέστασαν, ἅτε οὔτε νεῶν ἐουσέων ἐν τῇ Ἑλλάδι ἀριθμὸν ἀξιομάχων δεκαζ τὸν ἐπιόντα, οὔτε βουλομένων τῶν πολλῶν αἰτὰ πίεσθαι τὸν πόλεμον, μηδίζοντων δὲ μᾶλλον. Ἐνθαῦτα αἰσχύνη ἐξέρχομαι γνώμην ἀποδέξασθαι, ὑπίφθονον μὲν τοῖσι πλέοσι αὐδενὶ φωτῶν, ὅμως δὲ, τῇ γέ μοι φαίνεται εἶναι ἀληθὴς, οὐκ ὑπεξήσω. οἱ Ἀθηναῖοι καταρρωδήσαντες τὸν ὑπόκειμενον κίνδυνον, ἔδεξαντο τὸν στρατὸν, καὶ μὴ ἐκλιπόντες, δηλήσαντες, ἔδοσαν σφέας αὐτοὺς Ξέρξῃ καὶ τὴν θάλασσαν, ὁδαμοὶ αὖ ἐπιφρώοντο δυπόκειμένοι βασιλεῖ. εἰ τοίνυν καὶ τὴν θάλασσαν μηδεὶς ἦν πιεῖν Ξέρξῃ, κατά γε αὐτὸν ἦν πᾶσα γῆ καὶ πόλις ἀλίσκομένων ὑπὸ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ τοῦ βαρβάρου, ἐμισωθησαν. μεγάλα, μισωθέντες δὲ αὖ, καὶ ἀποδεξάμενοι ἔργα ἀγηναῖα, ἀποθανόντος ἡγεμόνος, ἢ ζωὸς αὖ ἔσωθον, ἢ

quia ira Talthybii nuncios corripuerit, nec prius quieuerit. Quod autem ira inciderit in eorum qui ad regem ascenderunt filios, Nicolaum Bulis, & Aneristum Sperthiei filium, qui piscatores Tirynthios in naui oneraria plena viris nauigantes cepit, manifestum est apud me diuinitus id factum esse, ex ira dei: quod nuncii qui in Asiam à Lacedæmoniis mittebantur, proditi à Sitalce Tirei filio Thracum rege, & à Nymphodoro Pythei filio viro Abderita, excepti sunt iuxta Bisantem quæ est in Hellespontо, & adducti in Atticam, ab Athenienſibus necati sunt: cumque iis Aristeas Adimanti filius, Corinthius. Verũ hæc multis post regis expeditionem annis gesta sunt. ¶ Quæ expeditio (vt ad superiorem orationem redeam) nomine quidẽ tendebat contra Athenas, re tamen vera contra cunctam Græciam. Eam diu ante Græci quum audissent, non perinde omnes affecti sunt. nam ii qui terram & aquam dederant Persæ, fiduciam animo præsumebant tanquam nihil ingratum passuri à barbaro: qui non dederant, magno in metu versabantur. quippe quum nulla tanta classis esset in Græcia quæ posset excipere inuadentem, præsertim plerisque bellum detrectantibus, & libenter ad partes Medorũ inclinantibus. Hoc ego loco necesse habeo ferre sententiam apud multos quidem homines inuidiosam, non tamen quod mihi videtur verum dissimulabo: an Athenienses formidantes periculum quod impendebat, patriam deseruissent: an, non deserentes, sed permanentes sese dedissent Xerxi, nihil omnino aduersus regem in mari facere conati: an nemo mari se opposuisset Xerxi, atque hæc in continenti gesta essent: an etiam multæ loricæ essent muris inductæ à Peloponnensibus per Isthmum: an proditi à sociis Lacedæmonii, insque non voluntariis, sed per vrbes à classe barbara occupatis, ac deserti fuissent: desertique & magna opera aggressi, generose occubuissent: an hæc passi essent: an,

cxxxvii

cxxxix

1 Talthybii enim iram in nuncios incubuisse, nec cessasse prius quam discessissent, *qui ad luendam pro illis pœnam mittebantur*, id æquitas postulabat: (*Gall. ad verbum, Le droict le portoit ainsi*) at vero ingruisse illam in eorum filios qui ad regem ob iram illam ascenderant, Nicolaum Bulis, *&c. Sed nõ videtur mendo vel potius mendis carere totus hic locus, præsertimque illud* ἐξήλθε, *pro quo* ἐξέλθοι *lego. eo sensu quem hic indicaui, qui tamen nec ipse mihi satisfacit.* 1 Non tamen quod mihi ver. esse vid. subiicebo. Si Athenienses impendentis periculi metu patriam deseruissent, aut non def. sed in ea permanentes, se Xerxi dedidissent, regi mari resistere nulli conati fuissent. quod si mari nullus Xerxi restitisset, terra certe ista cõtigissent: Quamuis muri à Peloponnensibus per Isthmum ducti essent multis loricis fulti, Lacedæmonii (vbi eos socii prodidissent, non sua quidem sponte, sed necessitate adacti, quippe quorum vrbes sigillatim à classe barbari caperentur) soli remansissent: soli autem remanentes, præclaris in prælio facinoribus editis, præclara morte occubuissent. aut, inquam, hic illis exitus contigisset, aut——

priuſ-

priuſquam viderent alios Græcos cum Medis ſentientes, cum Xerxe depacti eſſent: atque ita vtrinq; ſub Perſis Græcia fuiſſet. Nam murorũ apud Iſthmum loricatorum quænam vtilitas fuiſſet rege mari potiente, à nemine quiui audire. Nunc autem ſiquis Athenienſes Græciæ liberatores extitiſſe dicat, profecto non aberrauerit à vero. nam vtrò ſe illi applicaſſent, hæ partes erant præponderaturæ: quum vero prætulerint Græciam præſtare liberam, nimirum ipſi fuere qui quicquid Græciæ reliquũ erat cum Medis non ſentiens erexerũt: quique ſecundum deos, regem repulerunt. Ac ne oraculis quidem horrendis ac terribilibus, quę à Delphis veniebant, inducti ad Græciam deſerendam fuerunt, ſed perſiſtentes conſtituerunt
CXL excipere hoſtem ſua inuadentem. Siquidem conſultoribus Delphos miſſis, vti oraculo volebant: iiſque factis apud templũ quæ ritus poſtulabat, ædem ingreſſi conſederunt. Quibus Pythia cui nomen erat Ariſtonice, ita reſpondit,

Quid miſerande ſedes populus? fuge ad extima terræ,
AEdibus & [1] globidæ deſertis collibus vrbis.
Nam caput & corpus minime ſincera manebunt,
Extremiue pedes poterunt ſupereſſe manuſue,
Aut medium, ſed ea ignis edax deformia reddet,
Et Mars acer equis vrgens [2] Aſiægena curru.
Atque alias pleraſque, tuas [3] non ſolius arces:
Permultaſque deũm ſæuis dabit ignibus ædes,
Quas ego præuidi iam nunc ſudore [4] madentes,
Atque metu tremere, & de laquearibus altis
Nigrantem cogente malo manare cruorem:
Ite ſed ex adyto, atque malis effundite mentem.

CXLI His auditis Athenienſium conſultores maximo ſunt mærore affecti. quibus inter ſeſe agitantibus tam triſte reſponſum, Timon Androbuli filius,

τοὺς τὸ, ὁρῶντες αὖ καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας μηδίζοντας, ὁμολογίῃ αὖ ἐχρήσαντο τοῖς Ξέρξεα. καὶ ὅταν δὴ ἐπ' ἀμφότερα ἡ Ἑλλὰς ἐγίνετο ὑπὸ Πέρσῃσι. τῷ γὰρ ὠφελίῳ τῷ τῶν τειχέων τῶν ἐκ τοῦ Ἰσθμοῦ ἑλληλαμμένων οὐ δυνάμεναι πυθέσθαι ἦσαν δὴ ὦν, βασιλέως ὑπικεφαλαίοιτος τῆς θαλάσσης· νῦν δὲ Ἀθηναίοις αὖ τις λέγων σωτῆρας γενέσθαι τῆς Ἑλλάδος, οὐκ ἂν ἁμάρτοι πάλιθες. οὗτοι γὰρ ὅπῃ ὁκότερα τῶν χρημάτων ἑτεροῖσι τοῖσι ῥέψειν ἔμελλε· ἐλόμενοι δὲ τὴν Ἑλλάδα ἐλευθερίην ἐλευθέρην, τὸ δὲ Ἑλληνικὸν πᾶν ὃ λοιπὸν ὅσον μὴ ἐμήδισε, αὐξὶ οὗτοι ἔσαν οἱ ἐπεγείραντες, καὶ βασιλῆα μετά γε θεοὺς δυωσάμενοι. οὐδὲ σφέας χρὴ νέα φυσέρεα ἐλθόντα ἐκ Δελφῶν, καὶ ἐς δεῖμα βαλόντα, ἔπεισε ἐκλιπεῖν τὴν Ἑλλάδα, ἀλλὰ καταμείναντες, ἀέσχοντο ὅτι ὑπόπτα ὑπὸ τὴν χώρην δέξασθαι. Γέμψαντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι ἐς Δελφοὺς θεοπρόπους, χρηστηριάζεσθαι ἔσαν ἕτοιμοι. καὶ σφι ποιήσασι περὶ ὃ ἐρὸν τὸ νόμιζόμενα, ὡς ἐς τὸ μέγαρον ἐσελθόντες ἵζοντο, χρᾷ ἡ Πυθίη, τῇ οἰνόμα ἦν Ἀριστονίκη, τάδε,

271 Ὦ μέλεοι, τί κάθησθε; λιπὼν φυγ' ἔσχατα γαίης
Δώματα, καὶ πόλιος τροχοειδέος ἄκρα κάρηνα.
Οὔτε γὰρ ἡ κεφαλὴ μένει ἔμπεδον, οὔτε τὸ σῶμα,
Οὔτε ποδὸς νέατοι, οὔτ' ὤν χέρες, οὔτέ τι μέσσης
Λείπεται, ἀλλ' ἀζηλα πέλει. κατὰ γάρ μιν ἐρείπει
Πῦρ τε καὶ ὀξὺς Ἄρης, συνεπηλυὲς ἅρμα θοώκων.
Πολλὰ δὲ κἄλλ' ἀπολεῖ πυργώματα, καὐ σὸν οἶον·
Πολλοὺς δὴ ἀθανάτων νηοὺς μαλερῷ πυρὶ δώσει,
Οἵ που νῦν ἱδρῶτι ῥεύμενοι ἑστήκασι,
Δείματι παλλόμενοι, κατ' δὲ ἀκροτάτοις ὀρόφοισι
Αἷμα μέλαν κέχυται, προσιδὸν κακότητος ἀνάγκας.
Ἀλλ' ἴτον ἔξ ἀδύτοιο, κακῇς δὴ ὑπαίθριοι ἔστε θυμόν.

Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ τῶν Ἀθηναίων θεοπρόποι, συμφορῇ τῇ μεγίστῃ ἐχρέωντο· περιβάλλουσι δὲ σφέας αὐτοὺς ὑπὸ δὴ κακοῦ κακοῦ κεχρησμένους, Τίμων ὁ Ἀνδροβούλου

——— ceteros Græcos Medorum partes iam antea ſequi videntes, cum Xerxe depacti fuiſſent: atque ita vtroliber modo Græcia in poteſtatem Medorum veniſſet. Neque enim ex quoquam intelligere poſſum quid profuturi fuiſſent muri per Iſthmum ducti, ſi rex mari potitus fuiſſet. Nunc igitur, *i. qua quum ita ſe habeant*, ſiquis Athenienſes Græciæ ſeruatores extitiſſe dicat, prof. *Sed hic locus in vulg. edit. Gr. mendis non caret. neceſſe enim eſt vt initio ante εἰ Ἀθηναῖοι omiſſum eſſe dicamus particulam α, & non procul inde interpunctionem quæ eſt poſt Ξέρξῃ, inde translatam poſt θάλασσαν collocemus. Sed & hæc ſuſpecta ſunt, ἢ ταῦτα οὐ ἔσεσθαι, ἢ ὡς τὸ.* 1 Pro, Globoſæ, *id eſt, rotunda.* 2 *Legit ἀσιγενὴς pro σιγενεῖς, & pro ablatiuo*, curru, *reponendus videtur accuſatiuus*, currum, *vt hæc Græcis reſpondeant. tunc autem fuerit* Aſiægena *dictum pro* Aſiægenem, *vt ſiquis ex* Omnigenis *facit accuſatiuum* Omnigenam *pro* Omnigenam. 3 *Recte legit τὰ σὰ, pro quibus in vulg. edit. habetur τίσον.* 4 Madere.

τῶν Δελφῶν ἀνὴρ δόκιμος ἐμοὶ τὰ μάλιστα, συνεβούλευέ σφι ἱκετηρίῃ λαβοῦσι, δεύτερα αὖτις ἐλθόντας χρᾶσθαι τῷ χρηστηρίῳ ὡς ἱκέτας. πειθομένοισι δὲ ταῦτα τοῖσι Ἀθηναίοισι, καὶ λέγουσι,

" Ὦ ναξ, χρῆσον ἡμῖν ἄμεινόν τι περὶ τῆς πατρίδος,
" αἰδεσθεὶς τάς ἱκετηρίας τάσδε τὰς τοι ἤκομεν φέροντες. ἢ οὐ τοι ἀπιξόμεθα ἐκ τοῦ ἀδύτου, ἀλλ' αὐτοῦ τῆδε μενέομεν, ἔστ' ἂν καὶ τελευτήσωμεν. ταῦτα λέγουσι ἡ προμάντις χρᾷ δεύτερα τάδε,

Οὐ δυνατά Γαλλὰς Διὶ ὀλυμπίῳ ἐξελάσασθαι,
Λιτῇσιν πολλοῖσι λόγοις καὶ μήτιδι πυκνῇ.
Σοὶ δὲ τόδ' αὖτις ἔπος ἐρέω, ἀδάμαντι περιλάσας.
Τῶν ἄλλων γὰρ ἁλισκομένων ὅσα Κέκροπος οὖρος
Ἐντὸς ἔχει, κευθμῶνά τε Κιθαιρῶνος ζαθέοιο,
Τῆχος τειχοπλῆξ ξύλινον διδοῖ Διρύοπα Ζεύς
Μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν, τό σε τέκνα τ' ὀνήσει.
Μὴ δ' σύ γ' ἱππόσιόν τε μένειν καὶ πεζὸν ἰόντα
Πολλὸν ἀτ' ἠπείρου σεσθαι, ἥσυχος, ἀλλ' ὑποχωρεῖν,
Νῶτον δ' ἐπιστρέψας, ἔπι τοι καὶ κάντιος ἔσται.
Ὦ θεῖα Σαλαμὶς, ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν,
Ἢ που σκιδναμένης Δημήτερος, ἢ συνιούσης.

Ταῦτά σφι (ἐπιὼν τὰ δεύτερα καὶ τοῦτο ἐδόκεε εἶναι) συγγραψάμενοι, ἀπαλλάσσοντο ἐς τοὺς Ἀθηναίους. ὡς δὲ ἀπελθόντες οἱ θεοπρόποι ἀπήγγελον ἐς τὸν δῆμον, γνώμας πολλὰς καὶ ἄλλας ἐγίνοντο, διζημένων τὸ μαντήιον, καὶ οἵδε συνεφέροντο μάλιστα. τῶν πρεσβυτέρων ἔλεγον μετιξέτεροι, δοκέειν σφι τὸν θεὸν τὴν ἀκρόπολιν χρῆσαι περιέσεσθαι. ἦν γὰρ ἀκρόπολις περίπαλα τῶν Ἀθηναίων ῥηχῷ ἐπέφρακτο. οἱ μὲν δὴ κατὰ τὸν φραγμὸν, συνεβάλλοντο τοῦτο τὸ ξύλινον τεῖχος εἶναι· οἱ δὲ αὖ ἔλεγον τοὺς νέας σημαίνειν τὸν θεὸν, καὶ τοῦτους προστέτεσθαι ἐκέλευον, τὰ ἄλλα ἀπιέντας. τοῖς ὦν δὴ τοὺς νέας λέγουσι εἶναι τὸ ξύλινον τεῖχος, ἐσφαλλε τὰ δύο τὰ τελευταῖα ῥηθέντα τοῦ Πυθίης,

Ὦ θεῖα Σαλαμὶς, ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν,
Ἢ που σκιδναμένης Δημήτερος, ἢ συνιούσης.

κατὰ ταῦτα τὰ ἔπεα συνεχέοντο αἱ γνῶμαι τῶν

vir apud Delphos illuſtris ſuaſit [1] hæc fere, vt ſumptis oleæ ramis de integro reuerterentur ad conſulendũ ſupplicitur oraculũ. Obtemperantes ei Athenienſes dixere, O princeps, redde nobis oraculum melius de patria, in honorem horum [2] palmitum, quos geſtantes ad te venimus. alioqui hinc abs te non abituri ſumus, ſed in hoc adyto ad obitum vſque permanſuri. Hæc dicentibus, antiſtes iterum hoc modo reſpondit,

Pallas Olympia cum multis hortatibus vſa,
Et precibus blandita Iouem placare nequiuit,
Hoc tibi fabor item reſponſum, adamanti propinquans:
Nam captis reliquis quæ limes Cecropis oræ
Intus habet, quodcunque ſacer penetrale Citharon,
Iuppiter è ligno muris Tritonida donat:
Qui ſoli inuicti tibi ſint natiſque ſalutit.
Tu vero aduentum peditumque equitumque quietus,
Terreſtreſque acies ne præſtolare: ſed hoſti
Terga dato, vel ſi tibi fors erit obuius vſquam,
Diuina ô Salamis mulierum pignora perdes,
Vſquam vel Cerere ſparſa, coeunte vel vſquam.

Hæc legati, vt erant, ita arbitrati prioribus mitiora, poſtquam conſcripſerunt, Athenas rediere, reuerſique ad populum recitauere: & quũ aliæ multæ ſententiæ eſſent oraculum interpretantiũ, & eæ plurimum perplexæ, quidam è maioribus natu dixere, videri ſibi deum reſpondere ſaluam fore arcem. olim enim Athenienſium [3] arcem præſeptam vallo fuiſſe. & ii quidem interpretabantur vallum eſſe hunc ligneum murum. Alii vero dicebant deum ſignificare naues: eaſq; ceteris omiſſis ædificari iubebant. [4] Verum eos qui aiebant naues eſſe ligneum murum, fallebant, *vel Cerere ſparſa, coeunte vel vſquam.* Circa hos verſus confundebatur eorum ſententia CXLII

1 *Videtur phraſis Græca ἐμοὶ τὰ μάλιστα reſpondere potius Latinæ*, Vt qui maxime. *vt ſit*, Vir illuſtris. *vel potius*, Vir ſpectatus, vt qui maxime. *vt illa verba Græca cum δόκιμος iungantur, non cum συνεβούλευε.* 2 Oliuę palmitum. *Non tamen ſimpliciter ἱκετηρίαι ſunt oliuæ palmites, ſed q.d. ſupplicatorii palmites oliuæ.* 3 Arx circumſepta vallo erat. 4 Sed eorum ſententiam qui dicebant naues illum eſſe murum ligneum, euertebant hæc duo poſtrema quæ Pythia dixerat, Diuina at Salamis muliebria pignora perdes. Vſquam vel Cerere ſparſa, coeunte vel vſquam Circa hæc carmina confutabantur *inquam* eorũ ſententiæ——

qui claſ-

qui classem volebant esse ligneum murum. nam qui oraculum interpretabantur, in eam sententiam accipiebant, fore vt ipsi instructa classe ad Salaminem pugna nauali succumberent. Erat autem inter Athenienses quidam qui in primores recens peruenerat, [1] nomine Themistocles, Neoclis filius, qui negabat interpretes omnia recte coniectare: [2] quod diceret, Si clades quæ prædicitur, ad Athenienses spectaret vllo modo, non ita placide nobis deum fuisse responsurum, sed sic, O Salamis misera, pro eo quod dixit, O diuina Salamis: si circa eam sui incolæ forent oppetituri. Sed recte coniectantibus sentiendum à deo contra hostes editum esse oraculum, non contra Athenienses. Itaque suadebat vt sese instruerent tanquam prœlio nauali certaturi, & tanquam hic esset ligneus murus. Hanc Themistoclis sententiam Athenienses potiorem esse censuerunt quam illorũ qui interpretantes oraculum, dissuadebant apparatum pugnæ naualis: sed hãc esse in summa sententiam dicebant, non leuandam in hostem manum, sed ex Attica regione demigrandum, & aliam incolendam. Extitit & alia ante hanc Themistoclis sententia ad tempus egregia: Quum magna vis pecuniæ è prouentu metallorum quę sunt è Laureo, esset in ærario Athenensium, eaque esset æque diuidunda viritim denis in singulos puberes drachmis, tunc Themistocles hanc dissuasit Atheniensibus distributionem, sed ex pecunia classem ducentarum nauium ad Ægineticum bellum comparare suasit. Hoc enim bellum conflatum Græciæ salutem attulit, cogens Athenienses nauticos fieri. & quanquam hæc classis in eum vsum in quem comparata fuerat, non venit, tamen in vtilitatem Græciæ cessit. Ista igitur iam præparata quũ præsto esset, & alterã exædificari oporteret, placuit Atheniensibus, inito post oraculũ consilio, barbarũ Græciã inuadentem cum nauib. opperiri vniuersos, deo obsequentes, [4] vna cum Græcorum voluntariis. Et hæc quidem oracula Athenien-

CXLIII

CXLIV

Φαλήνου τὰς νέας ὃ ξύλινον τεῖχος εἶναι. οἱ γὰρ χρησμολόγοι τοῦτο τοῦτο ἐλάμβανον, ὡς ἀμφὶ Σαλαμῖνα δεῖ σφέας ἐσσωθῆναι, ναυμαχίῃ παρεσκευασμένους. Ἦν δέ τις Ἀθηναίων ἀνὴρ ἐς τὰ πρῶτα νεωστὶ παριών, τῷ οὔνομα μὲν ἦν Θεμιστοκλέης, παῖς δὲ Νεοκλέος ἐκαλέετο. οὗτος ὦν οὐκ ἔφη πάντῃ ὀρθῶς τοὺς χρησμολόγους συμβάλλεσθαι, λέγων τοιάδε, Εἰ ἐς Ἀθηναίους εἶχε τὸ ἔπος εἰρημένον εὖ κως, οὐκ ἂν οὕτω μοι δοκέειν ἠπίως χρηστηριῶσθαι, ἀλλὰ ὦδε, Ὦ μέτλια Σαλαμὶς, αὐτὴ τέ, Ὦ θεία Σαλαμίς· εἰ περ γὰρ ἔμελλον οἱ οἰκήτορες ἀμφ' αὐτῇ τελευτήσειν. ἀλλὰ γὰρ ἐς πὶς πολεμίους τὸν θεὸν εἰρῆσθαι τὸ χρηστήριον, συλλαμβάνοντι κατὰ τὸ ὀρθόν, ἀλλ' οὐκ ἐς Ἀθηναίους. παρασκευάζεσθαι ὦν αὐτοὺς ὡς ναυμαχήσοντας σφεας βουλεύεσθαι, ὡς πύργου ἐόντος τοῦ ξυλίνου τείχεος. ταύτῃ Θεμιστοκλέος ἀποφαινομένου, Ἀθηναῖοι ταῦτά σφι ἔγνωσαν αἱρετώτερα εἶναι τῇ ἔδοξαν μᾶλλον ἢ τὰ τῶν χρησμολόγων, οἱ οὐκ ἐῶν ναυμαχίῃ ἀρτέεσθαι. τὸ δὲ σύμπαν εἶναι, οὐδὲ χεῖρας ἀντιπείρεσθαι, ἀλλὰ σκηπτούσας χώρην τὴν Ἀττικὴν, ἄλλην τινὰ οἰκίζειν. Ἕτερα τε Θεμιστοκλέι γνώμη ἔμπροσθε ταύτης ἐς καιρὸν ἐπέσευσε, ὅτε Ἀθηναίοισι, χρημάτων μεγάλων ἐκ τῶν μετάλλων σφι προσπλεόντων τῶν ἀπὸ Λαυρείου ἔμελλον λάξεσθαι ὀρχηδὸν ἑκάστοις δέκα δραχμάς· τότε Θεμιστοκλέης αἰτέησε Ἀθηναίους, τῆς διαιρέσιος ταύτης παυσαμένους, νέας ξυτεόν τῶν χρημάτων ποιήσασθαι διηκοσίας ἐς τὸν πόλεμον, τὸν πρὸς Αἰγινήτας λέγω. οὗτος γὰρ ὁ πόλεμος συστὰς, ἔσωσε τότε τὴν Ἑλλάδα, ἀναγκάσας θαλασσίους γενέσθαι Ἀθηναίους. οἱ δὲ ἐς τὸ πλῆθος ἐποιήθησαν, οὐκ ἐχρήσθησαν, ἐς δέον δὲ οὕτω τῇ Ἑλλάδι ἐγένοντο. αὗταί τε δὴ αἱ νέες τοῖσι Ἀθηναίοισι προσεποιήθησαν ἐπάρχουσι, ἑτέρας τε ἔδεε προσναυπηγέεσθαι. ἔδοξε τὰ σφι μὴ τὸ χρηστήριον βουλευομένοισι, ὑπόπτως ὅτι τὴν Ἑλλάδα τὸ βάρβαρον δέκεσθαι τῇσι νηυσὶ πάμπλημεί, ὡς θεῷ πιθομένοισι, ἅμα Ἑλλήνων τοῖσι βουλομένοισι. τὰ μὲν δὴ χρηστήρια ταῦτα τοῖσι Ἀθηναίοισι.

272

——— qui naues illum esse murum ligneum dixerant. Siquidem oraculorum interpretes illa in hunc sensum accipiebant, fatale sibi esse circa Salaminem superari, instructa pugna nauali. Erat autem inter Ath. 1 Cui nomen quidem erat Themistocles, sed vocabatur Neoclis filius. Is negabat &c. 2 Talia dicens, Si ad Athenienses spectaret illud carmen, non videtur mihi tam mite responsum redditurus deus fuisse, sed pro eo quod dixit Diuina at Salamis, dicturus fuisse At Salamis misera, siquidem circa ipsam sui incolæ essent oppetituri. Illi igitur qui recte coniectaret. *(id est, Illius igitur iudicio qui &c.* deum aduersus hostes hoc oraculum non aduersus Athen. edidisse. 3 Ceterum alia quoque Themistoclis sententia ante hanc opportune primas partes obtinuerat. *i. Ceterum opportune cadebat quod antea alii Themistoclis sententiæ primas partes delatæ essent.* 4 Vna cum Græcis eadem voluntate præditis.

οισι ἐγεγόνεε. Συλλεγομένων δὲ ἐς τωὐτὸ τῶν
τὴν Ἑλλάδα Ἑλλήνων τῶν τὰ ἀμείνω φρονεόντων,
καὶ διδόντων σφίσι λόγον καὶ πίστιν, σφεῖς τὰ ἐδόκεε
βουλευομένοισι αὐτοῖσι, πρῶτον μὲν χρημάτων
πρήσιας καὶ διαλλάσσεσθαι τάς τε ἔχθρας καὶ τὰς κατ'
ἀλλήλους ἐούσας πολέμους. ἦσαν δὲ τοῖσι πλέας καὶ ἄλ-
λοισι ἐγκεχειρημένοι· ὁ δὲ ὢν μέγιστος, Ἀθηναίοι-
σί τε καὶ Αἰγινήτῃσι. μετὰ δέ, πυθομένοισι Ξέρξεα
στρατῷ ἐπὶ Σάρδισι, ἐβουλεύσαντο
κατασκόπους πέμπειν ἐς τὴν Ἀσίην τῶν βασιλέος
πρηγμάτων· ἐς Ἄργος τε ἀγγέλους, ὁμηχμίην
στησομένους τοῖσι Περσέων, καὶ ἐς Σικελίην
ἄλλους πέμπειν παρὰ Γέλωνα τὸν Δεινομένεος, ἐς
τε Κέρκυραν, κελεύοντας βοηθέειν τῇ Ἑλλάδι, καὶ
ἐς Κρήτην ἄλλους· φρονήσαντες εἴ κως ἔν τε σφίσι
τὸ Ἑλληνικὸν, καὶ εἰ συγκύψαντες τοῦτο πρήσ-
σοιεν πάντες, ὡς δεινῶν ἐπιόντων ὁμοίως πᾶσι τοῖσι
Ἕλλησι. τὰ δὲ Γέλωος πρήγματα, μεγάλα ἐλέ-
γετο εἶναι, οὐδαμῶν Ἑλληνικῶν τῶν οὐ πολλὸν μέ-
ζω. Ὡς δὲ ταῦτά σφι ἔδοξε, καταλυσάμενοι
τὰς ἔχθρας, πρῶτα μὲν κατασκόπους πέμπουσι ἐς
τὴν Ἀσίην ἄνδρας τρεῖς. οἱ δὲ, ἀπικόμενοί τε ἐς
Σάρδις καὶ καταμαθόντες τὸν βασιλέος στρατὸν,
ὡς ἐπαΐοντες ἐφαίνοντο, βασανισθέντες ὑπὸ τῶν
στρατηγῶν τὸ πεζὸν στρατὸν, ἀπήγοντο ὡς ἀπο-
λούμενοι. καὶ τοῖσι μὲν κατεκέκειτο θάνατος· Ξέρ-
ξης δὲ ὡς ἐπύθετο ταῦτα, μεμφθεὶς τῶν στρατηγῶν
τὸν γνώμην, πέμπει τῶν τινας δορυφόρων, ἐντει-
λάμενος, ἢν καταλάβωσι τοὺς κατασκόπους ζών-
τας, ἄγειν παρ' ἑωυτόν· ὡς δὲ ἔπ' ἐκείνους ἀφίκοντο
κατέλαβον, ἧπερ ἐς ὄψιν τὸν βασιλέος, ὅθεν
273 τὴν πυθόμενος ἐπ' οἵσι ἦλθον, ἐκέλευσε σφέας τοὺς
δορυφόρους ἐκείνους ἐπιδεῖξαι πάντα τε
τὸν πεζὸν στρατὸν καὶ τὸν ἵππον· ἐπιδεῖξαι δὲ ταῦτα ἐκ-
τελέσαντες ἔασι πλήρεες, ἀποπέμπειν ἐς τὴν αὐ-
τοὶ ἐθέλωσι χώρην ἀσινέας. ἐπιλέγων δὲ τὸν λόγον
τόνδε, ταῦτα ἐπετέλλετο, ὡς εἰ μὲν ἀπόλοιντο οἱ κα-
τάσκοποι, ὅτ' αὐτὰ τὰ ἑωυτῶν πρήγματα προεπύθοιν-
το οἱ Ἕλληνες ἐόντα λόγου μέζω, οὔτ' ἂν ἐπὶ τοὺς πο-
λεμίους μέγα ἐσινέατο, ἄνδρας τρεῖς ἀπολέσαντες.
νοσησάντων δὲ πυθέων ἐς τὴν Ἑλλάδα, δοκέειν ἔφη
ἀκούσαντας τοὺς Ἕλληνας τὰ ἑωυτῶν πρήγματα πρὸ
τοῦ στόλου τοῦ γινομένου, ἐλαδώσειν σφέας τὴν ἰδίην
ἐλευθερίην, καὶ οὕτω οὐδὲ δέεσθαι ἐπ' αὐτοὺς στρατη-
λατέοντας πρήγματα ἔχειν. Οἷα δὲ αὐτῷ αὐ-
τὴ γνώμη τῆγε ἄλλη. ἐὼν γὰρ ἐν Ἀβύδῳ ὁ Ξέρ-

κελεύοντας

ἑλληνικὸν

sibus sunt reddita. ¶ Coactis autem CXLV
in eundem locum Græcis qui per Græciam melius sentiebant, interq; se colloquutis interposita fide, ibi consilio habito visum est ante omnia missas faciendum [1] pecunias debitas, & inimicitias & hostilitates. Erant autem cum alia aliorum bella, tum vero maximum inter Athenienses & Æginetas. Posteaquam autem Xerxem cum exercitu Sardibus esse audiere, Athenienses decreuere cũ aliquos in Asiam mittendos ad res regis explorandas, tum nuncios partim Argos, ad cõtrahendam aduersus Persam belli societatem, partim in Siciliam ad Gelonem Dinomenis filium, partim in Corcyram, partim in Cretam, iubentes opem Græciæ ferri: eo animo vt si fieri posset, omnis vis Græca vnum esset, & ad idem agendum omnes incumberent, tanquam calamitate cunctis Græcis impendente. Ferebantur autem res Gelonis magnę esse, nec multo minores quam Græcorũ. Vbi hæc eis placuere, & in gratiã inter se rediere, principio [2] speculatores in Asiam tres viros misere: qui quũ Sardis veniissent, in speculando regis exercitu deprehensi sunt, & à ducibus pedestrium copiarũ torti deducebantur tanquam perituri, lata in eos mortis sententia. Id vbi Xerxes audiit, reprehensa ducum sententia, mittit quosdam è satellitibus, iubẽs vt si viuos adipiscerentur speculatores, ad sese deducerent. Eos adhuc superstites adepti satellites, prehensos in regis conspectũ adduxerũt. Sciscitatus rex qua de causa veniissent, præcepit satellitibus vt homines circumducerent, peditatum omnem equitatumq; ostentantes: & eos, vbi contemplando illa expleti fuissent, sine noxa dimitterent quocunque locorum ire libuissent. Hoc Xerxes ea ratione imperauit quod cogitabat fore vt si speculatores necati fuissent, neq; Græci præsciscerent potentiam suam esse fama maiorem, neque quippiam ipse læderet hostes tribus viris interemptis: at iisdem in Græciam regressis, fore vt Græci (vt se opinari dicebat) auditis rebus suis antequam exercitum compararent, propriam libertatem traderent, atque ita non oporteret suscipere molestiã de exercitu in eos ducendo. Hæc CXLVII
sententia Xerxis cum altera quadam congruit. nam quum Abydi ageret Xer-

1 *Fortasse πρῶτα χρημάτων πάντων respondet potius phrasi nostræ, Deuant toutes choses. Certe interpretationem Vallæ verba hæc Græca ferre non possunt.* 2 *Rectius interpreteris* exploratores *hoc & in sequ. loco. vt alibi ipse vocem illam Græcam reddidit: & paulo ante dixit,* Ad res regis explorandas.

xes, vi-

xes, vidit naues cursum tenentes per Hellespontum, quæ frumentum è Ponto in Æginam Peloponnesumque portabant. quas vbi audiere eius assessores esse hostiũ, sese ad eas corripiendas accingebant, intuentes in regem, quando id agi præciperet. Xerxes eos interrogauit quonam illæ tenderent: qui quum respondissent, Ad hostes tuos; domine, frumento onustæ: tunc Xerxes excipiens inquit, Nonne eodẽ quo isti, & nos nauigamus, tum rebus aliis, tum vero frumento instructi? quid igitur hi officiunt nobis, quibus commeatũ portant?

CXLVIII Ceterum speculatores illi rebus inspectis dimissi in Europam rediere. ¶ Post quorum reditum Græci qui contra Persam coniurarant, nuncios iterum Argos miserunt. Quibus Argiui responderunt [1] res suas ita habere: Audisse se iam inde ab initio barbarum excitasse aduersus Græciam bellum, & quum accepissent intellexissentque Græcos sese colligere, tentaturos Persę obsistere, principes fuisse mittendi Delphos qui deum consulerent quid sibi optime facientibus esset euenturum. (nuper enim sex millia suorum fuisse interempta à Lacedęmoniis & Cleomene Anaxandridæ filio, eaq; de caussa se misisse,) & iis qui missi fuerant interrogantibus, sic Pythiam respondisse,

Finitimis inuise, deis dilecte beatis,
Interius tutamen habens, impune maneto,
Et tutare caput: nam membra tuebitur illud.

Hæc illis Pythia prius respõderat. Postea vero quam nuncii Argos venerunt, senatumque ingressi mandata retulerunt, Argiui responderunt ad ea quæ dicebantur, se promptos esse in triginta annos pacificare cum Lacedæmoniis, percusso fœdere: sed ea condicione vt dimidium imperii penes se esset. quanquam enim ius imperandi ipsorũ esset, tamẽ dimidio imperii se esse contentos.

CXLIX Hoc aiebant suum senatum respondisse, quamuis dissuadente oraculo societatem contrahere cum Græcis. quod etsi formidarent, tamen properare vt fœdus triginta annorum feriretur: intra quos annos liberi sui in virilem ætatem adolescerent: hac videlicet ratione,

ξης, εἰδὲ πλοῖα ἐκ τῦ Πόντου διαγωγὰ, διεκπλώοντα ὃν Ἑλλήσποντον, ἔς τε Αἴγιναν, καὶ Πελοπόννησον κομιζόμενα. οἱ μὲν δὴ τῶ ῥέθρου αὐτὸ ὡς ἐπύθοντο πολέμια ἐόντα τὰ πλοῖα, ἑτοῖμοι ἦσαν αἱρέειν αὐτὰ, ἐσβλέποντες ἐς ὃν βασιλῆα, ὁκότε τῶν δὴ κελεύοι. ὁ δὲ Ξέρξης εἴρετο αὖτις ὁκη πλέοιεν· οἱ δὲ εἶπον, Ἐς τὰς σὰς πολεμίους δέσποτα σῖτον ἄγοντες. ὁ δὲ, Οὐκῶν καὶ ἡμεῖς ἐκεῖ πλέομεν ἔνθα περ καὶ οὗτοι, τοῖσί τε ἄλλοισι ἐξηρτυμένοι καὶ σίτῳ. τί δῆτα ἀδικέουσι οὗτοι ἡμῖν σιτία τῶν δὴ κομίζοντες; Οἱ μὲν ὦν κατάσκοποι οὕτω δεισάμενοί τε καὶ ἀποπεμφθέντες, ἐσέβησαν ἐς τὴν Εὐρώπην. οἱ δὲ συνωμόται Ἑλλήνων ὅτε δὴ Πέρση, μετὰ τὴν ἀποπεμψιν τῶν κατασκόπων, δεύτερα ἔπεμπον ἐς Ἄργος ἀγγέλους. Ἀργεῖοι δὲ λέγουσι τὰ κατ' ἑωυτὸς γενέσθαι ὧδε. συνθέσθαι γὰρ αὐτίκα κατ' ἀρχὰς τὰ ἐκ τῦ βαρβάρου ἐγειρόμενα ὅτι τὴν Ἑλλάδα. πυθομένους δὲ, καὶ μαθόντες ὡς σφέας οἱ Ἕλληνες παρήσονται καταλαμβάνοντες ὅτι ὃν Πέρσην, πέμψαι θεοπρόπους, ἐς Δελφοὺς ὃν θεὸν ἐπειρησομένους ὥς σφι μέλλει ἄριστον ποιέουσι γενέσθαι. νεωστὶ γὰρ σφέων τεθνάναι ἑξακισχιλίους ὑπὸ Λακεδαιμονίων καὶ Κλεομένεος τῦ Ἀναξανδρίδεω. τῶνδε δὴ εἵνεκα πέμπειν. τὴν δ' Πυθίην ἐπειρωτῶσι αὐτοῖσι αὐτελεῖν τάδε,

Ἐχθρὲ μὲν ἐκπόνεσι, φίλ' ἀθανάτοισι θεοῖσι,
Εἴσω δ' ἐμβόλαιον ἔχων, πεφυλαγμένος ἦσο,
Καὶ κεφαλὴν πεφύλαξο· καρὴ δὲ τὸ σῶμα σαώσει.

Ταῦτα μὲν τὴν Πυθίην χρῆσαι πρότερον. μετὰ δὲ, ὡς ἐλθεῖν τοὺς ἀγγέλους ἐς δὴ τὸ Ἄργος, ἐσελθεῖν ὅτι τὸ βουλευτήριον, καὶ λέγειν τὰ ἐντεταλμένα. τοὺς δὲ πρὸς τὰ λεγόμενα ὑποκρίνασθαι ὡς ἑτοῖμοί εἰσι Ἀργεῖοι ποιέειν ταῦτα, τελεκηνται ἔτεα εἰρήνην συνεσάμενοι Λακεδαιμονίοισι, ἢν ἡγεόμενοι τε τὸ ἥμισυ πάσης τῆς συμμαχίης. καίτοι κατά γε τὸ δίκαιον γίνεσθαι τὴν ἡγεμονίην ἑωυτῶν, ἀλλ' ὅμως σφι ἀποχρᾶν τὸ ἥμισυ ἡγεομένοισι. Ταῦτα μὲν λέγουσι τὸ βουλευτήριον ὑποκρίνασθαι, καὶ σφι ἀπαγορεύοντος τῦ χρηστηρίου μὴ ποιέεσθαι τὸν πρὸς τοὺς Ἕλληνας συμμαχίην· ἀσμένους δὲ ἔχειν σπονδὰς γενέσθαι τοσάσδε, καὶ τὸ χρηστήριον φοβεομένους· ἵνα δὴ σφι οἱ παῖδες ἀνδρεωθέωσι ἐν τούτοισι τοῖσι ἔτεσι,

1 Hanc se rationem in suis rebus tenuisse. *Vel, se ita egisse.* Quum iam inde ab initio audissent quæ barbarus aduersus Græciam moliretur, & fore animaduertissent vt Græci ipsos nihilominus quam ceteros aduersus Persam assumerent, se Delphos misisse qui deum consulerent *&c. Sed legendum est* οὐ παρήσονται, *vt sit ad verbũ, Græcos non omissuros ipsos assumere. Sic aliquanto post,* ἔνθα δὲ σφέας παραλαμβάνειν τοὺς Ἕλληνας. *in quibus etiam interpret. lapsus est Valla.*

ναι δὲ ἀποδέων ἐουσέων ὅτι λέγεσθαι, ἰὼν ἀρὰ σφέας καταλάβῃ τοὺς τῷ μεγίστῳ κακῷ, ἄλλο τοιοῦτο τοὺς ὄπισθε Πέρσῃσι, μὴ πλείστου ἔωσι τῶν Λακεδαιμονίων ἀνθέξοι. τῶν δὲ ἀγγέλων τὸν ἀπὸ τῆς Σπάρτης τοῖσι τὰ ῥηθέντα ἐκ τῆς βουλῆς ἀμείψασθαι τοῖσδε, τοῖσι μὲν σπουδέων αὐτοῖσι εἰς τὸν πλεῶνας, τοῖσι δὲ ἡγεμονίης, αὐτοῖσι ἐπιτάλθαι ὑποχρίνασθαι· καὶ δὴ λέγειν, σφι μὲν εἶναι δύο βασιλέας, Ἀργείοισι δὲ ἕνα· οὐκων δίκαιον εἶναι τῶν ἐκ Σπάρτης τοῦδε περὶ παῦσαι τῆς ἡγεμονίης. μὴ δὲ δύο τῶν σφετέρων ὁμόψηφον ἔχειν Ἀργείων εἶναι, κωλύειν τοῦτο. ὥστω δὴ οἱ Ἀργεῖοι φασὶ οὐκ ἀνασχέσθαι τῶν Σπαρτιητέων τὸν πλεονεξίην, ἀλλ' ἑλέσθαι μᾶλλον ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἄρχεσθαι ἢ ὑπείξαι Λακεδαιμονίοισι. τοσοῦτόν τε τοῖσι ἀγγέλοισι, τοῦ δρώμου ἡλίου ἀπαλλάσσεσθαι ἐκ τῆς Ἀργείων χώρης· εἰ δὲ μή, πολεμίους σφι ἔσεσθαι ὡς πολεμίους. Αὐτοὶ μὲν Ἀργεῖοι τοσαῦτα τούτων πέρι λέγουσι. ἔστι δὲ ἄλλος λόγος λεγόμενος αὖτε τὴν Ἑλλάδα, ὡς Ξέρξης ἔπεμψε κήρυκα ἐς Ἄργος τοῦ πρὸν ἢ περ ὁρμῆσαι στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. ἐλθόντα δὲ τὸν λέγεται εἰπεῖν, Ἄνδρες Ἀργεῖοι, βασιλεὺς Ξέρξης τάδε ὑμῖν λέγει· Ἡμεῖς νομίζομεν Πέρσην εἶναι, ἀπὸ οὗ ἡμεῖς γεγόναμεν, παῖδα Περσέος δὲ Δαναΐης, γενόμενον ἐκ τῆς Κηφέος θυγατρὸς Ἀνδρομέδης. ὥστω αἱ ὧν εἴημεν ὑμέτεροι ἀπογονοι. οὕτε ὦν ἡμέας εἰκὸς ἐπὶ τοὺς ἡμετέρους προγόνους στρατεύεσθαι, οὔτε ὑμέας ἄλλοισι παρασκευάζοντας, ἡμῖν ἀντιξόους γενέσθαι, ἀλλὰ παρ' ὑμῖν αὐτοῖσι ἡσυχίην ἔχοντας κατῆσθαι. ἐὼ γὰρ ἐμοὶ γενόμενα κατὰ νόον, οὐδαμοὺς μείζονας ὑμέων ἄξω. ταῦτα ἀκούσαντας Ἀργείους λέγεται πρῆγμα ποιήσασθαι, καὶ πρόσχημα μὲν τοῦδε ἀπαγορεύοντας μεταπέμπειν ἐπὶ δὲ σφέας πρόσθεν λαμβάνειν τὸν Ἕλληνας, οὕτω δὴ ὅτι σαλπιστὰς ὅπου οὐ μεταδώσοισι τῆς ἀρχῆς Λακεδαιμόνιοι, μεταπέμπειν, ἵνα ὅτι πρόφασιν ἡσυχίην ἄγωσι. Συμπεσεῖν δὲ τούτοισι καὶ τόνδε τὸν λόγον λέγουσί τινες Ἑλλήνων, πολλοῖσι ἔτεσι ὕστερον γενόμενον τούτων· τυχεῖν ἐὸντας Σούσοισι τοῖσι Μεμνονείοισι ἐόντας ἑτέρου πρήγματος εἵνεκα ἀγγέλους Ἀθηναίων, Καλλίην τε τὸν Ἱππονίκου, καὶ τοὺς μετὰ τοῦτον ἀναβαίνοντας. Ἀργείους δὲ, τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον πέμψαντας καὶ τούσδε ἐς Σοῦσα ἀγγέλους, εἰρωτᾶν Ἀρτοξέρξεα τὸν Ξέρξεω, εἰ σφι ἔμμενε ἔμμενεν τι ἐμμένει τὸν πρὸς Ξέρξεα φιλίην συνεχέως ἐγένετο, ἥν νομίζοιατο πρὸς αὐτὸν εἶναι πολέμιοι.

ne si qua calamitas ad superiorem accederet in bello Persico, nisi fœdera forent, in posterum subiecti Lacedæmoniis essent. His dictis Argiuorum à senatu, quidam è nunciis Spartanorum ita respondit, quod ad fœdera quidem attineret, se ad eos qui plures essent relegare: quod autem ad imperium, id vero sibi demandatum esse, vt responderent dicerentque, Spartanis duos esse reges, Argiuis vnum, ideo non posse fieri vt alterutri Spartæ regi abrogaretur imperium: & nihil obstare quominus cum iis duobus rex Argiuus parem dignitatem obtineret. Ibi Argiui negare se perpessuros insolentiam, sed præoptare à barbaro imperari sibi, quam Lacedæmoniis cedere. Atque ita edixerunt nunciis vt priusquam occideret sol, ex agro Argiuo excederent, alioqui hostium loco futuros. Hoc ipsi Argiui sic CL
se habere memorant. aliter tamen per Græciam narratur, Xerxem antequam bellum Græciæ inferret, misisse Argos caduceatorem: quo quum peruenit, ita fertur verba fecisse, Viri Argiui, Xerxes rex hæc vobis inquit, Nos arbitramur, Persem, ex quo nos progeniti sumus, fuisse filium Perſei Danaes filii, ex Andromeda genitum, quæ fuit Cephei filia. ita ex vobis oriundi sumus. Quod quum ita sit, nefas est & nos progenitoribus nostris inferre bellum, & vos aliis opem ferendo, nobis aduersarios fieri. Sed potius domi vestræ vos confidentes otium tenere. nam si mihi ex sententia succedet, nullos pluris quam vos faciam. Hæc Argiui quũ audissent, [1] rem confeciſſe dicuntur, & à principio dissimulantes quod actum esset, nihil popoſciſſe Græcos: sed quum ab illis [2] reprehenderentur, tunc partem imperii popoſciſſe, gnari id Lacedæmonios non concessuros, vt hoc prętextu [3] otium agerent. [4] Cui rei CLI
competit, quod quidam Græcorum multis postea annis gestum fuisse memorant: Quum Susis Memnoniis alterius negocii gratia essent Athenienſium nuncii, Callias Hipponici filius & collegę qui pariter ascenderant, contigit vt Argiui & ipsi per id tempus Susa mitterẽt nuncios, qui Artaxerxem filiũ Xerxis interrogarent an amicitiã quam cũ Xerxe contraxissent, putaret adhuc durare, an ab illo pro hoſtib. haberẽtur.

ἔξω. ἐξέλθοι

1 *Fortasse phrasis Græca respondet potius nostræ, En avoir fait cas. Pro ἀπαγορεύοντας autẽ legitur & ὑπαγορεύοντας.* 2 *Vide annot. quæ proximam præcedit.* 3 A bello abstinerent. 4 Cum quibus istud congruisse. *vel,* Quibus consentaneum fuisse quidam Græcorum narrant quod multis post hæc annis contigit

Quibus

Quibus Artaxerxes, imo vero maxime perdurare respondit, nullamque sibi ciuitatem amiciorē putare quam Argos.
CLII Verum an caduceatorem Xerxes Argos[1] miserit ad ea dicenda, & an Argiuorum nuncii qui Susa ascenderunt, Artaxerxem de amicitia interrogauerint, pro comperto dicere non possum, nec vllam de his aliam proferre sententiam nisi quam Argiui proferunt. Id demum scio, si omnes homines qui domestica mala in medium contulissent, cum vicinis mutare volentes, mala vicinorū intuiti fuissent, libenter reportaturos rursum singulos ea quæ ipsi attulissent. Ita non turpissime ab Argiuis actum est. Ego vero quæ dicuntur dicere debeo, attamen non omnino omnibus credere: quod in vniuersum à me dictum sit. quoniam & hoc narratur, Argiuos extitisse qui Persam in Græciam accersierunt, posteaquam cum Lacedæmoniis male pugnassent, præ dolore præsenti quiduis præoptantes. Et de Argiuis quidem dictum est.
CLIII ¶ In Siciliam autem ad agendum cum Gelone, tum alii nuncii à sociis iere, tum vero à Lacedæmoniis Syagrus. Huius Gelonis progenitor fuit OEcetor, qui in Gela erat, ex insula Telo quæ Triopio obiacet: qui, dum Gela conderetur a Lindiis, qui sunt è Rhodo & Antiophemo, assumptus non est. Interiecto tamen tempore,[2] posteri eius deorum inferorum sacerdotes illic perseuerauerunt, oriundi à Teline, vno ex ea familia, qui eos illic collocauit hunc in modum: Quidam viri Geloi per seditionem eiecti, in Mactorium vrbem quæ sita est super Gelam, profugerunt: hos Telines Gelam[3] deduxit nullis virorum copiis adiutus, sed horum deorū sacris. quę vnde acceperit, an ipse possederit, id vero dicere non possum. His sacris fretus,[4] eo deduxit illos vbi posteri sui deorū sacrificuli essent. Quę res mihi admirationi fuit, præter ea quæ audio, tantum opus Telinem effecisse: qualia opera non à quocunq; viro effici consueuerūt, sed ab eo qui sit[5] casti ingenii, robustæque præstantiæ. Quanquam vt fertur ab incolis Siciliæ, fuisse natura effeminatum ac viro molliorem.

βασιλῆα ἢ Ἀρτοξέρξεα μᾶλιστα ἐμμεῖναι φάναι, καὶ οὐδεμίην νομίζειν πόλιν Ἄργεος φιλιωτέρην. Εἰ μὲν νυν Ξέρξης ἀπέπεμψε ταῦτα λέγοντα κήρυκα ἐς Ἄργος, ἢ Ἀργείων ἄγγελοι ἀναβάντες ἐς Σοῦσα ἐπειρώτων Ἀρτοξέρξεα τὸν φιλίης, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως εἰπεῖν· οὐδὲ τινα γνώμην αὐτὸς ἐπ' αὐτέων ἀποφαίνομαι ἄλλην γε ἢ τὴν αὐτοὶ Ἀργεῖοι λέγουσι· ἐπίσταμαι ἢ τοσοῦτο, ὅτι εἰ πρότερον αὖ ἔφερον τὰ οἰκήια κακὰ ἐς μέσον συνειείκαμεν, ἀλλάξασθαι βουλόμενοι τοῖσι πλησίοισι, ἐσκυψάντες ἂν ἐς τὰ τῶν πέλας κακὰ, ἀσπασίως ἕκαστοι αὐτέων ἀποφερέοντο ὀπίσω τὰ ἑωυτῶν εἰκαστο. ὅπως δὴ οὖν Ἀργείοισι αἰσχίστα πεποίηται. ἐγὼ μὲν ὀφείλω λέγειν τὰ λεγόμενα, πείθεσθαι μέντοι οὐ πάντα γε ὀφείλω. καί μοι ἔστω τοῦτο ἔπος εἰρέσθω ἐς πάντα τὸν λόγον. ἐπεὶ καὶ τάδε λέγεται, ὡς ἄρα Ἀργεῖοι ἦσαν οἱ ὑπακηκοότες ἐν Πέρσῃσι ὅτε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἐπειδή σφι ἐς Λακεδαιμονίους κακῶς ἡ αἰχμὴ ἐγένετο, πρὸς δὴ βουλόμενοί σφι εἶναι τοῖσι παρεοῦσι λύπης. τὰ μὲν δὴ Ἀργείων εἴρηται. Ἐς δὲ τὴν Σικελίην ἄλλοι τε ἀπικέατο ἄγγελοι ἀπὸ τῶν συμμάχων συμμίξοντες Γέλωνι, καὶ δὴ καὶ ἀπὸ τῶν Λακεδαιμονίων Σύαγρος. τοῦ δὲ Γέλωνος τούτου προγόνων, οἰκήτωρ ὁ μὲν Γέλης οὐκ ἦν ἐκ Τήλου τῆς ἐπὶ Τριοπίῳ κειμένης· ὃς κτιζομένης Γέλης ὑπὸ Λινδίων τε τῶν ἐκ Ῥόδου, καὶ Ἀντιοφήμου, οὐκ ἐλήφθη. αὐτὰ μέντοι δὴ οὗτοι οἱ ἀπόγονοι ἐμνήμοντο, ἱρεφάντας τῶν χθονίων θεῶν διετέλεον ἐόντες, Τηλινέω ἐνὸς τοῦ τῶν προγόνων κτησαμένου τέμενος τοιῶνδε. ἐς Μακτώριον πόλιν τὴν ὑπὲρ Γέλης οἰκημένην, ἔφυγον ἄνδρες Γελῴων, ἐσωθέντες φάσι. τούτους ὦν ὁ Τηλίνης κατήγαγε ἐς Γέλην, ἔχων οὐδεμίην ἀνδρῶν δυνάμιν, ἀλλ' ἱερὰ τούτων τῶν θεῶν. ὁκόθεν δὲ αὐτὰ ἔλαβε, ἢ αὐτὸς ἐκτήσατο, τοῦτο δὲ οὐκ ἔχω εἰπεῖν. τούτοισι δὴ ὦν πίστει κατήγαγε, ἐπὶ ᾧ τε οἱ ἀπόγονοι αὐτοῦ ἱεροφάνται τῶν θεῶν ἔσονται. θωυμάζω μὲν ὦν καὶ τοῦτο γενόμενον τοὺς τὰ σπουδαιότατα κατεργασαμένους Τηλίνην ἔργον τοσοῦτον. τὰ τοιαῦτα γὰρ ἔργα οὐ τοῦ τυχόντος ἀνδρὸς νενόμικα γίνεσθαι, ἀλλὰ τοῦ ἀνδρὸς ψυχῆς τε ἀγαθῆς, καὶ ῥώμης δυσρηίης. ὃ δὲ λέγεται τοῦ Σικελίης τοὺς οἰκήτορας τὰ ὑπερφίαλα τῶν ἐόντων πεφυκέναι, δηλυδρίης τε καὶ μαλακώτερος ἀνήρ.

1 Ad ea dicenda remiserit, & an Argiuorum nuncii ad interrogandū Artaxerxem de amicitia, Susa ascenderint, pro comp.
2 Eius posteri continua successione deorum inferorum sacrifici, *vel*, *antistites sacrorum diis inferis*, fuerunt, quum Telines, vnus quidam ex progenitoribus *hanc dignitatem* hoc modo acquisiuisset. *At Valla cum in aliis peccauit, tum in eo quod ita vertit quasi κτεαμένου legeretur, quū tamen statim post in eadem re alteram lectionem sequatur.* 3 Reduxit. *sic & paulo post emenda.*
4 Eos hac condicione reduxit vt eius posteri deorum sacrifici essent. *Ad hoc loquendi genus passim impingit hic interpres.*
5 *Sensus huius loci postulare videtur vt ψυχὴ ἀγαθὴ respondeat ad verbum ei quod dicimus Bon esprit: vt totum hunc locum sic interpretemur*, Neque enim in quemlibet talia facta cadere existimo, sed in eum demū qui acuto ingenio viriliq; robore sit præditus. Atqui eum Siciliæ incolæ contraria his a natura habuisse ferunt, vt qui effeminatus ac molliot fuerit. *Illud quoque τοῦς τὰ videtur aliter accipiendum, & eodem modo quo vtimur præpositione* Ad, *quum dicimus*, Obstupuit ad has voces.

ὕτω μὲν νυν ἐκτήσατο τὴν ἀρχήν. Κλεάνδρου δὲ τοῦ Παταρέος τελευτήσαντος τὸν βίον, ὃς ἐτυράννευσε μὲν Γέλης ἑπτὰ ἔτεα, ἀπέθανε δὲ ὑπὸ Σαβύλλου ἀνδρὸς Γελῴου, ἐνθαῦτα δὴ ἀναλαμβάνει τὴν μοναρχίην Ἱπποκράτης, Κλεάνδρου ἐὼν ἀδελφεός. ἔχοντος δὲ Ἱπποκράτεος τὴν τυραννίδα, ὁ Γέλων ἐὼν Τηλίνεω τοῦ ἱεροφάντεω ἀπόγονος, πολλῶν μετ' ἄλλων, καὶ Αἰνησιδήμου τοῦ Παταίκου, ὃς ἦν δορυφόρος Ἱπποκράτεος, μοῖρ' ὀλίγων ἀρετῇ ἀπεδείχθη πάσης τῆς ἱππικῆς ἵππαρχος. πολιορκέοντος γὰρ Ἱπποκράτεος Καλλιπολίας τε καὶ Νάξιον, καὶ Ζαγκλαίους τε καὶ Λεοντίνους, καὶ ἄλλους, Συρηκουσίους τε καὶ τῶν βαρβάρων συχνούς, αἰνὴρ ἐφάνη ἐν τούτοισι τοῖσι πολεμίοισι ἐὼν ὁ Γέλων λαμπρότατος. τῶν δὲ εἵνεκεν πολίων τούτων, πλὴν Συρηκουσίων, ὑδεμίη πέφευγε δουλοσύνην ἄλλος Ἱπποκράτεος. Συρηκουσίους δὲ Κορίνθιοί τε καὶ Κερκυραῖοι ἐρρύσαντο, μάχῃ ἐσσωθέντας ὑπὲρ ποταμοῦ Ἐλώρου. ἐρρύσατο δὲ ὥστε ὑπὲρ τοῖσδε καταλέξαντες, ἐπ' ᾧτε Ἱπποκράτεϊ Καμαρίνην Συρηκουσίους παραδοῦναι. Συρηκουσίων δὲ ἐστὶ Καμαρίνα τοὐρχαῖον. Ὡς δὲ ἐτυράννευσε Ἱπποκράτεα δυωδεκάμηνον ἔτεα καὶ ἀδελφεῷ Κλεάνδρῳ κατέλαβε ἀποθανόντι πρὸς πόλι Ὑβλῃ, στρατὸν συλλέξας ὑπὲρ τοὺς Σικελούς, ὥστε δὴ ὁ Γέλων ἐν λόγῳ ποιεύμενος τοῖσι Ἱπποκράτεος παισὶ Εὐκλείδῃ τε καὶ Κλεάνδρῳ, ἐόντι βουλομένων τῶν πολιητέων κατηκόων ἔτι εἶναι τῷ ἔργῳ, ὡς ἐπεκράτησε μάχῃ τῶν Γελῴων, ἦρχε αὐτῶν ἀποστερήσας τοὺς Ἱπποκράτεος παῖδας. μετὰ δὲ τοῦτο τὸ ἄρπημα, τοὺς γαμόρους καλεομένους τῶν Συρηκουσίων, ἐκπεσόντας ὑπό τε τοῦ δήμου, καὶ τῶν ἑτέρων δούλων, καλεομένων δὲ Κυλλυρίων, ὁ Γέλων καταγαγὼν τούτους ἐκ Κασμένης πόλιος ἐς τὰς Συρηκούσας, ἔσχε καὶ ταύτας. ὁ γὰρ δῆμος ὁ τῶν Συρηκουσίων ἐπιόντι Γέλωνι παραδιδοῖ τὴν πόλιν καὶ ἑωυτόν. Οὗτος, ἐπεί τε παρέλαβε τὰς Συρηκούσας, Γέλης μὲν ὀπιπρατίων, λόγον ἐλάσσω ἐποιέετο, ὅτι περ ἓξ αὐτὸν Ἱέρωνι ἀδελφεῷ ἑωυτοῦ ὄντα ἀρχὰς Συρηκούσας ἐκράτυνε, καὶ ἐς ἄπαντα αἰ Συρήκουσαι αἱ τότε παραυτίκα αἰεί τε ἔβραμον καὶ αὐέβλαστον. τὸ μὲν γὰρ Καμαριναίους ἀποφῶσαι ἐς τὰς Συρηκούσας ἀστούς, πολίτας ἐποίησε, Καμαρίνης δὲ τὸ ἄστυ κατέσκαψε· τοῦτο δέ, Γελώων ἐόντων μητροπόλιας τῶν ἀστῶν τούτων τοῖσι Καμαριναίοισι ἐποίησε. Μεγαρέας τε τοὺς ἐν Σικελίῃ, ὡς πολιορκεόμενοι ἐς ὁμολογίην κατέστησαν, τοὺς μὲν αὐτέων πλουσίους, ἀνδραποδίσας τε πολλοὺς αὐτῶν, καὶ προσδοκέοντας ἀπολέεσθαι διὰ τοῦτο, ἄγων ἐς τὰς Συρηκούσας, πολίτας ἐποίησε.

Hunc in modum ille dignitatem hanc adeptus est. Cleandro autē Patareo, qui septem annos Gelæ tyrannide potitus est, vita functo, (à Sabyllo autē viro Geloo fuit interfectus) ibi frater eius Hippocrates suscepit imperium. Quo tyrannidem obtinente, erat illic Gelon prognatus à Teline vate, cum aliis multis, quorum vnus erat Æneſidemus Pataici filius, satelles Hippocratis: qui non diu post ob virtutem declaratus est totius equitatus præfectus. nam quibus in bellis Hippocrates obsedit Callipolitanos, Naxios & Zanclæos & Leontinos, pugnauitque cum Syracusanis & permultis barbarorū, in iis bellis Gelon extitit vir præclarissimus: adeo vt nulla omnium quas retuli ciuitatum effugerit Hippocratis dominationem, præter Syracusanos. quos pugna ad flumen Elorum superatos Corinthii Corcyræque liberauerunt: sub hac tamen condicione, vt Syracusani Camarinam, quæ ipsorum quondam fuisset, Hippocrati traderent. Hippocrates autem quum totidē annos quot frater Cleander tyrannidem obtinuisset, illato Siculis bello, ante vrbem Hyblam periit. ita Gelon per caussam tuendi liberos Hippocratis, EVclidem & Cleandrum, vbi ciues, quod abnuerent dicto amplius audientes esse, prœlio vicit, ipse Geloorum imperium [1] adeptus est, liberis Hippocratis dominatu fraudatis. [2] Post hoc commentum, quosdam Syracusanos, qui Gamori vocabantur, à plebe suisque seruis qui Cyllyrii nominabantur eiectos, in patriam ex vrbe Casmena reducendo, potitus etiam est ipsis Syracusis. nam ei venienti plebs Syracusana & vrbem & seipsam dedit. Quam Gelon vbi accepit, Gelam quam tenebat minoris faciens, Hieroni fratri demandauit, sibique Syracusas habuit, & quidem pro omnibus vrbibus. ideoque ea ciuitas confestim [3] excurrit atque propagata est. nam deductis eo Camarinæis omnibus Gelon ciuitatem dedit, Camarina euersa: dimidioque & eo amplius Geloorum itidem vt Camarinæis fecit. Necnon Megarensium qui sunt in Sicilia, quum obsessi ad deditionem venissent, locupletissimos quosque, qui bellum ei intulerant, & ob id se interfectū iri putabant, Syracusas traduxit, ac ciuitate donauit:

CLIV

CLV

CLVI

1 Omittit ἔργῳ quod respondet præcedenti λόγῳ. q. d. Dum verbo illos ad conseruandum suum imperium adiuuat, ipse non iam verbo, sed facto illud inuasit. 2 Post hoc autem insperatum lucrum. Id est, Quum autem ei nihil tale sperāti iam tantum bonum obtigisset. 3 Incrementum vigoremque assumpsit.

at plebem

at plebem Megarenſem quæ belli mouendi fuerat expers, quæque nihil mali ſe paſſuram expectabat, Syracuſas adductam venundedit, ex Sicilia aſportandam. Idem hoc fecit Eubœenſibus qui ſunt in Sicilia, proceres à plebe diſtinguens. Hoc autem ideo de vtriſque fecit quod arbitraretur contubernium
pleroſque eorum in claſſe ad Salaminẽ eſſe audiret, vrbem cepit deſertam, decimo menſe quàm fuerat ab ipſo rege capta. Eo poſtquam venit, mittit ad IV Salaminem Murichidem quendã Helleſpontium, cum eiſdem mandatis quæ Alexander Macedo pertuliſſet. Mittebat autem eadem mandata, gnarus ille quidem non beneuolo erga ipſum animo eſſe Athenienſes, ſed ſperans contumaciam depoſituros, tanquam ſubacta omni Attica regione, & ſub ipſius imperio poſita. hac de cauſſa Murichidem miſit in Salaminem. Is vbi in ſenatum V venit, Mardonii mandata expoſuit. è ſenatoribus Lycidas ſententiam dixit, Satius videri ſibi eſſe vt ea quæ Murichides apud ſenatum diceret, ipſi admittentes ad populum referrent. Hæc ille dicebat ſiue quod pecuniam à Mardonio accepiſſet, ſiue quod id ſibi probaretur. Quod ſimulatque audiere Athenienſes, tam ii qui ex concilio quam qui extra concilium erant, indigne ferentes, Lycidam circumſteterunt, lapidibuſque interemerunt: Helleſpontium vero Murichidem dimiſerunt illæſum. Excitato de Lycida apud Salaminem rumore, & cognito quod geſtum erat, Athenienſium vxores, alia aliam exhortantes atque prehendentes, vltro domũ Lycidæ adiere, hominiſque vxorem ac liberos lapidauerunt. Hunc autem VI in modum Athenienſes in Salaminem tranſierunt: Quandiu ipſi copias è Peloponneſo venturas ſibi auxilio expectabant, tandiu hoſtes in Attica habuere ſtatiua: at vbi & ſocii tardius ſegniuſque agunt, & Mardonius aduentans iam eſſe in Bœotia audiebatur, ita exportatis omnibus rebus & ipſi in Salaminem traiecerunt, nunciosq; in Lacedæmonem miſerunt conqueſtum de Lacedæmoniis, qui neglectui haberent barbarũ eſſe Atticam ingreſſum, neq; cum ipſis ei in Bœotiam occurriſſẽt: tum admonitũ eorum quæ ſibi, ſi ad eum deficere vellent, Mardonius ſpopondiſſet: tũ prædictũ, niſi præſidio ipſis eſſent, ſe aliquod per ſemet remedium inuenturos. Agebant per id tẽpus Lacedæmonii ſolennia quæ vocantur Hyacinthia: quæ feſta dei celebrare plurimi faciebant. ad hæc murum ſibi in Iſthmo extruebant, qui iam pinnas acceperat. Ad hos VII poſteaquam nuncii Athenienſiũ Lacedæmonem venerunt, ducentes ſecum Megarenſium ac Platæenſium legatos,

ephoris

ephoris aditis, ita loquuti sunt, Athenienses ad hæc nos referenda miserunt, regem Medorum cum nostram nobis regionem reddere velle, tum societatem nobiscum æquis condicionibus inire citra fraudem & dolum, tum aliam regionem nostræ addere, quam ipsi nostro arbitrio optauerimus: nos tamen pudore Græci numinis, & pro magno flagitio ducentes prodere Græciam, annuere nolle, sed recusare, quamuis iniuria affectos à Græcis ac proditos. Qui, etsi non ignoremus conducibilius esse nobis societatem inire cum Persa, quam bellum gerere, tamen sponte nostra societatem non inibimus. Et hæc quidem nostræ sunt quæ in Græcos præstamus officia. At vos, qui tunc in omnem metum deueneratis ne paciscerem cum Persa, posteaquam compertam habuistis sententiam nostram, nequaquã prodendi Græciam, & murum quem in Isthmo inædificabatis absoluistis, nullã habetis Athenienſiũ rationẽ: & quum conueneritis nobiscum de occurrendo Persæ ad Bœotiam, desertores exitistis, pro nihilo ducentes barbarum Atticam esse ingressum. Itaque vobis Athenienses in præsens vsque succensent quod non estis officio functi: quod superest, vt primo quoque tempore nobiscum copias mittatis iubent: quo barbarum in Attica (quoniam in Bœotia defecimus) excipiamus nostra in terra vbi campus Thriasius appositissimus erit ad dimicandum. Hæc vbi accepere ephori, responsum in diem posterũ distulerunt, postero die in alterũ: idq; in decem dies fecerũt, diem de die extrahentes. Intra quod tempus vniuersi Peloponnenses magno studio incumbentes, Isthmum muro intercluſere, ad finemq; perduxere. Non ausim dicere hãc fuisse causſam cur isti tantopere solliciti fuerint, quum Alexander Macedo Athenas pergebat, ne Athenienses Medorũ partes sequerentur: nunc autẽ nihil aliud curarent quam vt sibi Isthmus inædificaretur, putantes non amplius se quicquam Athenienſibus indigere. At sub aduentũ Alexandri in Atticam, muro quẽ extruebãt nondũ perfecto, Persas vehemẽter extimescebant. Tandẽ &

ἔλεγον παρὸν ἐπιλθόντες τοῖς ἐφόροις, Ἔπεμψαν ἡμέας Ἀθηναῖοι, λέγοντες ὅτι ἡμῖν βασιλεὺς ὁ Μήδων, τοῦτο μὲν, τὴν χώρην ἀποδίδοι· τοῦτο δὲ, συμμαχίους ἐθέλει ἐσ' ἴσης τε καὶ ὁμοίης ποιήσασθαι, ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπάτης. ἐθέλει δὲ καὶ ἄλλην χώρην πρὸς τῇ ἡμετέρῃ δίδοναι, τὴν αὐτοὶ αὑτοῖσι ἑλώμεθα. ἡμεῖς δὲ, Δία τε Ἑλλήνιον αἰδεσθέντες, καὶ τὴν Ἑλλάδα δεινὸν ποιεύμενοι προδοῦναι, οὐ κατανεύσαμεν, ἀλλὰ πρήσσειν τε ἀπειπάμεθα, καίπερ ἀδικεόμενοι ὑπὸ Ἑλλήνων καὶ καταπροδεδομένοι· ἐπιστάμενοί τε ὅτι κερδαλεώτερόν ἐστι ὁμολογέειν τῷ Πέρσῃ μᾶλλον ἢ πολεμίους εἶναι· οὐ μέντοι ὁμολογήσομέν γε ἑκόντες εἶναι. καὶ ὃ μὲν ἡμέτερον οὕτω ἀκίβδηλον ἐὸν νεμέσησι τοῖσι Ἕλλησι· ὑμεῖς δὲ, ἐς πᾶσαν ἀρρωδίην τότε ἀπικόμενοι μὴ ὁμολογήσωμέν τῷ Πέρσῃ, ἐπεί τε ὀξέως ἐπύθεσθε ἡμέτερον φρόνημα σαφέως, ὅτι οὐδαμᾶ προδώσομέν τὴν Ἑλλάδα, καὶ ὅτι τεῖχος ὑμῖν ἐμέλλομεν τοῦ Ἰσθμοῦ ἐλαυνόμενον ἀποτελέσειν, καὶ εἵνεκα τούτων ἐβουλεύσαντο οὕτω ἀπολογήσασθαι πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ποιεύμενοι τοιάδε· ἡμῖν τε ἐμέλλετε ἐπιτρέψειν τὸν Πέρσην αἰτιώσεσθαι ἐς τὴν Βοιωτίην, προδεδώκατε, καὶ εἰδότες τε ἐσβαλέειν ἐς τὴν Ἀττικὴν τὸν βάρβαρον. ἐς μὲν νῦν ὑμέας τοὺς Ἀθηναίους ὑμῖν μέλλοισι. οὐ γὰρ ἐποιήσατε ἐν καιρῷ δέοντος. νῦν δὲ ὅτι τάχος στρατιὴν ἅμα ἡμῖν ἐκέλευσαν ὑμέας ἐκπέμπειν, ὡς ἂν τὸν βάρβαρον δεκάμεθα ἐν τῇ Ἀττικῇ. ἐστρατιὴ γὰρ ἡμαρτημένου τοῦ Βοιωτίης, τῆς γε ἡμετέρης ἐπιτηδεώτατόν ἐστι μαχέσασθαι τὸ Θριάσιον πεδίον. Ὡς δὲ ἄρα ἀκηκόεσαν οἱ ἔφοροι ταῦτα, ἀπεβάλλοντο ἐς τὴν ὑστεραίην τὸν χρηστήριον· τῇ δὲ ὑστεραίῃ, ἐς τὴν ἑτέρην. τοῦτο δὲ καὶ ὅτι δέκα ἡμέρας ἐποίεον, ἐξ ἡμέρης ἐς ἡμέρην ἀναβαλλόμενοι. ἐν δὲ τούτῳ τοῦ χρόνου τὸν Ἰσθμὸν ἐτείχεον, σπουδὴν ἔχοντες πολλὴν πανδημεὶ Πελοποννήσιοι· καὶ σφι ἦν ἱκανὸς τελεῖ. οὐδὲ ἔχω εἰπεῖν τὸ αἴτιον, διότι ἀπικομένου μὲν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος ἐς Ἀθήνας σπεύδων μεγάλην ἐποιήσαντο μὴ μηδίσαι Ἀθηναίους, τότε δὲ ὥρην ἐποιήσαντο σοφέμιην, ἄλλο γε ἢ ὅτι ὁ Ἰσθμὸς σφι ἐτετείχιστο· καὶ ἐδόκεον Ἀθηναίων ἔτι δεῖσθαι σφέων. ὅτε γὰρ ὁ Ἀλέξανδρος ἀπίκετο ἐς τὴν Ἀττικὴν, ἔτι ἀπετετείχιστο· ἐργάζοντο δή, μεγάλως κατορρωδηκότες τοὺς Πέρσας. Τέλος δὲ, τό τε

1 Ionis Græci, 2 Bœotia frustrati sumus. id est, spe confligendi cum hoste in Bœotia. 3 Cur autem antea quidem quũ Alexander venit Athenas, tam anxie obstiterint quominus Athenienses Medorum partes sequerentur, tum vero nihil de hac re solliciti fuerint, huius rei causſam aliam adferre non possum quam quod murum Isthmi extruxerant, seque iam Athenienſium opera nil opus habere existimabant: at quum Alexander in Atticam venit, nondum extructus erat, sed opus hoc promouebant, Persas vehementer extimescentes. Tandem vero & respons. &c. Valla imposuit vocabulum ἀπό γε quod inuxit cum proxime præcedentibus verbis, quum ad τὸ αἴτιον referatur, hoc modo, οὐδὲ ἔχω εἰπεῖν τὸ αἴτιον ἀπό γε ἢ ὅτι &c.

ἐκκρίσιος ἢ ἐξόδου τῶν Σπαρτιητέων ἐγίνετο
τοῖος τοιόσδε· τῇ πρωτεραίῃ τῆς ὑστάτης καταστά-
326 σιος μελλούσης ἔσεσθαι, Χίλεος οὐνόματι, ἀνὴρ Τεγε-
ήτης, δυνάμενος ἐν Λακεδαίμονι μέγιστον ξείνων,
τῶν ἐφόρων ἕνα ἐπύθετο πρῶτα λόγον· ὃν δὴ οἱ Ἀ-
» θηναῖοι ἔλεγον. ἀκούσας ταῦτα ὁ Χίλεος, ἔλεγε,
» Ἆρα σφι παρὰ δὲ ἄστυ ἔχει, ἄνδρες ἔφοροι· Ἀθηναί-
» ων ἡμῖν ἐόντων μὴ ἀρθμίων, τῷ βαρβάρῳ συμ-
» μάχων, καὶ ἦν τείχεος ἀμφὶ τῷ Ἰσθμοῦ ἑλλησμέ-
» νον κρατερῷ, μεγάλαι χλισιάδες ἀναπεπτέαται ἐς
» τὴν Πελοπόννησον τῷ Πέρσῃ. Ἀλλ' ἐσακούσατε πρὶν
» τι δεινὸν Ἀθηναίοισι δόξαι σφάλμα τῇ Ἑλλάδι φέ-
ρειν. Ὁ μὲν σφι ταῦτα συνεβούλευε· οἱ δέ, ὡς φρε-
νὶ λαβόντες τὸν λόγον, αὐτίκα φᾶσαντες οὐδὲν τοῖσι
ἀπ' ἀγγελιοισι τοῖσι ἀπὸ τῶν πολίων, νυκτὸς
ἔτι ἐκπέμπουσι πεντακισχιλίους Σπαρτιητέων, καὶ
ἑπτὰ τοὺς ἕκαστοι ταξαντες τῶν εἰλώτεων, Παυσανίῃ
τῷ Κλεομβρότου ὑπαξόμενοι ἐξάγειν. ἐγίνετο μὲν
ἡ ἡγεμονίη Πλειστάρχου τοῦ Λεωνίδεω· ἀλλ' ὁ μὲν, ἦν
ἔτι παῖς, ὁ δέ, τούτου ὢν θεῖος καὶ ἐπίτροπος τε καὶ ἀνεψιός. Κλεόμ-
βροτος γὰρ ὁ Παυσανίεω μὲν πατὴρ, Ἀναξανδρίδεω
δὲ παῖς, οὐκέτι ἐβίω, ἀλλὰ ἀπαγαγὼν ἐκ τοῦ
Ἰσθμοῦ τὸν στρατὸν τοῦτον ὁ τεῖχος εἱμάσαν· μετὰ
ταῦτα οὐ πολλὸν χρόνον πρὸς βιοῦ ἀπέθανε. ἀπῆ-
γε δὲ τὸν στρατὸν ὁ Κλεόμβροτος ἐκ τοῦ Ἰσθμοῦ
ἀμφὶ τόδε· θυομένῳ οἱ ὑπὲρ τοῦ Πέρσῃ, ὁ ἥλιος ἀ-
μαυρώθη ἐν τῷ οὐρανῷ. παρεσκευάσατο δὲ ἐωυτῷ
Παυσανίης Εὐρυάνακτα τὸν Δωρείος, ἄνδρα οἰκίης
ἐόντα τῆς αὐτῆς. οἱ μὲν δὴ σφι Παυσανίῃ ἐξεπλήσ-
θησαν ἔξω Σπάρτης. Οἱ δὲ ἄγγελοι, ὡς ἡμέρη ἐ-
γεγόνεε, οὐδὲν εἰδότες περὶ τῆς ἀπόδου, ἐπῆλθον ὅτι
τοὺς ἐφόρους, ἐν νόῳ δὴ ἔχοντες ἀπαλλάσσεσθαι
καὶ αὐτοὶ ὅτι τῆς ἑωυτῶν ἕκαστος· ἐπελθόντες δὲ, ἔ-
» λεγον τάδε, Ὑμεῖς μὲν ὦ Λακεδαιμόνιοι αὐτοῦ τῇδε
» μένοντες, ὑμέας αὐτοὺς ἀγάλλετε καὶ παίζετε, κατα-
» πρηθέντες πρὸς συμμάχους· Ἀθηναῖοι δὲ, ὡς ἀ-
» δικεόμενοι ὑπὸ ὑμέων, χήτεί τε συμμάχων, κα-
» ταλύσονται τῷ Πέρσῃ οὕτω ὅκως αὐ δυνώνται. κα-
» ταλυσάμενοι δὲ, δῆλα γὰρ δὴ ὅτι σύμμαχοι βα-
» σιλέος γινόμεθα, συστρατευσόμεθα ὅτι τάχιστα οἱ ἐκεῖ-
» σε ἡγήσονται· ὑμέας δὲ τὰ ἐνθεῦτεν μαθήσεσθε οἷα εἰκὸς αὖ
» ὑμῖν ἐξ αὐτοῦ γενέσθαι. Ταῦτα λεγόντων τῶν ἀγ-
γέλων, οἱ ἔφοροι εἶπαν ἐπ' ὄρκῳ, ἢ δή δοκέει εἶναι Ὀ-
ρεστείῳ ζείχοντας ὅτι τοὺς ξείνους. ξείνους γὰρ καλέουσι
τοὺς βαρβάρους. οἱ δέ, ὡς οὐκ εἰδότες, ἐπυνθάνοντο
λεγόμενον ἕκαστον· ἐπειρώμενοι δὲ, ἐξεμάθοσαν πρῶ-
τον ἐόν. ὥστε δὴ θωύματι ληφθέντες, ἐπορεύοντο τὴν ταχίστην

responsum & ex itus Spartiatarum fuit huiusmodi: Pridie quàm iam vltimum concilium fieret, vir Tegeata nomine Chileus, apud Lacedæmonios maximæ inter hospites potentiæ, quum audisset ab ephoris omnia quæ Athenienses dixissent, his verbis eos alloquutus est, Ita se habet, viri ephori: si Athenienses non sentiunt nobiscum, sed cum barbaro, qu amuis valido muro sit Isthmus inædificatus, tamē magnæ fores patefactæ sunt barbarō in Peloponnesum. Quare prius eos audiatis quam aliquid decernant quod cladē Græciæ adferat, Hoc Chileus consilium dedit. quod in animum admittentes ephori, confestim nihil colloquuti cum nunciis qui à ciuitatibus venerāt, quinque millia Spartiatarum quum adhuc nox esset [1] dimiserunt, præpositō eis Pausania Cleombroti filio. Quæ præfectura erat quidem Plistarchi Leonida geniti: sed quum is puer esset, Pausanias præfectus est, qui eius patruelis erat & idem tutor. nam Cleombrotus Anaxandridæ filius, pater Pausaniæ, iam non superarat, non diu pòst quàm copias quæ murum extruebant in Isthmo, reduxerat, vita functus. Reduxerat autem ab Isthmo copias Cleombrotus ob eam caussam quod sibi inter sacrificandum aduersus Persam sol in cælo obscuratus esset. Elogit autem Pausanias sibi collegam Eryanactem Doris filium, suum gentilem. His copiis è Sparta cum Pausania profectis, nuncii dē illarum profectione ignari, vbi dies illuxit, ephoros adeunt, habentes in animo abire in suam quique ciuitatem. Vbi adierunt, ita verba fecere, Vos quidem Lacedæmonii desidentes hic Hyacinthia agitis, ac luditis, sociis proditis: Athenienses vero, vt à vobis læsi, & ob penuriam sociorum, ita vt poterunt cum Persa transigent. Soluta autem societate vobiscum, palam est nos, quum regis fuerimus socii, militiæ comites futuros in quamcunque regionem nos illi educent. Inde vos discetis quidnam vobis ex ea re sit euenturum. Hæc loquutis nunciis Ephori inreiurādo interposito dixere suas se copias pūtare in Orestio esse, tendentes aduersū peregrinos. Peregrinos enim barbaros appellabant. Hoc illis non intelligentes, quid diceretur scisciabantur. Sciscitati, & rem omnē edocti atq; stupefacti, quamcelerrime abiere

1 Emiserunt, septenis helotibus circa vnumquemque collocatis. *Quæ verba à Valla hic omissa, repetuntur infra cap. 29*

ad illos

ad illos insequendos, & cum iis quinq; millia finitimorum Lacedæmoniorum
XII delecta. His Isthmum versus ire maturantibus, Argiui, vbi primum audiere copias è Sparta cum Pausania profectas, præconem, quem optimum è diurnis cursoribus inuenerunt, in Atticam mittunt ad Mardonium: qui videlicet antea receperant se futuros impedimento quominus Spartiata egrederetur. Præco vbi Athenas peruenit, Mardoni, inquit, miserunt me Argiui nunciatum tibi iuuentutem è Lacedæmone esse progressam, seq; ne illa progrederetur præstare nequisse. Ad hæc tu bonum consilium adhibe. Hoc ille loquutus, retro
XIII abscessit. Quo audito Mardonius iam non fidebat amplius perstare in Attica: vbi ideo hactenus immoratus fuerat quod audire cuperet ac scire quid ab Athenien sibus ageretur, neque populans neque lædens Atticum agrum, assidue sperans fore vt secum illi paciscerentur. Quod vbi desperauit, re comperta, priusquam Pausanias cum copiis Isthmum egrederetur, subduxit exercitũ, incensis Athenis, & siquid aut murorum aut ædium priuatarum sacrarumq; extabat, eo omni diruto atq; obruto. Ideo autem excedendum sibi putauit, quod neque adequitabilis esset Attica regio, neque, si ipse male pugnasset, euadi poterat nisi per angustias, vbi à paucis trãsitu prohiberi posset. Statuit igitur recedere illinc Thebas, tum ciuitatẽ amicam, tum
XIV regionem equitibus opportunã. Profecto illinc Mardonio & iam iter facienti perfertur nuncius properans, aliũ exercitũ mille Lacedæmoniorum Megara iter habere. Eo audito consultabat siquo pacto hos primum posset excipere. Itaque conuersum exercitum ducebat Megara, præmisso equitatu qui omnem oram Megaridẽ incursaret. Huc vsq; Europæ ad solem occidentem versus longissime processit hæc Persica expeditio. ¶ Post hæc nuncius ad Mardo-
XV nium venit, Græcos in Isthmo coactos esse: atque ita retrocessit per Deceleam. Magistratus enim Thebani accolas Asopiotũ accersierant, qui Mardoniũ in Sphendaleas & illinc in Tanagrã duces itineris deduxerunt. In Tanagra noctẽ moratus Mardonius, postero die in agri Thebani Scolon trãfuersis tramitibus peruenit. Ibi Thebanorum rura, tametsi Medicas partes fouentiũ, vastauit: nõ illorũ odio, sed ingẽti necessitate

διώκοντες. σιὼ δὲ σφι, τῷ περ οἱ Λακεδαιμονίων λοχαγὸς πεντακισχίλιοι ὁπλῖται πρῶτοι τοῦτο ἐποίεον. Οἱ μὲν δὴ ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἠπείγοντο· Ἀργεῖοι δέ, ἐπεί τε πάχιστα ἐπύθοντο τοὺς μετὰ Παυσανίεω ἐξεληλυθότας ἐκ Σπάρτης, πέμπουσι κήρυκα, τῷ ἡμεροδρόμῳ δὲ χρεώμενοι ἀπίκοντο ἐς τὰς Ἀθήνας, ἔλεγε πάλε, Μαρδόνιε, ἔπεμψάν με Ἀργεῖοι φράσοντά τοι ὅτι ἐκ Λακεδαίμονος ἐξελήλυθε ἡ νεότης, καὶ ὡς οὐ δυνατοί σφι ἔσονται ἔτι ἔχειν εἶναι Ἀργεῖοι μὴ οὐκ ἐξιέναι. πρὸς ταῦτα τύχαιρε εὖ βουλεύμενος. ὁ μὲν δὴ, εἴ τι ἄρα ταῦτα, ἀπαλλάσσετο ὀπίσω. Μαρδόνιος δὲ οὐδαμῶς ἔτι εἶχε θυμὸν ἐν τῇ Ἀττικῇ μένειν ἐν τῇ Ἀττικῇ, ὡς ἤκουσε ταῦτα. πρὶν μὲν γὰρ πυθέσθαι, ἀνεκώχλευε, ἐλάσας εἰδέναι δ' ἄρα Ἀθηναίων, οἱ ἐν οἰκίοισι ποιήσουσι· καὶ οὔτε ἐπήμυνε οὔτε ἐσίνετο ἐκείνῳ τὴν Ἀττικήν, ἐλπίζων ἀφ' ἁπλοῦ τὸ χρέος τοῦ ὁμολογήσειν σφέας· ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔπειθε, πυθόμενος ὅτι πάντα λόγον, πρὶν ἢ τοὺς μετὰ Παυσανίεω ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἐμβαλεῖν, ἐπεξεχώρεε· ἐμπρήσας τε τὰς Ἀθήνας, καὶ εἴ τινα ἢ ὀρθὸν ἐᾶν τῶν τειχέων ἢ τῶν οἰκημάτων, ἢ τῶν ἱρῶν, πάντα καταβαλὼν καὶ συγχώσας, ὡς ἐλάσσω τῶν δεινέων· ὅπου γὰρ ἱππάσιμα ἦν ἡ χώρη ἐᾶν ἡ Ἀττική, εἴτε νικῷτο συμβαλών, ἀπαλλαξις οὐκ ἐᾶν, οὐ μὴ κατὰ ῥηϊδίους· ὥστε καὶ ὀλίγους σφέας αἰθεσπρους ἴσχειν. ἐβεβούλευτο ὧν, ἐπεὶ χωρήσας ἐς τὰς Θήβας, συμβαλεῖν 327
πρὸς πόλιν τε Φιλίην, ἐν χώρῃ ἱππασίμῃ. Μαρ- τῷ ἱππασίμῳ.
δόνιος μὲν δὴ οὕτω ἐπεξεχώρεε. ἤδη δὲ ἐν τῇ ὁδῷ ἐόντι αὐτῷ ἦλθε ἀγγελίη πρόδρομος, ἄλλως σπεύδων ἥκειν ἐς Μεγάρα, Λακεδαιμονίων χιλίους. τυθόμενος δὲ ταῦτα, ἐβουλεύετο, ἤδη, εἴκως ἐὼν ἵπποις πρόσφορον ἔλαι. ἐπορεύετο δὲ τὴν πρώτην ἦγε ὅτι τὰ Μέγαρα· ἡ δ' ἵππος προσελθοῦσα κατὰ πάντα χῶρον τὴν Μεγαρίδα. ἐς ταύτην δὴ ἐκ κατόπτου τῆς Εὐρώπης ὁ πρὸς ἡλίου δυόντος ἡ Περσικὴ αὕτη στρατιὴ ἀπίκετο. Μετὰ δὲ ταῦτα, Μαρδονίῳ ἦλθε ἀγγελίη ὡς ἀλέες εἶεν οἱ Ἕλληνες ἐν τῷ Ἰσθμῷ. ὥστε δὴ ὀπίσω ἐπορεύετο δι' Δεκελείης. οἱ γὰρ Βοιωτάρχαι μετεπέμψαντο τοὺς προσχώρους τῶν Ἀσωπίων. οὗτοι δὲ αὐτῷ τὴν ὁδὸν ἡγέοντο ἐς Σφενδαλέας· ἐνθεῦτεν δή, ἐς Τάναγραν. ἐν Τανάγρῃ δὲ νύκτα ἐναυλισάμενος, ἐν τεταμένῃ τῇ ὑστεραίῃ ἐς Κάλλοι, ἐν γῇ τῇ Θηβαίων ἦν. ἐνθεῦτεν δὲ τῶν Θηβαίων, καὶ σφι μηδιζόντων, ἔκειρε τοὺς χώρους, οὐκ ἐξ ἔχθεος αὐτέων, ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης μεγάλης

ἐχόμενος. Βουλόμενος ἔρυμά τε τῷ στρατοπέδῳ ποιήσασθαι, καὶ ἅμα συμβαλέειν οἱ μὴ ἐκβαίνειν ὀκνέοντι πεδίῳ, χρησφύγετον τοῦτο ἐποιέετο. παρῆκε δὲ αὐτοῦ τὸ στρατόπεδον, ἀρξάμενον ἀπὸ Ἐρυθρέων τῶνδε τῶν Ὑσιέων. κατέτεινε δὲ ἐς τὴν Πλαταιίδα γῆν, ἅμα τῷ Ἀσωπῷ ποταμῷ τείνοντι ἐπὶ μήκεος. ἐν μέσῳ τε τείχεος τοσούτου ἐποιέετο, ἀλλ' ὡς ἕκαστοι δέκα σταδίους μάλιστα καὶ μέτωπον ἔσχον. ἐχόντων δὲ τὸν πρῶτον τοῦτον τῶν βαρβάρων, Ἀτταγῖνος ὁ Φρυνώνος, ἀνὴρ Θηβαῖος, τὸν δεῖπνον ποιήσας μεγάλως, ἐκάλεε ὅτι ξείνια αὐτόν τε Μαρδόνιον καὶ πεντήκοντα Περσέων τοὺς λοχιμωτάτους καλεσάμενος δοῖ ἑωυτῷ. ἵνα δὲ τὸ δεῖπνον ποιήσηται. Τάδε δὴ λέγεται ἐλθεῖν ἔπεα Θερσάνδρου, ἀνδρὸς μὲν Ὀρχομενίου, λογίμου δὲ ἐς τὰ μάλιστα ἐν Ὀρχομενῷ. ἔφη δὲ ὁ Θέρσανδρος καλεῦσαι καὶ αὐτὸς ὑπ' Ἀτταγίνου ὅτι δεῖπνον τοῦτο· καλεῦσαι δὲ καὶ Θηβαίων ἄνδρας πεντήκοντα, καὶ σφέων ἕκαστέρω χωρὶς ἑκατέρους κλίναι, μετὰ Πέρσην τε καὶ Θηβαῖον ἐν κλίνῃ ἑκάστῃ. ὡς δὲ δεῖπνου ἔσαν, σπένδοντων, τὸν Πέρσην τὸν ὁμόκλινον, Ἕλλάδα γλῶσσαν ἱέντα, εἴρεσθαι αὐτὸν ὁποδαπός ἐστι, αὐτὸς δὲ ἐκφαίνειν ὡς εἴη Ὀρχομένιος. τὸν δὲ εἰπεῖν, Ἐπεὶ νῦν ὁμοτράπεζός τε μοι καὶ ὁμοσπόνδος ἐγένεο, μνημόσυνά τοι γνώμης τῆς ἐμῆς καταλιπέσθαι θέλω· ἵνα καὶ πρόσθεν αὐτὸς περὶ σεωυτοῦ βουλεύεσθαι ἔχῃς τὰ συμφέροντα. ὁρᾷς τούτους τοὺς δαινυμένους Πέρσας, καὶ τὸν στρατὸν τὸν ἐλίπομεν ὅτι τῷ ποταμῷ στρατοπεδευόμενον; τούτεων πάντων ὀλίγου τινὸς χρόνου διελθόντος, ὀλίγους τινὰς τοὺς περιεσομένους. ταῦτα ἅμα τε τὸν Πέρσην λέγειν, καὶ μιλίνεα πολλὰ τῶν δακρύων. αὐτὸν δὲ θωυμάσαντα τὸν λόγον, εἰπεῖν πρὸς αὐτόν, Οὐκῶν Μαρδονίῳ τε ταῦτα χρεὼν ἐστὶ λέγειν, καὶ τοῖσι μετ' ἐκεῖνον ἐν αἰνῇ ἔσεσι Πέρσῃσι. ὃν δὲ μὴ ταῦτα εἰπεῖν, Ξεῖνε, ὅ,τι δὴ γνώμεα ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀμήχανον ἀποτρέψαι μὴ οὐ τελέσαι. οὐδὲ γὰρ πιστὰ λέγουσι ἐθέλει πείθεσθαι οὐδείς. ταῦτα δὲ Πέρσεων συχνοὶ ἐπιστάμενοι, ἑπόμεθα ἀναγκαίῃ ἀναγκαιότατοι. ἐχθίστη δὲ ὁδυνέων ἐστὶ τῶν ἐν ἀνθρώποισι αὕτη, πολλὰ φρονέοντα, μηδενὸς κρατέειν. ταῦτα μὲν δὴ Ὀρχομενίου Θερσάνδρου ἤκουον· καὶ πάλαι πρὸς τούτοισι, ὡς αὐτὸς αὐτίκα λέγει ταῦτα πρὸς ἀνθρώπους πρότερον ἢ ἐν Πλαταιῇσι τὴν μάχην. Μαρδονίου δὲ ἐν τῇ Βοιωτίῃ στρατοπεδευομένου, οἱ μὲν δὴ ἄλλοι παρεῖχοντο ἀπόνητες στρατιὴν, καὶ συνεστέβαλον ἐς Ἀθήνας, ὅσοι περ ἐμήδιζον Ἑλλήνων τὰ αὐτὰ οἰκημένων·

adactus: quod vellet cum castra communire, tum, si sibi in acie nõ cederet ex sententia, effugium comparare. Exporrexit autẽ castra sua ab Erythreis, secundum Hysias, Platæensi tenus agro, iuxtà flumen Asopum: muro communiens, sed non pro magnitudine castrorũ; verum per singulas fronteis dena stadia habente. Hoc in opere barbaris occupatis Attaginus Phrynonis filius vir Thebanus conuiuio magnificè apparato Mardonium ipsum & Persarum honoratissimos quinquaginta inuitauit. fiebat autem cœna Thebis. inuitati illi hominem sunt sequuti. Cetera quæ referam, ex Thersandro accepi, viro quidẽ Orchomenio, sed Orchomeni inter primos honesto: qui se quoque aiebat ad hanc cœnã ab Attagino inuitatũ cum quinquaginta Thebanis: nec vtrosque seorsum discubuisse, sed in singulis lectis alternos Persam & Thebanum. Secundum cœnam quum potioni daretur opera, Persam qui eodem toro recumbebat, Græce ipsum interrogasse cuias esset: se vero respondisse Orchomenium esse: tum illum dixisse, Quoniam tu mihi mensæ consors & libaminũ effectus es, volo tibi relinquere sententiæ meæ monumentũ, vt ipse quoq; præscius huius rei, queas tibi consulere. Cernis hos Persas in conuiuium acceptos, & copias quæ ad flumen in castris relictæ sunt: horum omnium paruo post tempore pauculos cernes superstites. Et inter dicendum multas lacrymas Persam effudisse. Admiratumq; se eam orationem, ad illum dixisse, Nonne hæc Mardonio expedit dicere, & iis Persis qui secundum eum in honore sunt? Et illum subiecisse, Hospes, quicquid ex deo fieri oportet, id homini ineuitabile est. nam nẽ credibilia quidem dicentibus credere quisquam vult. Atq; hæc permulti Persarum quum sciamus, tamen Mardonium sequimur illigati necessitate. Est autem hoc in hominibus acerbissimum; Eum qui multũ sapit, [2] minime potentẽ esse. Hæc ego ex Orchomenio Thersãdro audiebã, atq; adeo ipsũ hæc statim aliis enarrãsse priusquã prælium ad Platæas factũ est. Porro Mardonio in Bœotia statiua habenti, præbuerunt copias ceteri circà Græci, qui cum Medis sentiebant, [3] & ad Athenas congregati sunt,

xvi

xvii

1 In sing. lectis binos, Pers. 2 Nihil in potestate habere. *Id est, Eum qui sapientia magna præditus sit, vel, prudentia, non habere res vllas in potestate, sed cogi ad ea ea à quibus aliquo cum sua prudentia dehortetur. Alium sensum ex tempore elicere ex hoc loco non potui.* 3 Et vna cum eo aduersus Athenas mouerunt, &c.

præter Phocenſes. nam & iſti vehementer partibus Medorum ſtudebant, non tamen voluntarii, ſed coacti. Sed iidem non multis poſt diebus quam Thebas itum eſt, & ipſi aduenere, mille armati, duce Harmocyde inter populares ſpectatiſſimo. Eos Mardonius, vbi Thebas peruenere, miſſis equitibus iuſſit ſeorſum in campo ſubſidere: quod quũ feciſſent, protinus adfuit vniuerſus equitatus. Vnde poſtea rumor exercitum Græcorum qui cum Medis erant, perſuaſit, Phocenſes ab equitatu iaculis cõfoſſum iri. quinetiam per ipſos Phocenſes idem diuulgatum eſt. quos tunc dux ſuus Harmocydes his verbis adhortabatur, O Phocenſes, palam eſt hos homines certæ nos neci deſtinaſſe, accuſatos (vt opinor) à Theſſalis. Quare vnumquenque veſtrũm oportet egregium virum eſſe, potius quam dedentes nos fœdiſſima morte trucidari. Ipſi quoq; intelligant ſe barbaros eſſe inter Græcos, quibus mortem [1] intulerunt. His ſuos Harmocydes hortabatur. Quos vbi cõcluſere equites, inuehebantur tanquam ad eos occidendos, telis intentis, veluti emiſſuri: nonnullique emiſerunt. Phocenſes ex aduerſo ſtantes facto orbe quoquo verſus quum ſeſe opponerent, ibi equites digreſſi retro abiere. [2] Incertum an ad hos interficiendos rogatu Theſſalorum ierint equites: & poſteaquam animaduerterunt eos ad defendendũ ſe conuertere, veriti ne ipſi vulnerarẽtur, ita retro abſceſſerint, tanquã à Mardonio iuſſi: an experiri voluerint num quid iſti præſtantiæ haberent. Poſt abſceſſum autẽ equitatus, miſſo ad eos præcone, Mardonius ita inquit, Bono eſtote Phocenſes animo: viros enim ſtrenuos vos eſſe dediſtis ſpecimen, nõ tales quales ego audieram. Quo magis alacri animo tolerate hoc bellum. non enim aut me beneficiis aut regem vincetis. Hactenus quæ circa Phocenſes ſunt geſta. ¶ Lacedæmonii vbi ad Iſthmum venere, illic caſtra communiere. quod quum auditent ceteri Peloponnenſes, vtiq; ii quibus meliora cordi erant, cernerentque Spartiatas egredi volentes, indignum ſe putauerunt à Lacedæmoniis ſe in exeundo ſuperari. itaque quum pulchre litatum eſſet, cuncti ex Iſthmo profecti ſunt & in Eleuſinem peruenerunt: vbi quum pulchra etiam fuiſſent exta, ire perrexerunt.

μοιῶοι ὄ Φωκέες οὐ στωεσέβαλον: ἐμηδίζον γὰρ μεγάλως ϗ ἔτοι, οὐκ ἐκόντες, ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης. ἡμέρῃσι ὄ οὐ πολλῇσι μετ' ταῦτα ἀπίξιν τὴν ἐς Θήβας ὕστερον, ἦλθον αὐτέων ὁπλῖται χίλιοι. ἦγε ὄ αὐτοὺς Ἁρμοκύδης, ἀνὴρ τῶν ἀστῶν δοκιμώτατος. ἐπεὶ ὄ ἀπίκετο ϗ οὗτοι ἐς Θήβας, πέμψας ὁ Μαρδόνιος ἱππέας, ἐκέλευσε σφέας ἀπ' ἑωυτοῦ ἐς τὸ πεδίον ἵζεσθαι. ἐπεὶ ὄ ἐποίησαν ταῦτα, αὐτίκα παρῆν ἵππος ἅπασα. μετὰ ὄ ταῦτα, διεξῆλθε μὲν διὰ τοῦ στρατοπέδου τοῦ Ἑλληνικοῦ τοῦ μετὰ Μήδων ἐόντος φήμη ὡς καταχιτέοι σφέας· διεξῆλθε ὄ δι' αὐτέων Φωκέων τῶνδε τοῦτο. ἔνθα δὴ σφι ὁ στρατηγὸς Ἁρμοκύδης τοιάδε, λέγων τοιάδε, Ὦ Φωκέες, καταδεδήλωκε γὰρ ὅτι ἡμέας οὗτοι οἱ ἄνθρωποι μέλλουσι στρατοῦσθαι θανάτῳ δώσειν, ἀναβεβλημένους ὑπὸ Θεσσαλῶν, ὡς ἐγὼ εἰκάζω. νυῦν ὦν αἰδέομαι πινὰ πρώτα ὑμέων χρεών ἐστι γίνεσθαι ἀγαθόν. χρεὸν γὰρ, ποιεῦντάς τι ϗ ἀμυνομένους τελευτῆσαι τὸν αἰῶνα, ἢ παρεχόντας ἀναφθαρῆναι αἰσχίστῳ μόρῳ. ἀλλὰ μαθέτω τις αὐτέων ὅτι ἐόντες βάρβαροι ἐστὲ Ἕλλησι αἰδεσίμους φόνους ἐρράψατε. Οἱ μὲν ταῦτα κατεῖπε. οἱ ὄ ἱππέες, ἐπεὶ σφέας ἐκυκλώσαντο, ἐπήλασιον ὡς ἀπολέοντες, ϗ δὴ διετείνοντο τὰ βέλεα ὡς ἀπησόντες· ϗ κου τις ϗ ἀπῆκε. ϗ οἱ μὲν πρῶτοι ἔστασαν, πρώτῃ συστρέψαντες ἑωυτούς, ϗ πυκνώσαντες ὡς μάλιστα. σθαῦτα οἱ ἱππόται ἐπαναστρέφουσι, ϗ ἀπήλασιον ὀπίσω. οὐκ ἔχω δὲ ἀτρεκέως εἰπαι οὔτε εἰ ἦλθον μὲν ἀπολέοντες τοὺς Φωκέας, δεηθέντων Θεσσαλῶν· ἐπεὶ ὄ ὥρων στρατὸν ἀλέξησιν τεταμένον, δείσαντες μὴ ϗ σφίσι γλῶσσαν τρώσωσι, οὕτω δὴ ἀπήλασιον ὀπίσω· ὡς γὰρ σφι ἐπετείλατο Μαρδόνιος· οὔτ' εἰ αὐτέων πειρηθεῶσι ἠθέλησε εἴ τι ἀλκῆς μετέχουσι. ὡς ὄ ὀπίσω ἀπήλασαν οἱ ἱππόται, πέμψας Μαρδόνιος κήρυκα, ἔλεγε τάδε, Θαρσέετε ὦ Φωκέες· ἄνδρες γὰρ ἐφάνητε ἐόντες ἀγαθοὶ, οὐκ ὡς ἐγὼ ἐπυνθανόμην. ϗ νυῦν προθύμως φέρετε τὸν πόλεμον τοῦτον. οὐ γὰρ σίνησι γὰρ ὑμέων νικήσετε οὔτε ἐμέ, οὔτε βασιλέα. τὰ μὲν δὴ Φωκέων μοῦνοι ἐς τοσοῦτον ἐγένετο. Λακεδαιμόνιοι ὄ, ὡς ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἦλθον, ἐνταῦτα ἐστρατοπεδεύοντο. πυνθανόμενοι ὄ ταῦτα οἱ λοιποὶ Πελοποννήσιοι, τοῖσι τὰ ἀμείνω ἐπῆν δέμενοι, οἱ ὄ ὁρέοντες ὀξέως Σπαρτιήτας, οὐκ ἐδικαίευν λείπεσθαι τῆς ὁδοῦ Λακεδαιμονίων. ὡς δὴ ὧν τὸν Ἰσθμοῦ καλλιερησάντων σφι ἐπορεύοντο πρῶτοι, ϗ ἀπικνέονται ἐς Ἐλευσῖνα· ποιησάντες δὲ ϗ σθαῦτα ἱρὰ, ὡς σφι ἐκαλλιερέετο, προσω ἐπορεύοντο·

[1] Machinati ſint, *vel*, *moliti*. [2] Affirmare autem non poſſum an &c.

Ἀθηναῖοι ὦν ἅμα αὐτοῖσι, ἀγαβάντες μὲν ἐκ Σαλαμῖνος, συμμιγέντες δὲ ἐν Ἐλευσῖνι. ὡς δὲ ἄρα ἀπίκοιτο τὸ Βοιωτίης ἐς Ἐρυθρὰς, ἔμαθόν τε δὴ τοὺς βαρβάρους ὅτι τῷ Ἀσωπῷ στρατοπεδεύοιμεύς· φοβηθέντες δὲ τοῦτο, αὐτεπάγγελτοι ὅτι τὴν ὑπωρείην τοῦ Κιθαιρῶνος. Μαρδόνιος δὲ, ὡς οὐ κατέβαινον οἱ Ἕλληνες ἐς τὸ πεδίον, πέμπει ἐπ' αὐτοὺς πᾶσαν τὴν ἵππον, τὴν ἵππαρχέε Μασίστιος, ἀνδρὶ μέσῳ τῷδε Πέρσῃ- 20
χ Μασίστιον σι· (τὸν Ἕλληνες Μαρδόνιον καλέουσι) ἵππον ἔχων Νισαίην χρυσοχαλινόν τε, καὶ ἄλλως κεκοσμημένον καλῶς. ἐνθαῦτα ὡς προσήλασαν οἱ ἱππόται τοῖσι Ἕλλησι, προσέδραμον κατὰ τέλεα· προσβαλόντες δὲ, κακὰ μεγάλα ἐργάζοντο, καὶ γυναῖκας σφέας ἀπεκάλεον. Κατὰ συντυχίην δὲ Μεγαρέες ἔτυχον ταχθέντες ἢ δοκιμαχώτατον ἐὼν τοῦ χωρίου πάντος, καὶ προσοδος μάλιστα ταύτῃ ἐγίνετο τῇ ἵππῳ. προσβαλόντος ὦν τοῦ ἵππου, οἱ Μεγαρέες πιεζόμενοι ἔπεμπον ὅτι τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἑλλήνων κήρυκα. ἀπικόμενος δὲ ὁ κήρυξ πρὸς αὐτοὺς ἔλεγε τάδε, Με- 10
„ γαρέες λέγουσι, Ἡμεῖς, ἄνδρες σύμμαχοι, ἐόντες δυνατοὶ εἰμὲν τοῦ Περσέων ἵππου δέκεσθαι, μοῦνοι ἔχοντες στάσιν ταύτην ἐς τὴν ἔσχατην ἀρχήν· ἢν δὲ καὶ ἐς τόδε λιπαρίῃ τε καὶ ἀρετῇ αὐτέχομεν, καὶ οὐ πιεζόμενοι. νῦν „ τε, εἰ μή τινας ἄλλους πέμψετε ἀγαδόχους τοῦ τάξιος, ἴστε ἡμέας ἀναλείψοντας τὴν τάξιν. ὁ μὲν δὴ σφι ταῦτα ἀπήγγελε. Παυσανίης δὲ ἀπιστέοντος τοῦ Ἑλλήνων, εἴ τινες ἐθέλοιεν ἄλλοι ἐθελοντὶ ἰέναι τε ἐς τὸν χῶρον τοῦτον καὶ ἀντέχεσθαι Λακεδαιμονίοισι. βουλομένων δὲ τῶν ἄλλων, Ἀθηναῖοι ἐστρατεύσαντο, καὶ Ἀ- 30
329 θηναίων οἱ τεινηκόσιοι λοχαγέες Ὀλυμπιόδωρος ὁ Λάμπωνος. Οὗτοι ἔσαν οἵ τε ὑποδεξάμενοι, καὶ οἱ πρὸ τῶν ἄλλων παρεόντων Ἑλλήνων ἐς Ἐρυθρὰς ταχθέντες, τὰς τοξότας προσελόμενοι. μαχομένων δὲ σφέων ὅτι χρόνον, τέλος τοιόνδε ἐγίνετο τῆς μάχης· προσβαλόντος τοῦ ἵππου καὶ τέλεα, ὁ Μασίστιος προέχων τῶν ἄλλων ἵππος βάλλει τοξεύματι τὰ πλευρά· ἀλγήσας δὲ, ἵστα ὀρθὸς, καὶ ἀποσείεται τὸν Μασίστιον. πεσόντι δὲ αὐτῷ οἱ Ἀθηναῖοι αὐτίκα ἐπεκέαζον· τὸν δὲ ἵππον αὐτοῦ λαμβάνουσι, καὶ αὐτὸν ἀμυνόμενον κτείνουσι, κατ' ἀρχὰς οὐ δυνάμενοι. σεσκύας γὰρ οὗτος· ἐὼν θώρηκα εἶχε χρύσεον λεπιδωτὸν κατύπερθε δὲ τοῦ θώρηκος, κυθῶνα φοινίκεον ἐσεδεδύκεε. τύπτοντες δὲ ἐς τὸν θώρηκα αὐτὸν, ἐποίεον οὐδέν. πρίν γε δὴ μαθών τις ὃ ποιεύμενον, παίει μιν ἐς τὸν ὀφθαλμὸν ὕπτιον δὴ ἐπεσόντα τε καὶ ἀποθανόντα τὸν ἵππον δὲ κως διώκοντα ἐλαφηδὸν τοὺς ἄλλους ἱππέας. ὅτε γὰρ

Quibus Athenienſes è Salamine tranſmittentes, in Eleuſine admixti ſunt. Iſti poſteaquam ad Erythras Bœotiæ venere, cognito barbaros ad Aſopum caſtra habere, inito de hac re conſilio, regione tetenderunt ſub Cithæronis radicibus. In quos Mardonius, quod in cãpum non deſcenderent, omnem immittit equitatum, cui præerat Maſiſtius (à Græcis Maciſius dictus) vir apud Perſas inclytus, Niſæo equo inſidens, aureo freno & aliis inſignibus eximie ornato. Equites vbi promouere ad Græcos, per turmas egreſſi, multum detrimenti inferebant, feminas eos appellando. Erant forte Megarenſes ea parte collocati quà nulla alia magis oppugnari nullaque magis ab equis adiri poterat: hâc, impreſſione facta equitum, Megarenſes quia premebantur, mittunt ad duces Græcorum præconem, qui ita, quum venit, verbà fecit, Megarenſes aiunt, viri ſocii, Nos ſoli excipiendis hoſtibus impares ſumus, qui tenemus eandem in qua collocati ſumus à principio ſtationem: vbi hactenus tametſi ægre, tamen ſtrenue fortiterque reſiſtimus. nunc niſi alios nobis ſubſtituatis, ſcitote nos ab acie diſceſſuros. Hæc vbi præco renunciauit, Pauſanias experiri fecit Græcos, ſiqui alii vltrò ad locum irent, vt Megarenſibus ſuccederent. Recuſantibus ceteris, Athenienſes ſuſcepere hoc munus, videlicet eorum trecenti delecti, quibus præerat Olympiodorus Lamponis filius. Hi fuere qui præomnibus Græcis ad Erythras caſtra habentibus inſtructi ſucceſſere, ſagittariis ſibi aſſumptis. qui quum aliquãdiu pugnaſſent, hic fuit pugnæ exitus: Impreſſionem faciente per turmas equitatu, equus Maſiſtii, vt erat præ aliis eminẽs, ſagitta per latus ictus eſt: quo dolore in pedes erectus, Maſiſtium excuſſit. Collapſum confeſtim Athenienſes circumſiſtunt: equoque prehenſo, hominem ſeſe defenſantem interimunt, quum aliquandiu non potuiſſent. Ita enim erat armatus: ſcilicet intus gerebat thoracem aureis ſquamis conſertum, deſuper phœniceum paludamentum. [1] Eius thoracem quum ferirent, non prius aliquid profecerunt quam quidã re animaduerſa illum percuſſit in oculo. Ita Maſiſtius collapſus interiit. Hæc autem res latebat alios equites. non enim

1 Eius autem thoracem percutientes, nihil proficiebant: donec quidam re animaduerſa &c. *Id eſt, Sed quidam tandem re animaduerſa &c.*

eum

eum aut ab equo cadentem viderant aut occumbentem. ac ne tum quidem quum se recipiebant, quod actum erat cognouere: sed postquam constitere, quia nemo ipsis imperabat, statim desiderauerunt ducem: cognitoque quod gestum erat, mutuo se adhortati, omnes in hostem equos admisere, vt mortuum
XXIII eriperent. Eos autem conspicati non iam turmatim sed vniuersos pariter irruere, ceterum exercitum inclamauerunt. Sed dum omnis peditatus auxilio veniebat, interea cietur acre prœliū de cadauere. at vbi præsidio venere copiæ, non amplius perstitere equites: ita nec mortuum eripere potuerunt, sed alios [1]super illū è suis amisere. Digressi illinc duo circiter stadia, consultātes quid facto opus esset, decreuere sibi carentibus
XXIV præfecto eundum ad Mardonium. Vbi in castra rediere, ingens luctus cum omnem exercitum, tum vero Mardonium cepit, extincti Masistii, viri secundum Mardonium honoratissimi tam apud Persas quam apud regem: ita vt eiulatus eorum omnem Bœotiam peruaserit, & seipsos & equos & iumenta totonderint. Et barbari quidē suo more Ma-
XXV sistium defunctū honorabant. Græci autem, postquam equitatum inuadentium excepere, & exceptum repulere, multo sunt audaciores effecti, & ante omnia cadauer plaustro impositū per stationes circumtulerunt. erat autē spectaculo digna proceritatis ac formæ gratia. Quod ideo faciebant quia cuncti relictis stationibus ad intuendū Masistium pergebant. Dehinc censuerunt ad Platæas descendendum, quod sibi Platæensis ager multo esset opportunior habendis castris quā Erythræus, cum propter alia, tum propter aquandi commoditatem. Vbi visum est in eum locum & ad fontem Gargaphium, qui ibidem est, satius abire, & dispositis stationibus illic habere castra, sumptis armis abierunt per radices Citharonis secundum Hysias in agrū Platæensem. Eo quum peruenere, stationes nationatim communierunt, proxime fontē Gargaphium, & fanum Androcratis herois, per nō editos tumulos & locum planū.
XXVI ¶ Ibi in distinguendis nationibus magna sane altercatio extitit inter Tegeatas & Athenienses, vtrosq; se dignos qui alterū cornu tenerent arbitrantes: & sua

πεσόντα μὲν εἶδον ἀπὸ τοῦ ἵππου, οὔτε ἀποθνήσκοντα. ἀναχωρησίος τε γινομένης καὶ ὑποστροφῆς, οὐκ ἔμαθον τὸ γινόμενον· ἐπεί τε δὲ ἔστησαν, αὐτίκα ἐπόθησαν, ὡς σφέας οὐδεὶς ἔτι ἡγεμὼν ἐπαύετο. μαθόντες δὲ τὸ γεγονὸς, ἀλαλητὸν ποιησάμενοι, ἤλασαν τοῖς ἵπποις πάντες, ὡς αἱρησόμενοι τὸν νεκρὸν ἀπελόμενοι. Ἰδόντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι οὐκέτι κατὰ τέλεα προσελαύνοντας τοὺς ἱππέας, ἀλλὰ πανσυδίῃ, τῷ ἄλλῳ στρατιῷ ἐπεβώησαντο. ὡς δὲ ὁ πεζὸς ἅπας ἐπεβοήθει, ἐν τούτῳ μάχη ὀξεῖα περὶ τὸν νεκρὸν γίνεται. ἕως μὲν νυν μοῦνοι ἦσαν οἱ τεταχθέοι, ἐλασσοῦτό τε πολλὸν, καὶ ὁ νεκρὸς ἀπέλειπτο· ὡς δὲ σφι τὸ πλῆθος ἐπεβοήθησε, οὕτω δὴ οὐκέτι οἱ ἱππόται ἐπέμενον, οὐδὲ σφι ἐδέχετο ὁ νεκρὸν αἱρέεσθαι, ἀλλὰ περὶ ἐκείνῳ ἄλλοις προσαπώλεσαν τὴν ἵππον. ἀποστήσαντες ὧν ὅσον τε δύο στάδια, ἐβουλεύοντο ὅ, τι χρεὼν εἴη ποιέειν· ἔδοξε δὲ σφι, ἀναρχίης ἐούσης, ἀπελαύνειν πρὸς Μαρδόνιον.

Ἀπικομένης δὲ τῆς ἵππου ἐς τὸ στρατόπεδον, πένθος ἐποιήσαντο Μασιστίου πᾶσά τε ἡ στρατιὴ καὶ Μαρδόνιος μέγιστον· σφέας τε αὐλῇσι κείρεσθαι, καὶ τοῖσι ἵπποισι καὶ τὰ ὑποζύγια, οἰμωγῇ τε χρεώμενοι ἀπλέτῳ. ἄπασαν γὰρ τὴν Βοιωτίην κατεῖχε ἠχώ, ὡς ἀνδρὸς ἀπολομένου μετὰ γε Μαρδόνιον λογιμωτάτου τοῦτόν τε Πέρσῃσι καὶ βασιλέϊ. οἱ μὲν νυν βάρβαροι τρόπῳ τῷ σφετέρῳ ἀποθανόντα ἐτίμων Μασίστιον. Οἱ δὲ Ἕλληνες, ὡς τὴν ἵππον ἐδέξαντο προσβάλλουσαν, καὶ δοξάμενοι ὧδε σφι ἔσεσθαι, εὐθάρρησάν τε πολλῷ μᾶλλον· καὶ τρωθέντα μὲν ἐς ἄμαξαν ἐσθέντες τὸν νεκρὸν, τοῦτο τῇ τάξις ἐκόμιζον· ὁ δὲ νεκρὸς ἐὼν θηλυς ἄξιος, μεγάθεος εἶνεκα, καὶ κάλλεος. τῶν δὲ εἵνεκα καὶ ταῦτα ἐποίεον, ἐκλείποντες τὰς τάξις, καὶ ἐφοίτων θηησόμενοι Μασίστιον. μετὰ δὲ, ἔδοξέ σφι ὀπίσω καταβῆναι ἐς Πλαταιάς. ὁ γὰρ χῶρος ἐφαίνετο πολλῷ ἐὼν ὀπιτηδεώτερος σφι ἐς στρατοπεδεύεσθαι ὁ Πλαταϊκὸς τοῦ Ἐρυθραίου, τά τε ἄλλα, καὶ ὕδατος. ἐς τοῦτον δὴ τὸν χῶρον, ὀπίσω τὸν κρηνίην τὸν Γαργαφίην, τὸν ἐν τῷ χώρῳ τούτῳ ἐούσαν, ἔδοξέ σφι χρεὼν εἶναι ἀπικέσθαι, καὶ διαταχθέντας στρατοπεδεύεσθαι. ἀναλαβόντες δὲ τὰ ὅπλα, ἦισαν διὰ τῆς ὑποφορείης τοῦ Κιθαιρῶνος τὴν ὁδὸν τὴν ἐς Πλαταιίδα γῆν· ἀπικόμενοι δὲ, ἐπάσσοντο κατ' ἔθνεα, πλησίον τῆς τε κρηνίης τῆς Γαργαφίης, καὶ τοῦ τεμένεος τοῦ Ἀνδροκράτεος τοῦ ἥρωος, δι' ὀχθων τε καὶ ὑπωρέων, καὶ ἀπέδω χωρίου. Ἐνθαῦτα δὴ τῇ διατάξι ἐγένετο λόγων περὶ χώρου. πολλῶν δὴ καὶ Τεγεητέων τε καὶ Ἀθηναίων. ἐδικαίευν δ' αὐτέων ἑκάτεροι ἔχειν τὸ ἕτερον κέρας, καὶ τοῦτο

ὑποφορείης τοῦ Κιθαιρῶνος

1 Præter illum

καινὰ καὶ παλαιὰ τῶν Δαφεσιντέων ἔργα. τοῦτο μὲν,
„ οἱ Τεγεῆται ἔλεγον τάδε, Ἡμεῖς αἰεί κοτε ἀξιού-
„ μεθα ταύτης τῆς τάσιος ὑπὸ τῶν συμμάχων ἀ-
„ πάντων, ὅσαι ἤδη ἔξοδοι κοιναὶ ἐγένοντο Πελοποννη-
„ σίοισι καὶ ὁ παλαιὸν καὶ ὁ νέον, ἐξ ἐκείνου τοῦ χρό-
330 „ νου ἐπεὶ Ἡρακλείδας ἐπειρῶντο μετὰ τὸν Εὐρυσθέ-
„ ος θάνατον κατιόντες ἐς Πελοπόννησον. τότε δι-
„ εκόμεθα τοῦτο, ἀριστεῖον τοιόνδε, ἐπεὶ μετ' Ἀ-
„ χαιῶν καὶ Ἰώνων τῶν τότε ἐόντων ἐν Πελοποννήσῳ,
„ ἐκβοηθήσαντες ἐς τὸν Ἰσθμὸν, ἱζόμεθα αὐτοῖσι τοῖ-
„ σι κατοῦσι. τότε ὦν λόγος Ὕλλον ἀγορεύσασθαι,
„ ὡς χρεὼν εἴη τὸν μὴ ἐκόντα τῇ στρατιῇ μὴ διακι-
„ νδυνεύειν συμβαλόντα· ἐκ δὲ τῆς Πελοποννή-
„ σου στρατοπέδου, τὸν ἂν ἀρετέων αὐτέων κρίνωσι εἶ-
„ ναι ἄριστον, τοῦτον οἱ μουνομαχῆσαι πρὸς Ἀχαιμέ-
„ νεον. ἔδοξέ τε τοῖσι Πελοποννησίοισι ταῦτα εἶ ποι-
„ ῆται, καὶ ἔπαιον ὅρκιον πρὸς λόγῳ τοιῷδε· ἢν μὲν
„ Ὕλλος νικήσῃ τὸν Πελοποννησίων ἡγεμόνα, κατέ-
„ ναι Ἡρακλείδας πρὸς τὰ πατρῷα· ἢν δὲ νικηθῇ,
„ τὰ ἔμπαλιν Ἡρακλείδας ἀπαλλάσσεσθαι, καὶ
„ ἀπάγειν τὸν στρατὸν· ἑκάτον τε ἐτέων μὴ ζη-
„ τῆσαι κάτοδον ἐς Πελοπόννησον. τοιοῦτος τε
„ δὴ ἐκ πάντων συμμάχων ἐθελοντὴς Ἔχεμος ὁ
„ Ἀερόπου τοῦ Φηγέος, στρατηγός τε ἐὼν καὶ βασι-
„ λεὺς ἡμέτερος· καὶ ἐμουνομάχησέ τε καὶ ἀπέ-
„ κτεινε Ὕλλον. ἐκ τούτου τοῦ ἔργου ἔχομεν τὸ
„ τοῖσι Πελοποννησίοισι τοῖσι τότε καὶ ἄλλα γέρεα με-
„ γάλα, τὰ Δαφνατέοντο ἔχοντες, καὶ τὸ κέρεος τὸ
„ ἑτέρου αἰεὶ ἡγεμονεύειν, κοινῆς ὁδοῦ γινομένης. ὑ-
„ μῖν μέν νυν ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἐκ ἀντιβαίνομεν, ἀλ-
„ λὰ δίδοντες αἵρεσιν ὁκοτέρου βούλεσθε κέρεος ἔ-
„ χειν, τοῦ ἑτέρου φαμὲν ἡμέας ἐκπε-
„ σόντας ἡγεμονεύειν, καὶ παρ' ὑμῖν τὸν τρόπον χρέ-
„ ον. χωρὶς τε τούτου τοῦ ἀπηγημένου ἔργου, ἀξιοῦμε-
„ θοτέρου εἶμεν Ἀθηναίων τούτων τῶν ταξιν ἔχειν.
„ πολλοὶ μὲν γάρ τε καὶ δὴ ἔχοντες πρὸς ὑμέας ἠ-
„ μῖν ἄνδρες Σπαρτιῆται ἀγῶνες ἀγωνίσαται, πολ-
„ λοὶ δὲ καὶ πρὸς ἄλλους. οὕτω ὦν ἡμέας δίκαιον ἐ-
„ χειν τὸ ἕτερον κέρας, ἢπερ Ἀθηναίους. οὐ γὰρ
„ σφι ἔστι ἔργα οἷά περ ἡμῖν κατεργασμένα, οὔτ' ὦν
καινὰ, οὔτε παλαιά. οἱ μὲν ταῦτα ἔλεγον. Ἀ-
„ θηναῖοι δὲ πρὸς ταῦτα ὑπεκρίναντο τάδε, Ἐπί-
„ στάμεθα μὲν οὐκ ὀνειδον τοῦδε μάχης εἵνεκα συλλε-
„ γῆναι πρὸς τὸν βάρβαρον, ἀλλ' οὐ λόγων· ἐπεὶ ὅ γε
„ Τεγεήτης πρόσθηκε παλαιὰ τῷ καινὰ λέγειν τὰ ἐ-
„ κατέροισι ἐν τῷ πρώτῳ χείρῳ κατέργασαι χρηστὰ,

facinora præclara tum recentia tum prisca referentes. Dicebant quidem his verbis Tegeatæ, Hoc nos semper digni honore è sociis omnibus habiti sumus; quotiescunq; à Peloponnensibus communiter in externas peregrinationes itum est, & proxime, & quondam, iam inde ex quo Heraclidę post mortē EVrysthei sunt conati in Peloponnesum redire. quo tempore hanc dignitatem assequuti sumus ob hanc rem gestam: Posteaquam cum Achæis & Ionibus, qui tunc Peloponnesum incolebant, nos auxiliarii in Isthmum profecti consedimus aduersus eos qui redire conabantur, tunc Hyllus orationem habuit, non expedire vt vterque exercitus confligendo periclitaretur: sed vt aliis acquiescentibus, secum singulari certamine dimicaret is quem Peloponnenses iudicarent è suo exercitu præstantissimum. Accepta condicione Peloponnenses fœdus in hæc verba percusserunt, Si vinceret Hyllus Peloponnensium ducem, vt Heraclidæ in paterna reuerterentur: sin victus esset, retro Heraclidæ cederent, & exercitū abducerent, neve per annos centum de redeundo in Peloponnesum agitarent. Ab omnibus sociis ad eam rem voluntarius electus est dux atque idem rex noster Echemus Aeropi filius, Phegei nepos, qui singulari congressus certamine Hyllum interemit. Ex quo facto nos cum alia decora inter Peloponnenses assequuti sumus, quæ adhuc obtinemus, tum hoc, vt alteri cornu præessemus quoties communiter itur in expeditionem. Et vobis quidē Lacedæmonii non aduersamur, sed optionem tedimus vtri cornu præesse malitis: alteri vero cornu vt præsimus nobis vendicamus, quemadmodū vsque fecimus ad hoc tempus. Etiam vero citra hoc factū quod narrauimus, Athenienſibus sumus digniores qui hāc dignitatē obtineamus: quippe qui prospere & multa vobiscum viri Sparniatæ certamina decertauimus, & multa cum aliis. Quo fit vt æquius sit nos alterum cornu tenere quam Athenienses: à quibus nō tales gestæ res sunt quales nobis, neq; recentes neque vetustæ. Hæc Tegeatæ. Ad quæ hunc in modum respondere Athenienses, Etsi scimus has copias pugnandi cum barbaro non altercandi gratia esse contractas, tamen quoniam Tegeata referre constituit præclara facinora tum vetusta tum noua, quæ per omne tempus vtrique fecerunt,

XXVII

necesse

neceſſe habemus & nos exponere apud vos vnde nobis patrium ſit,[1] qui ſemper egregii fuimus, eſſe primos potius quã Arcadibus. Heraclidas, quorum ducem iſti apud Iſthmum ſe prædicant interfeciſſe, nos ſoli excepimus, eiectos prius ab omnibus Græcis, quos illi Mycenæorum ſeruitutem fugientes adibant: & EVryſthei iniuriam vna cum eiſdem pugnando propulſauimus, victoriaque potiti ſumus de iis qui tum Peloponneſum tenebant. Præterea Argiuos, qui aduerſus Thebas cum Polynice militauerant, vita defunctos & inſepultos, ducta in Cadmeos expeditione à nobis receptos & in noſtra terra apud Eleuſinem humatos fuiſſe dicimus. Iam vero noſtrum præclarum facinus extat etiam in Amazonidas, quæ à flumine Thermodonte aliquando in noſtram terram excurrere. Ac ne in heroum quidem laboribus qui ad Troiam bellauerunt, fuimus in poſtremis. Sed nihil admodum pertinet horum facere mentionem.[2] etenim ſiue qui tunc egregii fuere, nunc inſtrenui ſunt, ſiue tunc inſtrenui, nunc egregii ſunt, ſatis ſit de rebus priſcis iſta dixiſſe. Vt nullæ autem res aliæ nobis geſtæ ſint, (quæ multæ & præclariſſimę ſunt, pręut quorumcunque aliorum Græcorum) certe ob rem in Marathone à nobis geſtam digni ſumus qui hoc decus & alia inſuper obtineamus: qui ſoli Græcorum per nos cum Perſa dimicauimus, & rem tantam aggreſſi, victores euaſimus, ſex & quadraginta nationibus ſuperatis. quo ſolo nomine digni ſumus vt hunc loci honorem conſequamur. Verùm non decet in hac rerum condicione de loci dignitate contendere: vbicunque & iuxta quoſcunque vobis Lacedæmonii videbitur appoſitiſſimum nos ſtare, illuc euntes obtemperabimus. Vbicunque enim loci nos collocati fuerimus, conabimur ſtrenui exiſtere. itaque ducite nos, tanquam vobis parituros.

XXVIII Hæc quum pro ſua parte dixiſſent Athenienſes, cunctus Lacedæmoniorum exercitus ſuccłamauit digniores qui cornu tenerent Athenienſes quam Arcades. Ita Athenienſes Tegeatis ſuperiores habuere cornu. Mox hunc in modum inſtructi ſunt & qui ſuperuenere Græcorum,[3] & qui à principio venerant:

ἀναγκαίως ἡμῖν ἔχει δηλῶσαι πρὸς ὑμέας, ὅθεν ἡμῖν πατρῷόν ἐστι, ἐοῦσι χρηστοῖσι, αἰεὶ πρώτοισι εἶ μᾶλλον ἢ Ἀρκάσι. Ἡρακλείδας, τῶν φασι οὗτοι ἀποκτεῖναι τὸν ἡγεμόνα ἐν Ἰσθμῷ, τοῦτο μὲν, τούτους πρότερον ἐξελαυνομένους ὑπὸ πάντων τῶν Ἑλλήνων, ἐς τοὺς ἀπικνέατο φεύγοντες δουλοσύνην τὴν Μυκηναίων, μοῦνοι ὑποδεξάμενοι, τὴν Εὐρυσθέος ὕβριν κατείλομεν, σὺν κείνοισι μάχῃ νικήσαντες τοὺς τότε ἔχοντας Πελοπόννησον· τοῦτο δὲ, Ἀργείους τοὺς μετὰ Πολυνείκεος ὑπὸ Θήβας ἐλάσαντας, πελώσαντας τὸν ἀγῶνα, καὶ ἀτάφους κειμένους, σφετερωσάμενοι ὑπὸ τοὺς Καδμείους, ἀνελέσθαι τε τοὺς νεκροὺς φαμὲν, καὶ θάψαι τῆς ἡμετέρης ἐν Ἐλευσῖνι. ἔστι δὲ ἡμῖν ἔργον δὲ ἔχον καὶ ἐς Ἀμαζονίδας, τὰς ἀποθήκας τὰς ἀπὸ Θερμώδοντος ποταμοῦ ἐξβαλούσας κατὰ ἐς γλῶ τὴν Ἀττικήν. καὶ ἐν τοῖσι Τρωϊκοῖσι πόνοισι οὐδαμῶ ἐλειπόμεθα. ἀλλ' οὐ γάρ τι πρόσθεν τουτέων ἐπιμεμνῆσθαι. καὶ γὰρ χρηστοὶ τότε ἐόντες, οὐτοὶ νεῶν αἰὲν εἶεν φλαυρότεροι· καὶ τότε ἐόντες φλαῦροι, νεῶν αἰὲν εἶεν ἀμείνονες. παλαιῶν μὲν νυν ἔργων ἄλις ἔστω· ἡμῖν δὲ, εἰ μηδὲν ἄλλο ὅτι ἀποδεδειγμένοι, ὥσπερ ὅτι πολλά τε καὶ δὴ ἔχομεν, εἰ τέοισι καὶ ἄλλοισι Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ἐν Μαραθῶνι ἔργου ἄξιοι εἰμὲν τοῦτο δὴ γέρας ἔχειν, καὶ ἄλλα πρὸς τούτῳ· οἵ ἅμα μούνοι Ἑλλήνων δὴ μουνομαχήσαντες τῷ Πέρσῃ, καὶ ἔργῳ τοιούτῳ ἐπιχειρήσαντες, προσεληλύθαμεν, καὶ οἰκήσαμὲν ἔθνεα ἔξ τε καὶ τεσσεράκοντα. ἆρ' οὐ δίκαιοι εἰμὲν ἔχειν ταύτην τὴν πάξιν ἀπὸ τούτου μούνου τοῦ ἔργου; ἀλλ' οὐ γὰρ ἐν τῷ τοιῷδε πάξιος εἵνεκα χρὴ ἁμιλλᾶσθαι πρέπει. ἔρριπται εἰμὲν πείθεσθαι ὑμῖν ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἵνα ὅκοσον ἐπιτηδεώτατον ἡμέας ἔσεσθαι, καὶ κατ' οἷς πίνας. πάντη γὰρ τεταγμένοι, πειρησόμεθα εὖ χρηστοί. δέχεσθε δὲ ὡς πειθομένων. Οἱ μὲν ταῦτα ἀμείβοντο· Λακεδαιμονίων δὲ αἰέβωσε ἄπαν τὸ στρατόπεδον Ἀθηναίους ἀξιονικοτέρους εἶ ἔχειν τὸ κέρας ἢπερ Ἀρκάδας. οὕτω δὴ ἔσχον οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ ἐστρατοπεδεύσαντο τὸν Τεγεήτας. μετὰ ταῦτα, ἐπάσαντο ὧδε οἱ ὕστερον τῶν τε καὶ οἱ ἀρχὼ ἐλθόντες Ἑλλήνων·

Ἀμαζονίδας πρὸς ἀπὸ

1 Bonam operam nauantibus, 2 Qui enim tunc ſtrenui fuere, fieri poſſit vt nunc ſint ignaui: & qui tunc ignaui, fieri poſſit vt nunc ſint fortiores. De rebus igitur olim geſtis, *vel, de nauata igitur olim opera*, hæc dixiſſe ſit ſatis. 3 *Pro οἱ ἔχον ἐλθόντες hunc legiſſe ſuſpicor οἱ ἀρχὼ ἐλθόντες, quæ lectio, non illa, mihi probatur.*

Τὸ μὲν δεξιὸν κέρας εἶχον Λακεδαιμονίων μύριοι τετρακισχίλιοι ὑπὸ τῶν πεντακισχιλίους ἐούσας Σπαρτιήτας ἐφύλασσον. ψιλοὶ τῶν εἱλωτέων πεντακισχίλιοι καὶ τρισμύριοι, παρὰ ἄνδρα ἕκαστον ἑπτὰ τεταγμένοι. προσεχέας δὲ σφι εἵλοντο ἑξήκοντα οἱ Σπαρτιῆται τοὺς Τεγεήτας, καὶ τιμῆς εἵνεκα καὶ ἀρετῆς. τετέων δὲ ἦσαν ὁπλῖται χίλιοι καὶ πεντακόσιοι. μετὰ δὲ τούτους ἵσαντο Κορινθίων πεντακισχίλιοι. παρὰ δὲ σφισι αὖτις παρὰ Παυσανίεα ἑξήκοντα Ποτιδαιητέων τῶν ἐκ Παλλήνης τοὺς παρεόντας τριηκοσίους. τετέων δὲ ἐχόμενοι ἵσαντο Ἀρκάδες Ὀρχομένιοι ἑξακόσιοι. τετέων δέ, Σικυώνιοι τρισχίλιοι. τετέων δὲ εἴχοντο, Ἐπιδαυρείων ὀκτακόσιοι. παρὰ δὲ τούτους, Τροιζηνίων ἑπτακόσιοι χίλιοι. Τροιζηνίων δὲ ἐχόμενοι, Λεπραγητέων διακόσιοι. Μυκηναίων καὶ Τιρυνθίων τετρακόσιοι. τετέων δὲ ἐχόμενοι, Φλιάσιοι χίλιοι. παρὰ δὲ τούτους ἕσαν Ἑρμιονέες τριηκόσιοι. Ἑρμιονέων δὲ ἐχόμενοι ἵσαντο, Ἐρετριέων τε καὶ Στυρέων ἑξακόσιοι. Ἰστιέων δὲ ἐχόμενοι, Χαλκιδέες τετρακόσιοι. Ἰστιέων δέ, Ἀμπρακιητέων πεντακόσιοι. μετὰ δὲ Ἰστιέας, Λευκαδίων καὶ Ἀνακτορίων ὀκτακόσιοι ἔσασαν. Ἰστιέων δὲ ἐχόμενοι, Παλλήνεες οἱ ἐκ Κεφαλληνίης διακόσιοι. μετὰ δὲ τούτους Αἰγινητέων πεντακόσιοι ἑπτάχηρες. παρὰ δὲ τούτους ἑπτακόσιοι Μεγαρέων τρισχίλιοι. εἴχοντο δὲ τετέων, Πλαταιέες ἑξακόσιοι. τελευταῖοι δὲ καὶ πρῶτοι Ἀθηναῖοι ἑπτάκοντο, κέρας ἔχοντες τὸ εὐώνυμον, ὀκτακισχίλιοι· ἐστρατήγεε δὲ αὐτέων Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου. Οὗτοι, πλὴν τῶν ἑπτὰ παρὰ ἕκαστον τεταγμένων Σπαρτιήτησι, ἔσαν ὁπλῖται, σύμπαντες ἐόντες ἀριθμὸν τρεῖς μυριάδες, καὶ ὀκτὼ χιλιάδες, καὶ ἑξακοσιάδες ἑπτά. ὁπλῖται μὲν οἱ πρῶτοι συλλεχθέντες ἐπὶ τὸν βάρβαρον, ἔσαν τοσοῦτοι. ψιλῶν δὲ πλῆθος ἦν τόδε· τὸ μὲν Σπαρτιητικὴς τάξιος, πεντακισχίλιοι καὶ τρισμύριοι ἄνδρες, ὡς ἑόντων ἑπτὰ παρὰ ἕκαστον ἄνδρα· καὶ εἱλωτέων πᾶς τις παρῄρητο ὡς ἐς πόλεμον. οἱ δὲ τῶν λοιπῶν Λακεδαιμονίων καὶ Ἑλλήνων ψιλοί, ὡς εἷς παρὰ ἕκαστον ἐὼν ἄνδρα, πεντακόσιοι καὶ τετρακισχίλιοι καὶ τρισμύριοι ἔσαν. ψιλῶν μὲν δὴ τῶν ἀπρήκτων μαχίμων ἦν ὁ πλῆθος ἓξ τε μυριάδες, καὶ ἑπτακισχίλιαι καὶ ἑκατοντάδες πέντε. τὸ δὲ σύμπαν τοῦ Ἑλληνικοῦ τοῦ συλλεχθέντος ἐς Πλαταιὰς σὺν τε ὁπλίτῃσι καὶ ψιλοῖσι τοῖσι μαχίμοισι, ἕνδεκα μυριάδες ἔσαν, μοῖρα χιλιάδος, τοῖς δὲ ὀκτακοσίων ἀνδρῶν καταδέουσαι. σὺν δὲ Θεσπιέων τοῖσι παρεοῦσι ἐξεπληροῦτο αἱ ἕνδεκα μυριάδες.

Dextrum cornu tenebant Lacedæmoniorum decem millia: quorum quinq; millia erant Spartiatarum, quos custodiebant leuiter armata trigintaquinq; millia seruorũ, septenis seruis circa singulos Spartiatas collocatis.[1] Applicauerant autem sibi Spartiatæ, & honoris & virtutis ergo, Tegeatas numero mille & quingentos armatos. Secundũ hos stabant Corinthiorum quinque millia. [2] Præter hos inueniebantur apud Pausaniam stantes trecenti Potidæatæ eorum qui ex Pallene erant. Iuxta hos stabant Arcadum Orchomeniorum sexcenti: iuxta hos Sicyoniorum tria millia. Hos sequebantur Epidauriorum octingenti: super hos locati erant Trœzenii mille. iuxta Trœzenios[3] totidẽ Lepræatæ. post hos Mycenæorum & Tirynthiorum quadringenti. Secundum hos, mille Phliasii: dehinc Hermionenses trecenti. iuxta Hermionenses, Eretrienſium & Styreorum sexcenti. iuxta hos, Chalcidénsium quadringenti. post hos, Ampraciatarum quingenti. post eos, Leucadiorum & Anactoriorum octingenti. Hos sequebantur Pallenenſium qui sunt ex Cephallenia, ducenti. post hos instructi Æginetarum quingenti. iuxta hos Megarensium tria millia, quos sequebantur Platæensium sexcenti. Vltimi & iidem primi stabant Athenienſes, læuum tenentes cornu, octo millia, duce Aristide Lysimachi filio. Hi omnes, præter eos qui septeni circa singulos Spartanos stabant, fuerunt numero triginta octo millia & septingenti, omnes grauis armaturæ, aduersus barbarum contracti. Leuiter vero armati, triginta quinque millia, septeni circa singulos Spartiatas collocati, quorum vnuſquiſque ad pugnandum erat instructus. [4] Circa ceteros autem Lacedæmonios ac Græcos singuli ferme leuiter armati numero trigintaquatuor millia quingenti. Summa igitur totius leuis armaturæ, quæ pugnare posſet, [5] sexaginta millia quingenti. Totus autẽ Græcus exercitus qui ad Platæas cõuenit pugnæ aptus, tam leuis quã grauis armaturæ, fuit vndecim myriades, minus mille & octingentis, *id est, centum octo millia ducenti.* Sed numerum vndecim myriadum expleuere Thespienſes,

xxix

xxx

1 Delegerant autem Spartiatæ Tegeatas qui iuxta ipsos starent, & honoris & virt. 2 Impetrauerant autem à Pausania vt sibi adstarent trecenti Potid. 3 Ducenti Lepræatæ. 4 Reliquorum autem Lacedæmoniorum & Græcorum milites leuiter armati erant trigintaquatuor millia quingenti, vtpote viro vno vnumquemque circumsistente. *Id est, Ita quidem rationem huius numeri ineundo vt reliquos Lacedæmonios & Græcos vnũ habuisse virum sibi adstantem singulos dicamus, non septem, vt Spartiatas. Dixit autẽ ὡς ἕνα ἐὼν pro ὡς ἑνὸς ἑόντος, vt modo dixerat ὡς ἑπτὰ ἐόντων ἀνδρῶν.* Quod & ipsum Valla potius quã per nominatiuum, vertisse ita debuit, Vtpote septenis circa singulos Spartiatas collocatis. *vel, Vtpote septenis vnumquemq; Spart. circumsistentibus.* 5 Sexaginta nouem millia. *nam inter sex myriades (quæ sexaginta millia efficiunt) & ἑξακοσιάδες πέντε (id est quingenti) interiectum est καὶ ἑπτακισχίλιαι, quæ Valla fortasse in suo exempl. non habuit.*

qui

qui aderant ad mille & octingentos, qui nec ipsi arma habebant. Et hi quidem Græci ad flumen Asopum castra distri-
xxx buti communierant. ¶ Barbari vero qui cum Mardonio erant, posteaquam Masistium luxerunt, cognito Græcos apud Plataeas esse, & ipsi ad Asopum qui illao fluit, ita sunt eregione à Mardonio collocati: Aduersus quidem Lacedæmonios Persæ, qui quia numero antecedebant, eorum acies quæ multæ erant, vsque ad Tegeatas opponebantur: ita vt quod robustissimum in exercitu erat, id omne contra Lacedæmonios: quod infirmius, id contra Tegeatas esset. Hæc faciebat Mardonius Thebanorum indicio atque admonitu. Iuxta Persas autem idem collocauit Medos, vt ex aduerso essent Corinthiis & Potidæatis & Orchomeniis & Sicyoniis. Post Medos collocauit Bactrios ex aduerso Epidauriorum & Trœzeniorum & Lepræatarum ac Tirynthiorum, Mycenæorumque & Phliasiorum. Secundum Bactrios collocauit Indos ex aduerso Hermionensium & Eretriedorum Styreorumque & Chalcidensium. Post Indos statuit Sacas oppositos Ampraciatis, & Anactoriis, & Leucadiis, & Pallenensibus, & Æginetis. Post Sacas posuit ex aduerso Athenienſium Plataensiumq; ac Megarensium, Bœotos & Locros & Melienses & Thessalos, & [1] mille Phocensium. Non enim Phocenses omnes à partibus Medorum stabant, [2] sed eorum nonnulli cum Græcis sentiebãt apud Parnassum deprehensi, & illinc profecti deduxerant comitatique fuerant Mardonii copias pariter & Græcorum qui cum illo erant. Contra Athenienses item posuit Macedonas,
xxxi Thessaliæque accolas. [3] Hæ nationes à Mardonio in aciem instructæ erant maxime celebres maximeque insignes, & præcipue mentione dignæ: necnon ceterarum quoque gentium viri memoratu digni, cum aliarum, tum Phrygum, Mysorum, Thracum, Pæonum. Quinetiam Æthiopum [4] & Ægyptiorum qui Hermotybies & Calasiries nominantur, gladio cincti, qui soli sunt ex Ægyptiis pugnaces: à Mardonio, quum adhuc [4] esset in Phalero, è nauibus in quibus epibatæ erant, in terrã translati.

VIII fatentur. At vero Mentes è Leucade Ithacã reuerſus, Meleſigenem recepit, [1]cum quo iam inde diu vltro citroque nauigauit, donec Colophonem appellenti eueniret vt in veterem morbũ recideret. quem quum effugere non daretur, viſu putatur priuatus fuiſſe. E Colophone autẽ iam cæcus Smyrnam remeans, ad poemata conſcribenda ani-
IX mum conuertit. Tempore deinde interiecto, quũ Smyrnæ victu neceſſariiſque deſtitueretur, conſtituit Cumã proficiſci: commodumq; Hermi prata trãſiens, ad eum locũ peruenit qui appellatur Nouus murus, Cumanorũ coloniã. qui locus poſt Cumam habitatus fuit annis octo. Hic memoratur primũ Meleſigenes apud coriarii officinam conſiſtens, huiuſmodi quædam carmina recitaſſe,

Hoſpitium præbete viro profugoq; vagoq;,
Vrbem qui celſam Cumen, Eriopida prolem,
Radicem incolitis Sardenes alticomantis,
Diuini potatis aquam qui fluminis Hermi,
Vorticibus torti, pater eſt cui Iuppiter ipſe.

Sardena autem, cuius hic commeminit, mons eſt ad Hermum fluuium Nouumque murum ſitus. At coriario illi nomen erat Tychio, cui continuo auditis verſibus viſum eſt hominem recipiendum. commiſeratione enim motus eſt quum videret oculis tã miſere mulctatum: iuſſitq; præſentibus ſecum frui. Meleſigenes ingreſſus ſutrinã, præſentibus etiam aliis, poeſin ſuam oſtendit, Amphiarai in Thebas expeditionem, atque hymnos in deos à ſe ſcriptos. [2]Et quum inter fabulandum crebras ſententias in medium, multamque eruditionem afferret, in magna habitus eſt ab
X auſcultantibus admiratione. Atque iam tum apud Nouum murum agens è poeſi victus ſubſidia habebat. Oſtenditurque ad noſtra vſque tempora ibidem locus vbi Meleſigenes ſedens carmina ſua exhibuerit. qui locus in magna illic habetur veneratione ab incolis, memoraturque populus arbor ab Homeri aduentu in eodem loco enata.
XI Porro egeſtate poſtea adactus, quũ vix alimẽta haberet, ſtatuit in animo Cumã ad feliciorẽ ſucceſſum reuerti. Ituruſq;

Κολοφῶνι τυφλωθῆναι. συνομολογοῦσι δέ μοι καὶ Κολοφώνιοι τοῦτο. Ὁ δὲ Μέντης, ἀναπλέων ἐκ τῆς Λευκάδος προσέσχεν εἰς τὴν Ἰθάκην, καὶ ἀνέλαβε τὸν Μελησιγένεα· χρόνον τε ὅτι συχνὸν συμπλεύσας αὐτῷ. ἀπιόντι δὲ εἰς Κολοφῶνα συνέβη πάλιν νοσήσαντα τοὺς ὀφθαλμοὺς, μὴ δυνάσθαι ἀφαφυγεῖν τὸν νόσον, ἀλλὰ τυφλωθῆναι ἐνταῦθα. ἐκ δὲ τῆς Κολοφῶνος τυφλὸς ἐὼν ἀπικνέεται εἰς τὴν Σμύρνην, καὶ οὕτως ἐπεχείρει τῇ ποιήσει. Χρόνου δὲ προϊόντος ἐν τῇ Σμύρνῃ ἄπορος ἐὼν τοῦ βίου, διενοήθη ἀπικέσθαι ἐς Κύμην· προβαλόμενος δὲ ἀφὶ τὸ Ἕρμου πεδίον, ἀπικνέεται ἐς Νέον τεῖχος, ἀποικίην Κυμαίων. ὠκίσθη δὲ τοῦτο τὸ χωρίον ὕστερον Κύμης ἔτεσιν ὀκτώ. ἐνταῦθα λέγεται αὐτὸν ὑπεξαστάντα ὅτι σκυτεῖόν τι, εἰπεῖν πρῶτα τάδε,

Αἰδεῖσθε ξενίων κεχρημένον ἠδὲ δόμοιο,
Οἳ πόλιν αἰπεινὴν Κύμην Ἐρεσωτίδα χώρην
Ναίετε, Σαρδιόωσα τόδε νείατον ὑψικόμοιο·
Ἀμβρόσιον πίνοντες ὕδωρ θείης ποταμοῖο
Ἕρμου δινήεντος, ὃν ἀθανάτη τέκετο Ζεύς.

ἡ δὲ Σαρδιόωσα, ὄρος ἐστὶν ὑπερκείμενον τοῦ τε Ἕρμου πεδίου καὶ τοῦ Νέου τείχους. τῷ δὲ σκυτεῖ ὄνομα ἦν Τύχιος· ἀκούσαντι δὲ τῶν ἐπέων ἔδοξεν αὐτῷ δίκαιον εἶναι τὸν ἄνδρα ἐλεῆσαι. ἐλέησε γὰρ ἀλγεινότατα τυφλόν, καὶ μεθέξειν ἔφη τῶν παρεόντων. ὁ δὲ ἐσῆλθε. κατημένου δὲ ἐν τῷ σκυτείῳ, παρεόντων καὶ ἄλλων, τήν τε ποίησιν αὐτοῖς ἐπεδείκνυτο, Ἀμφιαράου τε τὴν ἔξοδον τὴν ἐς Θήβας, καὶ τοὺς ὕμνους τοὺς ἐς θεοὺς πεποιημένους αὐτῷ· καὶ ὡς ἐκ τῶν λεγομένων ὑπὸ τῶν παρεόντων ἐς τὸ μέσον γνώμας ἀποφαινόμενος, θωυμαστὸς ἄξιος ἐφαίνετο εἶναι τοῖς ἀκούουσι. Τέως μὲν οὖν κατεῖχεν ὁ Μελησιγένης ἐν τῷ Νέῳ τείχεϊ, ἀπὸ τῆς ποιήσιός γε τὸν βίον τὸν μηχανὴν ἔχων. ἐδείκνυον δὲ οἱ Νεοτειχεῖς μέχρις ἐμεῦ τὸν χῶρον ἐν ᾧ κατίζων τῶν ἐπέων τὴν ὑπόδειξιν ἐποιέετο. καὶ κρήνη ἐσέβοιτο ἐν τόπῳ· ἐν ᾧ καὶ ἀγλαὸς ἐπέφυκει, ἣν ἐκεῖνοι ἔφασαν, ἀφ' οὗ ὁ Μελησιγένης ἦλθεν, αὐτοῖς πεφυκέναι. Χρόνου δὲ προϊόντος, ἀπόρως εἶχε μάλιστα τὴν τροφὴν ἔχων, ἐπενοήθη εἰς τὴν Κύμην ἀπικέσθαι, ὅπως βέλτιον πρήξει. μέλλων δὲ πορεύεσθαι,

1 Eumque diu variæ nauigationis ſocium habuit, 2 Et quum ſententiam ſuam proferret de iis quæ in medium proponebantur ab illis qui aderant, admiratione dignus ab audientibus iudicabatur.

357 Χ' αἰτίωντα τυφλόν, καὶ ἐκέλευσεν ἐοικέναι τὴν αὐτὴ εἰς τὸ ἐργάσηται, ἐμαθέ

πάδε τὰ ἔπεα λέγει,

Αἶψα τόδες με φέρσιεν ἐς αἰολίων πόλιν ἀνδρῶν·

Τῶν γὰρ ἡ θυμὸς τοῖσφρων ἡ μῆτις ἀρίστη.

Ἀπὸ δὲ τοῦ Νέου τείχεος πορευόμενος, ἀτρέκετο εἰς τὸν Κύμαιον, ἅμα Λαρίσσης τὴν πορείην ποιησάμενος. ἐν γὰρ οὕτως αὐτῷ ἐπορώρατον. καὶ, ὡς Κυμαῖοι λέγουσι, τῷ Φρυγίης βασιλῆι Μίδῃ τῷ Γορδίεω, δεηθέντων πενθερῶν αὐτοῦ, ἔ ποιεῖ ἡ θυγάτηρ. γράμμα τόδε, ὃ ἔπι ἡ νῦν ὅτι τῆς ἠλης τοῦ μίνηματος τοῦ Γορδίεω ὑπογέγραπται,

Χαλκῆ παρθένος εἰμὶ, Μίδου δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι·

Ἐς τ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ,

Ἠέλιός τ' ἀνιὼν λάμποι, λαμπρά τε σελήνη,

Καὶ ποταμοὶ ῥέωσιν, ἀνακλύζῃ δ' ἅλα πόντος,

Αὐτοῦ τηῆδε μένουσα ἐπολυκλαύτῳ ἐπὶ τύμβῳ

Ἀγγελέω παριοῦσι, Μίδης ὅτι τῆδε τέθαπται.

Κατίζων δὲ ἐν τῇσι λέσχῃσι τῶν γερόντων ἐν τῇ Κύμῃ ὁ Μελησιγένης τὰ ἔπεα τὰ πεποιημένα αὐτῷ ἐπεδείκνυτο, καὶ ἐν τοῖς λόγοις ἔτρεπε τοὺς ἀκούοντας· καὶ αὐτὸν θωύμασαι καθεζόμενον. γνοὺς δὲ ὅτι ἀποδέκονται αὐτὸν τῷ ποιήσιν οἱ Κυμαῖοι, καὶ εἰς συνήθειαν ἔλκων τοὺς ἀκούοντας, λόγους ποιέεται πρὸς αὐτοὺς τοιούσδε προσωλίγεκε, λέγων ὡς εἰ θέλοιεν αὐτὸν δημοσίῃ τρέφειν, ὑπισχνέεται αὐτῶν τῷ πόλιν ποιήσει. τοῖς δ' ἀκούουσι, βουλομένοις τε ἐν ταῦτα, καὶ αὐτοῖσι πρήγεον ἐλθόντα ὅτι τῷ βουλὴν δεηθῆναι τῶν βουλευτέων· καὶ αὐτοῖσι ἔφασαν συμπρήξειν. ὁ δ' ἐπείθετο αὐτοῖς, καὶ βουλῆς συλλεγομένης ἐλθὼν ὅτι ὁ βουλεῖον, ἐδεῖτο τοῦ ὅτι τῇ τιμῇ ταύτῃ καθεζόμενος, ἀπαγαγεῖν αὐτὸν ὅτι τὸ βουλήν. ὁ δὲ ὑπεδέξατό τε, καὶ, ἐπεὶ καιρὸς ἦν, ἀπήγαγε. καθεζομένους δὲ ὁ Μελησιγένης ἔλεξε τοιάδε τῆς τροφῆς τὸ λόγον ὃν καὶ ἐν τοῖς λέσχαις ἔλεγε. ὡς δ' εἶπεν, ἐξελθὼν ἐκάθητο. Οἱ δ' ἐβουλεύοντο ὅ, τι χρεὸν εἴη ἀποκρίνασθαι αὐτῷ. τοῦ θυμουμένου δὲ καὶ ἀπαγόντος αὐτὸν, καὶ ἄλλων ὅσοι τῶν βουλευτέων ἐν τοῖς λέσχαις ἐπήκοοι ἐγένοντο, τῶν βουλευτέων εἷς λέγεται ἀναιρεθῆναι τῇ χειρὶ αὐτοῦ, ἄλλά τε πολλὰ λέγοντα, καὶ ὡς εἰ τοῖς ὁμήροις δόξει τρέφειν αὐτοῖς, ὅμηρον πολλόν τε καὶ ἀχρεῖον ἕξουσιν. ὀνομάσθη δὲ καὶ τοὔνομα Ὅμηρος ἐπεκράτησε τῷ Μελησιγένει

hæc pronunciauit carmina,

Vos me hominum rapide plantæ portetis in vrbem,

Quorum animus promptus, pollent qui mente ſagaci.

Proficiſcens igitur Cumã è Nouo muro, per Lariſſam iter fecit, vtpote compendioſiſſimum. Vbi, vt Cumani narrant, flagitante ſocero, epigramma hoc ſcripſit Midæ Phrygum regi Gordii filio, id quod etiam nunc in Gordii cippo inſcriptum viſitur,

AEnea ſum virgo, Midæ quæ incumbo ſepulcro:

Dum fluit vnda leuis, ſublimis naſcitur arbor,

Dum ſol exoriens & ſplendida luna relucet,

Dum fluuii labuntur, inundant litora fluctus,

Hic conſtanter ago, lacrymaſque in marmore tincto

Fixa, Midam moneo tumulatum hic chare viator.

Reuerſus autem Cumam, in ſenum paſſim conuenticulis carmina ſua quæ fecerat oſtentabat, colloquiique ſuauitate auſcultantes in ſui admirationem facile pertrahebat. Intelligens igitur Cumanos poeſin ſuam recipere, pergit eoſdem conſuetudine ſua oblectare, ac poſtremo huiuſmodi condicionẽ proponere, ſi publice eum alere vellent, ſe ciuitatem Cumanorum celeberrimam redditurum. Qui præſentes hæc audiebant, inſtitutum probabant: addentes ſe quoq; adiuturos, ſi petitionem ſuam ad ſenatum referret, vt votis ſuis fieret ſatis. Meleſigenes his verbis erectus, collecto ſenatu in curiam proceſſit: rogatoque eò cuius id muneris erat, vt in ſenatum duceretur, ille nihil recuſans, vbi opportunum videbatur. hominem deduxit. Hîc conſiſtens Meleſigenes, eadem verba habuit in ſenatu quæ paulo ante in illis conuenticulis de alimentis præſtandis propoſuerat. Vbi dixiſſet, egreſſus pro curia ſedebat. Dum autem ſenatores agitarent quidnam par eſſet homini reſpõdere, viſumque eſſet cũ ei qui deduxerat, tum aliis omnib. quotquot in conuenticulis Meleſigenẽ audierant, petitionẽ admittendã: vnus tantũ è ſenatorib. refertur Meleſigenis poſtulatis calculo ſuo repugnaſſe, interq; alia multa, hæc quoq; cõmemoraſſe: quod ſi ſemel ὁμήρους, *hoc eſt, cæcos*, alendos ſuſciperent, futurum eſſet vt continuo turbam & multã & inutilem haberẽt. Atq; hic primũ Homeri nomen Meleſigeni inditũ eſt,

à cæ-

à cæcitatis videlicet calamitate. nam Cumani cæcos ὁμήρους appellant. Iamque inde, qui prius Meleſigenes, nomen obtinuit Homeri. Breuiter hæc ſententia euicit, perque prætorem fuit approbata, qua contendebatur non alendum Homerum. Hæc quum illi
XIV nunciaretur, vehementer commotus; his verſibus calamitatem ſuam deplorabat,

Hei mihi quam fatum dat Iuppiter almius iniquum.
Infanti mihi lac venerandæ ex vbere matris.
Præbuit, AEolicæ Smyrnæ, quam martia quondam
Gens Phriconitis, certamine fortis equeſtri,
Condidit ad pelagus, præterlabente Melete.
Docta Iouis proles mecum hinc digreſſa volebat
Carminibus celebrare vrbem quam nomine dicunt
Cumam, quoſque viros intra ſua mœnia claudit.
Illi audire ſacræ ſpreuerunt carmina vocis.
Sed quicunque mihi cladem exitiumque parauit,
Non impune feret læua quod mente volutat.
At mihi quam dederint naſcenti numina ſortem,
AEgro animo quãuis, certum eſt perferre patique.
Sed iam per ſacræ veſtigia ponere Cumæ
Compita non ſuadet mihi mens, potiuſque remota
Inque peregrina ſedem mihi quærere terra.

XV Cuma deinde abiens ad Phocęam contendit, imprecans interim Cumanis nequis vnquã inſignis poeta in illa regione exiſterẽt qui Cumanos celebraret. Apud Phocęam autẽ eodem modo ſibi victum parauit, in conuenticulis videlicet paſſim carmina ſua oſtentans. Erat autem eo tempore apud illam Theſtorides quidam, qui pueros illic litteras docebat, homo fidei parum probatæ. Hic animaduerſa Homeri poeſi, huiuſmodi verbis Homerum compellauit, paratum ſe inquiens & miniſtrare ei, & victum ſuppeditare, ſi carmina quæ meditatus eſſet, deſcribere pateretur, & alia ſubinde faciens, ad ſe
XVI deferret. Homerus, iam miniſterii alicuius atq; adeo neceſſariorũ indigens, recipiendam hanc condicionem putauit: commoratuſq; apud Theſtoridem, minorem illam fecit Iliadẽ,

ἀπὸ δ' συμφορῆς· οἱ γὰρ Κυμαῖοι τοὺς τυφλοὺς ὁμήρους λέγουσιν· ὥστε πρότερον ὀνομαζομένου αὐτοῦ Μελησιγενέος, τοῦτο γενέσθαι τοὔνομα Ὅμηρος· καὶ οἱ ξένοι διέφυγον, ὅτε μηκέτι αὐτοῦ ἐπεμέλοντο. ἐπελθόντα δ' οὖν ὁ λόγος τοῦ ἄρχοντι μηνύει φεύγειν τὸν Ὅμηρον, ἔδοξε δέ πως τῇ δημοβουλῇ. ἐπελθὼν δ' ὁ ὀπτιστάτης καὶ παρεζόμενος αὐτῷ διηγήσατο τοὺς εὐδοκιμοῦντας λόγους τῇ χρήμῃ αὐτοῦ, καὶ τὰ δόξαντα τῇ βουλῇ. Ὁ δ', ὡς ἤκουσεν, ἐσυμφόρητέ τε καὶ λέγει τὰ ἔπεα τάδε,

Οἵη μ' ἤμοσε δῶκε πατὴρ Ζεὺς κύρμα γενέσθαι, 358
Νήπιον αἰδοίης ἔτι γύναι μηδὲ ἀτάλλων,
Ἣν ποτ' ἐπύργωσαν βουλῇ Διὸς αἰγιόχοιο
Λαοὶ Φρικωνίδαι, μαχέων ὀπιθοδόρες ἵππων·
Οἳ πλοτῆρι μαλερῷ πυρὸς χρίσαντες Ἄρηα
Αἰολίδα Σμύρνην ἀλιγείτονα ποτὶ ἄνακτα·
Ἣν τε δι' ἀγλαὸν εἴσιν ὕδωρ ἱερῆος Μέλητος,
Ἔνθεν ἀποῤῥύμενα κοῦραι Διὸς, ἀγλαὰ τέκνα,
Ἡδελέτην κλῄσαι δίαι χθόνα καὶ πόλιν ἀνδρῶν.
Οἱ δ' ἀπεμνήσαθην ἱερὼν ὀπὰ, φημὶ ἀοιδεύ.
Ἀφραδίῃν τ' ἄλγος τε παθὼν τις φράσεται αὖθις
Ὅς σφιν ὀφδείησιν ἐμὸν διεμήσατο πότμον.
Κῆρα δ' ἐγὼ τήν μοι θεὸς ὤπασε γεινομένῳ περ,
Τλήσομαι ἀχράαντον φέρων τετληότι θυμῷ.
Οὐδέ τι μοι φίλα γῆρα μεμῆνε ἱεραῖς ἐν ἀγυιαῖς
Κύμης ὁρμᾶσθαι, μέγας δέ με θυμὸς ἐπείγει
Δῆμον ἐς ἀλλοδαπὸν ἰέναι ὀλίγον περ ἐόντα.

Μετὰ τοῦτο ἀποπλεύσεσθαι ἐκ τῆς Κύμης ἐς Φωκαίαν, Κυμαίοις ἐπαρησάμενος μηδένα ποιητὴν δόκιμον ἐν τῇ χώρᾳ γενέσθαι ὅστις Κυμαίους ἐπαγλαϊεῖ. ἀπικόμενος δὲ ἐς Φωκαίαν, τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἐβιότευσεν, ἔπεα ἐπιδεικνύμενος ἐν ταῖς λέσχαις κατίζων. ἐν δὲ τῇ Φωκαίῃ τοῦτον τὸν χρόνον Θεστορείδης τις ἐν γραμματοδιδάσκων τοὺς παῖδας, ἀνὴρ οὐ χρήσιμος· καταφρονήσας δὲ τοῦ Ὁμήρου τὰ ποιήσιν, λόγους τοιούσδε αὐτῷ προσενείκαι, φὰς ἕτοιμος εἶναι διδάσκειν καὶ τρέφειν αὐτὸν ἀναλωμάτων, εἰ ἐθέλοι ἄγων τὰ ποιήματα εἰς αὐτὸν τῶν ἐπέων ἀναγράψασθαι, καὶ μηδὲ ποιῶν, πρὸς ἑωυτὸν ἀναφέρειν αὐτοῦ. Τῷ δ' Ὁμήρῳ ἀκούσαντι, ἔδοξε ποιητέα εἶναι ταῦτα· ἐνδεὴς γὰρ ἦν τῶν ἀναλισκομένων καὶ θεραπείης. ἀμοιβὴν δὲ τῆς διδασκαλίης τοιήνδε τινὰ ἔμελλε τὸν Θεστορείδην, ποιήσειν Ἰλιάδα τὴν ἐλάσσω,

ἧς ἡ

ἧς ἡ ἀρχὴ,

Ἴλιον ἀείδω καὶ Δάρδανιην εὔπωλον,

πόλ' ἔπαθον Ἧς πέρι πολλὰ πάθον Δαναοὶ, θεράποντες Ἄρηος·

καὶ τὴν καλουμένην Φωκαΐδα, ἣν φασιν οἱ Φωκαεῖς Ὁμήρου παρ' αὐτοῖσι ποιῆσαι. ἐπεὶ δὲ τήν τε Φωκαΐδα καὶ τἄλλα πάντα τὰ δὴ τοῦ Ὁμήρου ὁ Θεστορίδης ἐνεφάνισε, διενοήθη ἐκ τῆς Φωκαίης ἀπαλλάσσεσθαι, τὴν ποίησιν θέλων τοῦ Ὁμήρου ἐξιδιώσασθαι· καὶ οὐκ ἐπ' ὁμοίως ἐν ἐπιμελείᾳ εἶχε τὸν Ὅμηρον. ὁ δὲ λέγει αὐτῷ τὰ ἕτερα τάδε,

Θεστορίδης, θνητοῖσιν ἀφώτιστων πολέων περ,
Οὐδὲν ἀφραστότερον πέλεται νόου ἀνθρώποισιν.

ὁ μὲν δὴ Θεστορίδης ἐκ τῆς Φωκαίης ἀπηλλάγη ἐς τὴν Χίον, καὶ τὴν διδασκαλίην κατισχυσάσατο· καὶ τὰ ἕτερα ἐπιδεικνύμενος ὡς ἐωυτῷ τὰ ἑόντα, ἔσαινόν τε πολλὸν εἶχε καὶ ὠφελείτο. ὁ δ' Ὅμηρος πάλιν δὴ αὖτις τρόπον διητᾶτο ἐν τῇ Φωκαίῃ, ἀπὸ τῆς ποιήσιος τὸν βιοτὸν ἔχων. Χρόνῳ δ' οὐ πολλῷ μετέπεσε ἄνδρες Χῖοι ἔμποροι ἀπίκοντο ἐς τὴν Φωκαίην· ἀκούσαντες δὲ τῶν ἐπέων τοῦ Ὁμήρου ἀπίκοντο πολλαχῇ ἐν τῇ Χίῳ τὸν Θεστορίδεα, ἐξήγγελλον ὅτι ἐν τῇ Χίῳ τὶς ἐπιδεικνύμενος τὰ ἕτερα ταῦτα γεγραμμάτων διδάσκαλος, κέρτα πολλὸν ἔχει. ὁ δὲ 359 Ὅμηρος κατενόησε ὅτι Θεστορίδης ἀν εἴη, τῷ πρώτῳ θυμῷ ἐσπούδαζε εἰς τὴν Χίον ἀπικέσθαι. καταλαβὰς δὲ ὅτι ὀν λιμένα, ἐς μὲν τὴν Χίον οὐ κατελαμβάνει ὁδὸν πλοῖον πλέον, ἐς δὲ τὴν Ἐρυθρηίδα πυνθάνεται ἐνθεῦτεν ξύλου παρεσκευάζοντο πλεῖν. καλῶς δὲ εἶχε τῷ Ὁμήρῳ δι' Ἐρυθρηίης ὀν πλοῦν ποιήσασθαι. καὶ προσελθὼν ἔλεγε τῶν ναυτέων δέξασθαι αὐτὸν σύμπλοον, πολλά τε προσαγορεύων λέγων οἷς σφέας ἔμελλε πείσειν. τοῖς δὲ ἔδοξε δέξασθαι αὐτὸν καὶ ἐσέβαινε εἰς ὃ πλοῖον. ὁ δὲ Ὅμηρος πολλὰ ἐπαινέσας αὐτοὺς, ἐσέβη· καὶ ἐπεὶ ἔζετο, λέγει τὰ ἔπεα τάδε,

Κλῦθι Ποσειδάων μεγαλοσθενὲς ἐννοσίγαιε,
Εὐρυχόρου μεδέων ἠδὲ ξανθοῦ Ἑλικῶνος.
Δός δὴ οὖρον καλὸν καὶ ἀτήμονα νόστον ἱδέσθαι
Ναύτῃσ, οἵ μοι πομποὶ ἠδὲ ἄρχοι ἔασι.
Δός δὲ ἐς Ἰωνίδα ὑψικρήμνοιο Μίμαντος
Αἰδοῖόν μ' ἐλθόντα βροτῶν ὁσίων γε κυρῆσαι.

cuius initium est,

Troiam & Dardaniam canto, quæ mater equorum,
Quæ Danais Mauorte satis mala plurima vexit.

Phocaidem quoq; quam vocant, Phocenses apud se conditam ab Homero asserũt. Iam vero Thestorides, vbi Phocaidem atque alia pleraque ab Homero communicata descripsisset, constituit è Phocæa discedere, Homerique poesin pro sua venditare. Vnde factum vt quum Homeri non perinde curam haberet, ille ad Thestoridem huiusmodi sit vsus disticho,

[1] *Thestoride, ex multis, mortalibus abdita quæ sunt,*
Mens habet in primis cæcos humana recessus.

Thestorides igitur relicta Phocæa in Chium concessit: vbi erecto ludo, carmina illa pro suis euulgans, egregiam simul laudem sibi parauit & fructum haudquaquã vulgarẽ. Porro Homerus suo eodemque more viuere pergebat apud Phocenses, nimirum è poesi victum habens. Tempore deinde non XVII ita multo post, viri aliquot è Chio eruditi, audientes eadem carmina quæ iã sæpius in Chio à Thestoride pro suis recitari audierant, indicabant in Chio hæc ipsa à quodam ludimagistro pro suis cũ magno fructu ostẽtari. Homerus intelligens cõtinuo Thestoridẽ esse, magno studio properabat in Chiũ trãsmittere. Et quum portum adiisset, neque offendisset nauem qua traiiceret, essent autem qui pro lignis deuehendis in Erythræam soluere pararent, belle conuenire videbatur si per Erythræam iter faceret. Accedens igitur nautas, flagitauit vt comitem se nauigationis reciperent, multis blandisque vsus verbis, quibus quod posceret persuaderet. Nautæ admittentes hominis preces, iusserunt nauem eum conscendere. Quõ impetrato Homerus considens in naui, his versibus nautis bene precatur,

Audi qui pelagus valido Neptune tridenti
Imperio regis, spatiosaq; culta Heliconis:
Da precor his nautis reditum, ventosque secundos,
Qui mihi sunt comites placidi, nauisque magistri:
Atmihi da misero sacrã contingere terrã,
Aerius qua parte Mimas ad sidera surgit,
Inde hominis iusti me fac succedere tectis,

[1] *Legendo* Θεστορίδη, θνητ. &c.

Vici-

Vlciſcique virum qui me improbitate fefellit,
Læſit & hoſpitii ſacra iura Iouemque benignum.

XVIII Vbi vero ſecundo vento Erythręam appuliſſent, Homerus in naui diuerſatus eſt. poſtero autem die nautas rogauit vt aliquem præberent qui ad vrbem eum perduceret. Illi obſequuti, ducem itineris vnum è ſuis permiſerunt. Quumque iam pergendo ad Erythræam appropinquaſſet, deprehendiſſetque vrbem aſperam atque montoſam, in hæc prorupit carmina,

O ſacra multorum largitrix terra bonorũ,
Quàm tu plana aliis & parte æqualis ab omni,
Aſpera contra aliis, in quos conuerteris iram.

Ingreſſus deinde Erythræorum vrbem, percontatur de naui. Et quũ forte quidam occurriſſet ſalutaturus, qui eum in Phocæa vidiſſet, ab hoc contendit vt ſecum diſpiceret ſicubi nauis appareret

XIX qua in Chium tranſmitteret. Atque quum in portu naualibuſq; nullum reperiretur traiectitiũ nauigium, ille Homerum ad eum locum ducit vbi piſcatoriæ nauiculæ ſtationem habebant. Et forte fortuna incidit in quoſdam qui in Chium erãt traiecturi. Hos adiens precatus eſt vt Homerum tranſportarent. Verum illi nullis precibus permoti, non recepto Homero ſoluerunt. Homerus autem hæc cecinit carmina,

Infidi nautæ, gens diris triſtior ipſis,
Sæua quibus veluti mergis dant æquora victum,
Si vobis nulla eſt hominũ reuerentia cordi,
At ſperate Iouem, ſummo qui regnat Olympo.
Triſtis enim vultus Iouis eſt, pœnæque paratæ,
His quibus hoſpitii non eſt pia teſſera curæ.

At vero in altum iam prouectis contigit vt aduerſo vento rapti, eodem vnde ſoluerãt recurrerent, vbi etiamdũ Homerũ in litoris crepidine conſidentẽ offenderunt. qui cognito nauis recurſu, hunc in modũ eos alloquitur, *Vos, ô peregrini, ventus aduerſus excepit; ſed me nunc quoque admittite, & ſecunda vobis nauigatio erit.* Piſcatores autem, pœnitentia ducti quod prius hominem non receperant, compellato eodem, iubent conſcendere, ſi

XX velit, nauem. Recepto Homero rurſus vela faciunt: quumque exacto itinere litus appuliſſent, piſcatores ad ſua quiſque opera digreſſi, Homerum in litore ea nocte relinquunt.

Φῶτά τε τισαίμιλλα ὃς ἐμὸν νόον ἠπεροπεύσας,
Ὣ δώσατο Ζῆνα ξένιον ξεινήν τε τραπέζην.

Ἐπεὶ δὲ ἀπίκοντο ὑπλοπόαι τες ἐς τὴν Ἐρυθραίην, τότε Ὅμηρος τὸν αὐλὸν ὅτι τῶν πλοίων ἐποιήσατο· τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἔχρηζε τῶν ναυτέων τινὰ ἀπενεγκεῖν αὐτὸν ἐς τὸ πολιν. οἱ δ' συνεπέμψαν εἷς αὐτῶν. παραβάλλοντος δ' Ὁμήρου ἐπεὶ ἔτυχε τῆς Ἐρυθραίης, τραχείης καὶ ὀρεινῆς οὔσης, φθέγγεται τάδε ἔπεα, τὸν παῖδα τὸν.

Πότνια γῆ, πολύλωρε, δότειρα μελίφρονος ὄλβου,
Ὡς ἄρα δὴ σοῖς πολλὸν φωτῶν εὔοχθος ἐτύχθης,
Τοῖσι δὲ δύσβωλος καὶ τρηχεῖ οἷς ἐχολώθης.

ἀπικόμενος δὲς ἐς τὸ πάλιν τῶν Ἐρυθραίων ἐπυνθάνετο τοὺς ἐς τὸ Χῖον πλοῦν· καί τινος παραγενομένου αὐτῷ τῶν ἐμπορικῶν ἐν τῇ Φωκαΐδι, καὶ ἀσπασαμένου, ἔχρηζεν αὐτὸν συνεξευρεῖν αὐτῷ πλοῖον, ὅπως ἀπὸ εἰς τὸ Χίο ἀφίκηται. Ἐκ μὲν δὴ τοῦ λιμένος οὐδὲν ἦν ἀποστολον, ἄγκλι δὲ αὐτοῦ ἔνθα τῶν ἁλιέων τὰ πλοῖα ὁρμίζεται. καί πως ἐπετυγχάνει μέλλουσι πρὸς ἅλα πλεῖν ἐς τὴν Χίον, ὧν ἐδέετο προσελθὼν ὁ ἄναξ αὐτοῦ αἰτᾶται τὸν Ὅμηρον. οἱ δ', ὡς ἔνα λόγον ποιησάμενοι, ἀπήνηντο· ὁ δ' Ὅμηρος φθέγγεται τάδε τὰ ἔπεα,

Ναῦται ποντοπόροις συναρηρὼς ἁλίγκιοι ἄτῃ,
Πτωχάσιν αἰθήσι βίον δυσζήλωτον ἔχοντες,
Αἰδεῖσθε ξενίοιο Διὸς σέβας ὑψιμέδοντος.
Δεινοὶ γὰρ μέτοσσις ξενίου Διὸς, ὅς κ' ἀλίτηται.

αἰαχθεῖσι δὲ αὐλοῖς συνέβη, ὁδμήτου αὐτόματου ῥυομένου, παλινδρομῆσαι, καὶ ἐς ὃ χωρίον αὐτὸν ἐξαμεῖν ὅθεν ἀνήγαγοντο, καὶ δὴ Ὅμηρον αἰσθάνεσθαι καθήμενον ὅτι τῆς κυματωγῆς. μαθὼν δὲ αὐλοῖς πεπαλινδρομηκέναι, ἔλεξε τάδε, Ὑμᾶς ὦ ξένοι ἔλαβεν ὁ δῶρος αἴτιος ῥυόμενος· ἀλλ' ἐπικαὶ νῦν με δέξασθε, καὶ ὁ πλοῦς ὑμῖν ἔσται. οἱ δ' ἁλιεῖς, ὡς μεταμελήσαν ῥυόμενοι ὅτι οὐ πρότερον ἐδέξαντο, εἰπόντες ὅπου καταλιμπάνουσιν ἂν ἐθέλοι συμπλεῖν, ἐκέλευον ἐσβαίνειν· καὶ οὕτως αἰσθόμενοι αὐτὸν ἀνήχθησαν, καὶ ἴσχυσιν ἐπ' ἀκτῆς. Οἱ μὲν δὴ ἁλιεῖς πρὸς ἔργον ἐτράποντο· ὁ δὲ Ὅμηρος τὴν νύκτα ὅτι τοῦ αἰγιαλοῦ κατέμενε, τὴν δὲ

τῷ δὲ ἡμέρας παρῆλθε μὲν, καὶ πλανώμενος, ἀφίκετο εἰς ὃ χωρίον ὁ Πίτυς καλεῖται. κἀνταῦθα αὐτῷ αἰσθανομένῳ τῷ ὑὸς, ὅτι πίπτει καρπὸς τῆς πίτυος, ὃν δὴ μετεξέτεροι σφέλιον, οἱ δὲ κώνον καλέουσιν. ὁ δὲ Ὅμηρος φθέγγεται τὰ ἔπη τάδε,

Ἄλλη τίς σου τῶλλη ἀμείνονα καρπὸν ἵησιν
Ἴδης ἐν κορυφῇσι πολυπτύχου ὑλεμόσσης,
Ἔνθα σίδηρος ἄρηος ὀπιχθονίοισι βεβρωῖ
Ἔσσεται· οὔτ' ἄν μιν Κεβρήνιοι ἄνδρες ἔχωσι.

τὰ δὲ Κεβρήνια τῶτον τὸν χῶρον κτίζειν οἱ Κυμαῖοι παρεσκεύαζοντο πρὸς τῇ Ἴδῃ, καὶ γίνεται αὐτόθι σίδηρος. Ἐντεῦθεν ἀπαίρας ὁ Ὅμηρος ἐπορεύετο κατὰ φῶλά τινα αἰγῶν νεμομένων. ὡς δὲ ὑλάκτουν αὐτὸν οἱ κύνες, ἀνέκραγεν. ὁ δὲ Γλαῦκος ὡς ἤκουσε τῆς φωνῆς, (ἦν γὰρ τῶτο ὄνομα τῷ νέμοντι τὰς αἶγας) ἐπεδραμὼν ὀτραλέως, τάς τε κύνας ἀνεκαλεῖτο, καὶ ἀπεσόβησεν ἀπὸ τῶ Ὁμήρου. ἐπεὶ πολὺν δὲ χρόνον ἐθαύμαζε ὁρῶν, ὅκως τυφλὸς ὢν, μόνος ἀφίκοιτο ἐς τοιαύτας χώρους, καὶ ὅ, τι θέλων· προσελθὼν τέ μιν ἐξείρετο ὅστις τε εἶη, καὶ τίνι τρόπῳ ἀφίκοιτο ἐς τόπους ἀοικήτους καὶ ἀσιβῆ χωρία, καὶ τίνος κεχρημένος εἴη. ὁ δὲ Ὅμηρος, αὐτῷ πᾶσαν τὴν ἑωυτῶ πάθεα καταλέγων, εἰς οἶκον προσηγάγετο. εἶχε γὰρ, ὡς ἔοικεν, οὐδὲ ἀγνώμων ὁ Γλαῦκος. ἀναλαβὼν δὲ αὐτὸν ἀπήγαγε ἐπὶ ὃν σταθμόν· πῦρ δὲ ἀνακαύσας, δεῖπνον παρεσκεύαζε, ἐν παρῆσαν, δειπνήσων ἐκέλευε ὁ Γλαῦκος. Τῶν δὲ κυνῶν μὴ ἐθιόντων ἐν ὑλακτεόντων δεῖπνα, καθάπερ εἰώθεσαν, λέγει πρὸς τὸν Γλαῦκον Ὅμηρος τὰ ἔπεα τάδε,

Γλαῦκε πέπον, ὀπιθεν δὲ ἕπος δὲ σοὶ φρεσὶ θήσω·
Πρῶτον μὲν κυσὶ δεῖπνον ἐπ' αὐλείῃσι θύρῃσι
Δοῦναι. ὡς γὰρ ἄμεινον· ὁ γὰρ κε πρόσθεν ἀνεύοι
Ἀνδρὸς ἐσερχομένου, καὶ ἐς ἔρκεα ἆσσον ἰόντος.

ταῦτα ἀκούσας ὁ Γλαῦκος, ἅτε ἦν παραινέσας, ἐν θυμῷ εἶχεν αὐτόν. δειπνήσαντες δὲ, δόξαν λόγων εἰσιδόντες, ἀπηλθόμεν· ὁ δὲ Ὅμηρος ἦν τε πλανήτης ἑωυτῶ καὶ πολλὰς πόλις ἐσεπύθετο, ἕκαστος ἦν ὁ Γλαῦκος ἀνήρ.

Vbi diluxit, itineri se accingens oberranscq; ad eum locum peruenit qui appellatur Pinus: illicq; quiescenti noctu pini fructus est illapsus, quem aliqui σφέλιον, alii κώνον appellant. Homerus autē hos cecinit versus,

Funduntur fructus alia magis arbore dulces,
Quam fouet vmbrosis felix in collibus Ida:
Hinc ferrum veniet Martis validaque secures,
His vbi consistet campis Cebrenia pubes.

Eo enim tēpore Cumani Cebrenia ad Idam montem ędificare parabant, vnde ferrum effoditur. Ceterū illinc abiens xxi Homerus, vocem caprarū quæ ibidem forte pascebantur, sequutus, in canes incidit pastorales: qui quum ferocius eum adorirentur, vociferabatur. Quod audiens Glaucus (id enim erat caprario nomen) accurrit festinanter, compellatosque canes, ab Homero excussit. Atque vbi diu multumque admiratus fuisset, quod nimirum cæcus existens eo locorum peruenisset, tandem accedens rogabat quisnam esset & cuius rei indigens, quibusque modis ad inhabitata illa vastaque loca diuertisset. Homerus, omnem suam calamitatem commemorans, ad commiserationem Glaucum pertraxit. [1] siquidem homo erat (vt apparet) cordatus. Excipiens igitur Homerum, ad suum deduxit tugurium, incensoque igne cœnam instruxit: qua appositā iussit cœnare secum hospitem. At vero quum canes à cibo abstinentes xxii non cessarent suo more cœnitantē adlatrare, Homerus Glaucum his versibus alloquitur,

Glauce precor, paucis me audi, pareque monenti:
Pra foribus stabuli canibus sua fercula primum
Facito dabas: nam sic melius. custodibus illis,
Nec fera nec fures venient ad septa dolosi.

Hæc audiēs Glaucus, lætatus est admonitione illa, habuitque in magna hominem admiratione. Cœnati autem, vltro citroque habitis sermonibus, mutuis quoq; colloquiis oblectabantur. Nam quū Homerus errores suos, ciuitatesq; quas adiisset, commemoraret, Glaucus hęc audiens, præ admiratione stupebat:

1 Nec enim inhumanus (vt conijcere licet) erat Glaucus. *vel, Non inhumanum enim fuisse Glaucum verisimile est.*

erat-

eratque iam tum cubandi tempus, &
XXIII quieti se dabant. Postero die Glaucus
cogitauit ad herum suum proficisci, a-
nimo hæc de Homero indicandi. Pro-
inde commissis socio capris pascendis,
Homerum intra tecta reliquit, promit-
tens se quãfestinantissime iturum. De-
scendens autem ad Bolissum (id erat
vicino huic loco nomen) herumque su-
um adiens, narrauit de Homero quem-
admodum res se habebat: quod nimirũ
pro miraculo aduentum hominis du-
ceret: demum rogat quid facere conue-
niat. Herus parum delectatus hoc nun-
cio, cœpit cum Glauco expostulare, qui
quoslibet citra delectum errones mu-
tilosque reciperet alereteq; tamẽ præce-
XXIV pit vt hospitẽ ad se perduceret. Glau-
cus vero ad Homerum reuersus narra-
uit, iussitque sequi se in vrbem. fore
enim hæc ei ad felicem fortunæ succes-
sum. Quibus non grauatim assentiens
Homerus, caprarium sequitur. Hic
Chius *Glauci herus* vbi in colloquium
cum Homero venisset, reperisseteque
hominem esse [1] cordatum, multaque re-
rum peritia instructum, cœpit suadere
ei vt apud se commoraretur, liberorũ-
que quos habebat adolescentes, for-
mandorum curam susciperet. Ille ac-
cepta condicione, pueros sibi concre-
ditos erudiuit. Interim Cercopas, Batra-
chomyomachiam, Epicichlidas, & alia
omnia quæcunque iuuenilia ludicra-
que eius extant, apud Chium illum cõ-
didit in Bolisso, hincq; cœpit per vrbem
inclarescere. Iam vero Thestorides, vt-
primum intellexit Homerum adesse,
nauigans è Chio fugam capessebat.
XXV Deinde progressu temporis impetra-
ta ab hero Chium visendi copia, vrbem
adiit, ludumque illic instituens, pueros
carmina docebat. Id quũ magna [2] fel-
icitate Chiis facere videretur, multos si-
bi admiratores conciliauit. [3] Hinc igitur
victum parans tolerabilem, vxorem
duxit, è qua duas suscepit filias, quā-
rum vna decessit innupta, alteram viro
XXVI Chio elocauit. Enimuero hic poesi
manum admolitus, gratiam habuit be-
ne de se merentibus. Et primum qui-
dem Mentori Ithacensi, in Odyssea,
vt qui laborantem ex oculis curauisset
in Ithaca. huius enim beneficii gratia
eius nomen poesi suæ inserens, Vlyssis fingit socium: cuius fidei Vlysses, Troiam nauigans,

καὶ τότε μὲν, ἐπεὶ ὥρη κοίτου ἦν, ἀνεπαύετο. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ διενοήθη ὁ Γλαῦκος πρὸς τὸν δεσπότην πορεύεσθαι, σημανέων τὰ περὶ Ὁμήρου. ἐπιτρέψας δὲ τῷ συνδούλῳ νέμειν τὰς αἶγας, τὸν Ὅμηρον καταλείπει ἔνδον, εἰπὼν πρὸς αὐτὸν, ὅτι διαλεχθέων πορεύσομαι. καταβὰς δὲ ἐς Βολισσὸν, (ἔστι δὲ πλησίον τῷ χωρίου τούτου) καὶ συγγιγνόμενος τῷ δεσπότῃ, ἀπηγέετο τὰ περὶ Ὁμήρου πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, ὡς εἴη τε αὐτὸς τῆς ἀφίξιος, ὃν θαυμάζοντι ποιούμενος. ἠρώτεέ τε ὅ, τι χρὴ ποιέειν περὶ αὐτοῦ. ὁ δὲ ὀλίγα μὲν πρὸς ἐπέστρεψε τὸν λόγον, κατεγίνωσκε δὲ τῷ Γλαύκου ὡς ἄφρονος ἐόντος, καὶ τοὺς ὑπηρέτας δεχομένου καὶ τρέφοντος. ἐκέλευσε δὲ ὅμως τὸν ξεῖνον ἄγειν πρὸς ἑαυτόν. Ἐλθὼν δὲ πρὸς τὸν Ὅμηρον διηγήσατο ταῦτα ὁ Γλαῦκος, καὶ ἐκέλευσε πορεύεσθαι τοῦτον. οὕτω γὰρ οἱ φρονήσειν· ὁ δὲ Ὅμηρος ἤθελε πορεύεσθαι. ἀναλαβὼν οὖν αὐτὸν ὁ Γλαῦκος ἦγε πρὸς τὸν δεσπότην. Διὰ λόγων δὲ ἰὼν τῷ Ὁμήρῳ ὁ Χῖος, δείσκει ἑόντα δεξιὸν καὶ πολλῶν ἔμπειρον· ἔπειθέ τε αὐτὸν μένειν, καὶ τοὺς παιδίων ἐπιμέλεσθαι τοιεῖσθαι. ἦσαν γὰρ τῷ Χίῳ παῖδες ἐν ἡλικίῃ. τούτους οὖν αὐτῷ ἐπετίθησι παιδεύειν. ὁ δὲ ἐφρόνησε ταῦτα· καὶ τοὺς κέρκωπας, καὶ βατραχομυομαχίαν, καὶ ἐπικιχλίδας, καὶ πάλλα πόλλα ὅσα παίγνιά ἐστιν Ὁμήρου, ἃ αὐτὰ ἐποίησε τότε τῷ Χίῳ ἐν Βολισσῷ. ὥστε καὶ ἐν τῇ πόλει τὸν βίον τοῦτον ἤδη ἐχρῆτο ἐν τῇ ποιήσει. καὶ ὁ μὲν Θεστορίδης, ὡς τάχιστα ἐπύθετο αὐτὸν παρεόντα, ὤχετο ἐκπλέων ἐκ τῆς Χίου. Χρόνου δὲ προϊόντος, δεηθεὶς τῶν Χίου πορῦσαι αὐτὸν εἰς τὴν Χίον, ἀπίκετο εἰς τὴν πόλιν· καὶ διδασκαλεῖον καταστησάμενος, ἐδίδασκε παῖδας τὰ ἔπεα. καὶ κάρτα δεξιὸς ἐδόκεεν εἶναι τοῖς Χίοις, καὶ πολλοὶ θαυμασταὶ αὐτοῦ καθεζόμενοι ἤκουον. συλλεξάμενος δὲ βίον ἱκανὸν, γυναῖκα ἔγημεν ἐξ ἧς αὐτῷ θυγατέρες δύο ἐγένοντο· καὶ ἡ μὲν αὐτοῦ ἄγαμος ἐτελεύτησε, τὴν δ' συνῴκισεν ἀνδρὶ Χίῳ. Ἐπιχειρήσας δὲ τῇ ποιήσει, ἀπέδωκε χάριν οἷ εἶχε, πρῶτον μὲν Μέντορι τῷ Ἰθακησίῳ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ, ὅτι μιν κάμοντα τοῖς ὀφθαλμοὺς ἐν Ἰθάκῃ ἐνοσηλεύσεν ἐκλεκτῶς, ἴδιόν μιν αὐτοῦ ὀνόσηλευσάμενος· ἔπειτα δὲ ἐν τῇ ποιήσει, Ὀδυσσέως τε ἑταῖρον φάς εἶ ποιήσας, Ὀδυσσέα, ὡς ἐς Τροίην ἔπλεε, Μέντορι ὅπι τρέ-

1 Naturali ingenii dexteritate præditum, 2 Dexteritate 3 Hinc igitur quum satis superque facultatum comparasset. *vel*, *Quum abunde magnas facultates acquisisset.*

ὃπι τρέφας ὃν οἶκον, ἐόντι Ἰθακησίων ἀρίστῳ καὶ δικαιοτάτῳ. πολλαχῆ δὲ καὶ ἄλλῃ τῆς ποιήσεως ἡμῶν αὐδᾷ, τιὼ Ἀθηναίῃ, ὁπότε ἐς λόγον τινὶ καθίσαται, τῷ Μέντορι εἰκέμην ποιεῖ. ἀπέδωκε δὲ καὶ Φημίῳ τῷ ἑαυτῆ διδασκάλῳ τροφεῖα καὶ θρεπτρα ὁ δυσεπίσκαλεῖα ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ, μάλιστα ἐν τοῖσδε τοῖς ἔπεσι,

Κήρυξ δ' ἐν χερσὶν κίθαριν τανυσικλέ' ἔθηκε
Φημίῳ, ὅστις ἀνάγκῃ ἐπήτας ἀείδοι.

καὶ πάλιν,

Αὐτὰρ ὁ φορμίζων ἀμβάλλετο καλὸν ἀείδειν.

μέμνηται δ' ἐν τῇ νωκλήρου, μεθ' ἧς ἐκπλεύσας ἐπλάνησεν, καὶ εἶδε πόλιάς τε πολλὰς καὶ χώρας, (ᾧ ὄνομα ἦν Μέντης) ἐν τοῖς ἔπεσι τοῖσδε,

Μέντης Ἀγχιάλοιο δαίφρονος ἔκγονος εἶναι
Υἱὸς, ἀτὰρ Ταφίοισι φιλήρετμοισιν ἀνάσσω.

ἀπέδωκε δὲ χάριν καὶ Τυχίῳ τῷ σκυτεῖ, ὃς ἐδέξατο αὐδῶν ἐν τῷ Νέῳ τείχει, προσελθόντα προῒξ ὃ σκυτεῖον, ἐν τοῖς ἔπεσι καταζεύξας ἐν τῇ Ἰλιάδι τοῖσδε,

Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε, φέρων σάκος ἠύτε πύργον,
Χάλκεον, ἑπταβόειον· ὃν οἱ Τύχιος κάμε τεύχων,
Σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος, Ὑλη ἔνι οἰκία ναίων.

Ἀπὸ δὲ τῆς ποιήσεως ταύτης δόξαν μεῖζον Ὅμηρος πρός τε τῇ Ἰωνίᾳ, καὶ ἐς τὴν Ἑλλάδα ἦλθε περὶ αὐτοῦ λόγος ἀναφέρεται· καὶ οἰκέων δὲ ἐν τῇ Χίῳ, καὶ δόξαν μέγαν πρὸ τῆς ποίησιν, ἀπικομένων πολλῶν, συνεβούλευον οἱ ἐντυγχάνοντες αὐτῷ ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀπικέσθαι· ὁ δὲ προσεδέξατο τὸν λόγον, καὶ καρτερὸν ἐπεθύμει ἀποδημῆσαι. Καταμαθὼν δὲ ὅτι ἐς μὲν Ἄργος πολλοὶ καὶ μεγάλοι εἶεν ὑμνῳδοὶ πεποιημένοι, ἐς δὲ Ἀθήνας οὔ, ἐμποιεῖ ἐς τὴν ποίησιν, ἐς μὲν Ἰλιάδα τὴν μεγάλην, Ἐρεχθέα μεγαλωνύμων ἐν νεῶν καταλόγῳ, τὰ ἔπεα τάδε,

Δῆμον Ἐρεχθῆος μεγαλήτορος, ὃν ποτ' Ἀθήνη
Θρέψε Διὸς θυγάτηρ, τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα.

καὶ ἐν στρατηγὸν αὐτῶν Μενεσθέα, ὡς πάντων εἷς ἄριστος τάξαι πεζὸν στρατὸν καὶ ἱππόβας,

domum familiamque concredidit, tanquam Ithacensium præstantissimo atque æquissimo. Aliis etiam plerisque locis eundem laudibus vehit, siquidem Mineruam, quoties cum aliquo humana specie congredi fingit, Mentori idē tidem tradit assimilatam deam. Ad hæc Phemio præceptori gratiam eruditionis simul & nutricationis in Odyssea retulit, in hæc verba,

Phemius at cunctis præstantior arte canendi
Insignem citharam, dederat quam præco, tenebat.

Et rursum,

Fundere & hāc pulsans modulamina dulcia cœpit.

Meminit & nauicularii in cuius comitatu nauigans, vrbes locaque plurima perlustrauit. Huic nomen erat Mentæ: cuius commeminit his versibus,

Anchialo Mentes forti genitore creatus,
Imperito Taphiis, quibus est ars nautica cordi.

Habuit etiam Tychio coriario gratiam, nimirum qui venientem ad sutrinam apud Nouum murum hospitio excepisset. Hunc enim Iliadi inserit his versibus,

Comminus accessit clypeo septemplice tutus
Aiax: huic clypeum turris fabricarat ad instar
Vrbe in Hyle Tychius: non sutor doctior alter.

A poesi vero hac inclarescens Homerus, nō per Ioniam solum celebrabatur, sed in ipsam vsque Græciam multus de eodem sermo perferebatur. Et quum iam eruditionis existimatione augescētem multi viserēt, inciderunt forte qui suaderent vt in Græciam se transferret. Quod consilium admittens, impense cupiebat adornato itinere illuc demigrare. Commodumque intelligens Argos multis egregiisque elogiis celebratum, Athenas non item, poesi suæ inserit, in maiori quidem Iliade hos versus, quibus Erechtheum magnifice laudibus vehit, in nauium catalogo,

Ortum ab Erechtheo populum: nutriuerat illum
Pallas Erechtheum, tellus quem vasta creauit.

Menestheum etiam, ducem Atheniensium, tradit in exercitu tam pedestri quam equestri ordinando peritissimū, idque

XXVII

XXVIII

Idque his carminibus,

Hos tunc ducebat patria virtute Menestheus,
Maximus: huic nemo poterat certare regendis,
Aut etiam ornandis vel equis, vel in arcta locandis
Agmina militibus.

Aiacem vero Telamonium ipsosq; Salaminios Athenienſibus in nauium nomenclatura annumerauit, ſic ſcribens,

Bis ſex è Salamine rates Telamonius Aiax
Egit, & adduxit ſtatuens in litore iuxta
Cecropias naues.

Poſtremo in Odyſſea Mineruam, poſtquam cum Vlyſſe in colloquium venerit, ad Athenienſium vrbem, quam præcipue colebat, conceſſiſſe fingit.

Ad Marathona dehinc & magnas venit Athenas,
Tectaque Erechthei ſubiit.

[1] Hæc vbi hunc in modum meditatus cõpoſuiſſet, animo in Græciam traiiciendi, commodum profectionem capeſſens, Samum appulit: contigitque forte vt eodem tempore Samii Apaturia feſtum agerent. Hic Samius quidam agnito Homero (vtpote quem iam ante in Chio vidiſſet) contribules ſuos adiens, indicauit tanti hominis aduentum. Illi, audita multa hominis prædicatione, iubebant adduci eum. Conueniens igitur Homerum Samius, Quandoquidem, inquit, hoſpes, Apaturiorum feſtum agit ciuitas, inuitant te contribules adidem feſtum concelebrandum. Homerus adfuturum ſe affirmans, comitatur inuitantem. Porro quum iam illuc quo vocatus erat pergeret, in mulieres impegit quæ in triuio Cærotropho ſacra faciebant. Sacrifica occurſantis aſpectu indignata, exclamat, Vir, inquiens, faceſſas à ſacris. Homerus dictum illud in animo voluens, rogabat quiſnam eſſet qui loqueretur, & cui deo ſacrificaret. Dux eius indicauit mulierem eſſe quæ Cærotropho ſacrificaret. Quod audiens Homerus, huiuſmodi carmina protulit,

Diue preces audito meas, mulierque ſacrifica,
Auerſata torum iuuenili ætate vigentum,
Cæterum veterumque ſenum capiatur amore,
Eſt aras effœtaque quibus, ſed prompta voluntas.

ἐν τοῖσδε τοῖς ἔπεσιν εἶπε,

Τῶν αὖθ' ἡγεμόων ἦρχε Πετεῶο Μενεσθεύς·
Τῷ δ' οὔτω τις ὁμοῖος ἐπιχθόνιος γένετ' ἀνὴρ
Κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀσπιδιώτας ἐρεῦσαι.

Αἴαντα δὲ ὃν Τελαμώνιος καὶ Σαλαμινίους ἐν νεῶν καταλόγῳ ἔταξε πρὸς Ἀθηναίους, λέγων τάδε,

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,
Στῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες.

ἐς δὲ τὸν Ὀδυσσέα τάδε ἐποίησεν, ὡς Ἀθηνᾶ ἐς λόγους ἐλθοῦσα τοῦ Ὀδυσσεῖ ἐς τὸν Ἀθηναίων πόλιν ἀφίκετο, πεμφθεῖσα ταύτην τῶν θεῶν πολλῷ μάλιστα,

Ἵκετο δ' ἐς Μαραθῶνα καὶ εὐρυχόρους ἐς Ἀθήνας·

Δῶμα δ' Ἐρεχθῆος πυκινὸν δόμον.

Ἐμβᾶσα δὲ ἐς τὸν πόντον ταῦτα, καὶ τὰ σκευασάμενος, ἐς Ἑλλάδα βουλόμενος πλεῖσθαι ὃν τῷ πόντῳ πλοῦν, προσέσχε τῇ Σάμῳ. ἔτυχον δὲ οἱ ἐκεῖσε ὄντες τότε καιρὸν ἄγοντες ἑορτὴν Ἀπατούρια· καί τις τῶν Σαμίων ἰδὼν ὅτι Ὅμηρον ἀπεγνώκεσαν, πρότερον αὐτὸν ἐπιξάμενος ἐν Χίῳ, ἐλθὼν ἐς τὰς φράτορας διηγήσατο, ἐν ἐπαίνῳ μεγάλῳ ποιούμενος αὐτόν. οἱ δὲ φράτορες ἐκέλευον ἄγειν αὐτόν· ὁ δὲ, ἐντυχὼν τῷ Ὁμήρῳ, ἔλεξεν, Ὦ ξένε, Ἀπατούρια ἄγουσιν τῆς πόλιος, καλοῦσί σε οἱ φράτορες εἰς ἡμέτερα συνεορτάσοντα. ὁ δὲ Ὅμηρος ἔφη ταῦτα ποιήσειν, καὶ ἦει μετὰ τῶν καλέσαντος. Γοργυθίωνος δὲ ἐγχειμωμένου γυναιξὶ κυνοτρόφῳ θυούσας ἐν τῇ τριόδῳ. ἡ δὲ ἱέρεια εἶπε πρὸς αὐτόν, διεχερσάμενα τῇ ὄψει, Ἄνερ ἀπὸ τῶν ἱερῶν· ὁ δὲ Ὅμηρος ἐς θυμόν τε ἔβαλε τὸ ῥηθέν, καὶ ἤρετο ὅν ἄρα τινὰ τίς τε εἴη ὁ Φθεγξάμενος, καὶ τίνι θεῷ ἱερὰ θύεται. ὁ δὲ αὐτῷ διηγήσατο ὅτι γυνὴ εἴη κυνοτρόφῳ θύουσα. ὁ δὲ, ἀκούσας, λέγει τάδε τὰ ἔπεα,

Κλῦθί μοι ὀχθηφὶ κυνοτρόφε, δῶς δὲ γυναῖκα
Τῶνδε νέων μὲν αἰῆναθαι φιλότητα καὶ ἥβην,
Ἠ δ' ὀπιτερωέλθω πολιοκρατέουσι γέρουσιν,
Ὧν ὥρη μὲν ἀτάμβλωπες, θυμὸς δ' ἐμενοινᾷ.

1 Quum igitur hæc poëſi fuit inſeruiſſet, & res ad ſuam in Græciam profectionem neceſſarias comparaſſet, Samum app.



Omnia miſceto, fornacem, vaſa, domumque,
Vt fragor immenſus fiat, ſiguliquetremiſcant:
Non ſecus ac malæ crepitu clauduntur equinæ,
Sic ſubita fornax crepitetque cadatque ruina,
Inque lutum redeant caluces & vaſa minuta.
Huc quoque Solis ades nata, incantare perita,
Inque ipſos & opus tua noxia ſparge veneno.
Huc ducat longo Centauros agmine Chiron:
Quique manu Herculea cecidere ſuperque fuerunt,
Illi contundant opus omne, ipſumque caminum
In nihilum penitus redigant. ſiguli iſta videntes
Plorent, & lacrymis ſpectent ingentia damna.
Improbitatis ego ſpectabo hæc præmia lætus.
Denique qui pronus fornacem reſpicit, illi
Flamma vorax faciem rapiat, penituſque perurat.
Sic ſceleris agnoſcent omnes, atque inde cauebunt.


At vero in Samo hybernans, calendis potentiorum ædes oſtiatim adiens aliquid accipiebat, canens hæc carmina quæ Ereſione, *hoc eſt, ramalia*, vocantur: ducente eum comitanteq; aliquot puerorum indigenarum choro,

Venimus ad magnas ædes ciuemque potentem,
Cuius diuitiis reſonat domus atque redundat.
Vos aditum præbete fores: feliciter intrent
Diuitiæ, & requies hilaris, Chariteſque ſequantur:
Vaſa opibus tumeant, nihil hic videatur inane:
Sintque laboratæ Cereris repleta caniſtra.
Excelſo curru nurus hîc portetur, & ipſam
Veloci curſu reuehant ad limina muli.
Hæc premat electrum pedibus, telaſque laboret.
Aſt ego vos repetam, repetam (mihi crede) quotannis,
Non ſecus atque redit ſub tectum garrula hirundo.

Πεῖθε πυρὶ θοῦσαν καὶ δόμματα, σιὼ δὲ κάμινος
Πᾶσα κυκηθείη, κεραμέων μέγα κωκυσθέντων. 361
Ὡς γνάθος ἱππείη βρύχει, βρύχει δ' ὁ κάμινος,
Πρώτη δ' ἔντοσθ' αὐτῆς κεραμῖτις λεπτὰ σοιοῦσα.
Δεῦρο καὶ ἠελίου θυγάτηρ πολυφάρμακε Κίρκη,
Ἄγεια φάρμακα βάλλε, κακὸν δ' ἀϋτεῖ τε τὰ ἔργα.
Δεῦρο δὲ καὶ Χείρων ἀγέτω πολέας Κενταύρους
Οἵ θ' Ἡρακλείοις χεῖρας φύγον, οἵ τ' ἀπόλοντο,
Τύπτοιεν τάδε ἔργα κακῶς, αὐτοὶ δὲ κάμινος.
Αὐτοὶ δ' ἀμφέξοντες ὀρώρατο ἔργα πονηρά.
Γηθήσω δ' ὀπίσω αὐτῶν κακοδαίμονα τέχνα.
Ὅς δέ κ' ἐπιστρώψει, τῷ τούτου πρὸ ὃ πεσὼν πὺρ
Φλεχθείη· ὡς πάντες ἐπίστανται ἄσιμα ῥέζειν.

Παρχειμάζων δ' ἐν τῇ Σάμῳ, τὰς νουμηνίας περιπορθούμενος τὰς τῶν οἰκιῶν τῶν δαιμονεστάτων, ἐλάμβανέ τι, ἀείδων τὰ ἔπεα τάδε ἃ καλέεται Ἐρεσιώνη, (ὠδήν τινα δ' αὖ καὶ συμπαρῆσαν ἀεὶ τῶν παίδων τινὲς τῶν ἐγχωρίων)

Δῶμα περιστεφάνωμεν· αὐτὸς μέγα δυναμήσιος,
Ὅς μέγα μὲν δύναται, μέγα δὲ βρέμει, ὄλβιος αἰεί.
Αὐτὰρ ἀναπτύξασθε θύρας· πλοῦτος γὰρ ἔσεισι
Πολλὸς, σιὼ πλούτῳ δὲ καὶ εὐφροσύνη τεθαλυῖα,
Εἰρήνη τ' ἀγαθή. ἴσα δ' ἄπεα, μεσὰ μὴν εἴη,
Κυβαίη δ' αἰεὶ χεῖρ κραδόπυρ ἕρπετο μάζα.
Τοῦ παιδὸς δὲ γυνὴ κατὰ σιφεόν δ' ἐπιτηδὲς
Ὑμμιν·
Ἡμίονοι δ' ἄξουσι κρατιστόστολες ἐς τόδε δῶμα.
Αὐτὴ δ' ἐξ ὑφαίνοι ἑῶ πλέκτρῳ βεβαυῖα.
Νῦμφαί σοι δύμεν ἐπαύσιος, ὥστε χελιδών.



Condit humus caput hæc sacrum, qui versibus arma
Fortia diuinis heroum ornauit, Homerum.

xxxvii Porro quod Æolius fuerit Homerus, & non Ion, neque Dorienſis, partim è iam dictis perſpicuum eſſe poterit, partim etiam his coniecturis deprehenditur. Siquidem poetam tantum, qui hominũ peculiares mores in ſuam poeſin trãsferre ſtuduerit, par eſt aut laudatiſſimos excogitaſſe, aut patrios cõmemoraſſe. Iam vero carmina eius expendentes, indidem pronunciabitis. nam quum ſacrificii ritum huiuſmodi quendam referat, aut ipſe eundem tanquam probatiſſimum excogitauit, aut quod cum patriis inſtitutis conueniret. Sic enim inquit,

Protractas iugulant pecudes, & tergora coſtis
Diripiunt, femorumque toros & crura recidunt,
In parteſque ſecant geminas: tum pinguia nidor
Viſcera nube tegit denſa.

In his verſibus de iliis nulla mentio, quibus in ſacrificiis tamen vtebantur ceteri, præter vnam Æolicam gentem, quæ ilia non concremabat. Indicat præterea his quoque verſibus quod Æolius exiſtens, ſuæ gentis ritibus vſus ſit,

--- tum ſegmina carnium
Ipſe focis multo crepitantibus admouet igni
Cruda ſenex, & vina ſuper nigrantia fundit:
Quem verubus quinis iuuenes onerata tenentes
Brachia circumſtant.

Æoles enim ſoli inteſtina quinq; verubus defixa torrebant, reliqui Græci tribus. etenim πέμπε dicunt Æoles pro πέντε, *id eſt, quinque.* xxxviii Atq; hæc ſane de genere, vita interituque Homeri à nobis relata ſint. Ceterum ætatem Homeri, ſiquis diligenter rectequeratiocinetur, ex hiſce facile deprehendet. Nempe ab expeditione Græcorum quam Agamemnon & Menelaus in Ilium habuerunt, annis centum poſt atque triginta Lesbus oppidatim habitari cœpit, quum antea nullam prorſus haberet ciuitatem. Poſt Lesbum habitatam annis viginti Cuma Æolica & Phricotis appellata habitata fuit. Porro à Cuma annis duodeuiginti, in Smyrnam Cumani colonias deduxerunt: quo tempore natus fuit Homerus.

Ἐνθάδε τὼ ἱερὼ κεφαλὼ κατὰ γᾶφ᾽ καλύ- κὴ φω
ψει,
Ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ὅμηρον.

Ὅτι δὲ ὢν Αἰολὶς Ὅμηρος, ἐκ οὔτι Ἴων, ὅτι Δωριεὺς, πῆς τε εἰρημένοις δεδήλωται μοι, καὶ δὴ καὶ τῆσδε τεκμήρεσθαι παρέχει· αὕδεα ποιητὼ τηλικοῦτον εἰκὸς ὄντι τῶν νομίμων τῶν τοῖσδε τοῖς ἀνθρώποις ποιοῦντα ἐς τὼ ποιῆσιν, ἢ ὅτι τὰ κάλλιστα ἔξευρόντα ποιέεσθαι, ἢ τὰ ἑωὐτῦ, πάτρια ἐόντα. ἤδη τοίνυν ὃ φθέγδε αὐτοὶ τῶν ἐπέων ἀκούοντες κείνσ- τε. ἱερηποιέων γὰρ ἢ τὼ κρατίστω ἔξευρὼν ἐ- ποίησεν, ἢ τὼ ἑωὐτῦ πατρίδα προσοίκουσαν. λέ- γει γὰρ ὧδε,

Αὖ ἔρυσάν μὼ πρῶτα καὶ ἔσφαξαν καὶ ἔδλει- σαν,
Μηρούς τ᾽ ἔξέταμον, κατά τε κνίσσῃ ἐκάλυ- ψαν,
Δίπτυχα ποιήσαντες, ἐπ᾽ αὐτῶν δ᾽ ὠμοθέ- τησαν.

ὃ τούτοις γὰρ ὁσφύος θοῦρν εἴρηται, ἢ ἐς τὰ ἱε- ρὰ χρέονται· μούνατον γὰρ τῶν Ἑλλήνων ὃ Αἰο- λικὸν ἔθνος οὐ κρέει ὀσφύι. δηλοῖ δὲ καὶ ὃ τοῖσδε τοῖς ἔπεσιν ὅτι Αἰολὶς ὤν, τοῖς νόμοις τοῖς τούτων ἐ- χρᾶτο,

Καῖε δ᾽ ὅτε σχίζης ὀγέρων, ὅτε δ᾽ αἴθυσσα οἶ- νον
Λείβε· νέοι δὲ παρ᾽ αὐτὸν ἔχον πεμπώβολα χερσίν.

Αἰολέες γὰρ μόνοι τὰ σπλάγχνα ὅτι πέντε ὀβε- λοῦ ὀπτῶσιν, οἱ δὲ ἄλλοι Ἕλληνες ὅτι τεσσάρων. καὶ γὰρ ὀνομάζουσιν οἱ Αἰολεῖς τὰ πέντε, πέμπε. Τὰ μὲν οὖν ἐπ᾽ τῆς ἡμέσιος καὶ τελευτῆς καὶ βίκ δε- δήλωταί μοι. Πρεῖ δὲ ἡλικίης τῆς Ὁμήρου, ὃν τῶνδ᾽ αἴ τις ὀπίσκεσθόλμος, ἀκριβῶς καὶ ὀρθῶς λογίζοιτο. ἀπὸ γὰρ τῆς εἰς Ἴλιον στρατείας, ἣν Ἀ- γαμέμνων καὶ Μενέλαος ἤγειραν, ἔτεσιν ὕστερον ἐ- κατὸν καὶ τριήκοντα Λέσβος ᾠκίσθη καὶ αἱ πόλεις, πρότερον οὖσα ἄπολις. μετὰ δὲ Λέσβον οἰκι- σθεῖσαν ἔτεσιν ὕστερον εἴκοσι Κύμη ἡ Αἰολὶς ἣν καὶ Φρικῶτις καλεομένη ᾠκίσθη. μετὰ δὲ Κύμην, ὀ- κτὼ καὶ δέκα ἔτεσιν ὕστερον Σμύρνα ὑπὸ Κυ- μαίων κατῳκίσθη· καὶ ὃ τοῦτῳ γίνεται Ὅμηρος.

ἀφ᾽ οὗ

Condita Cumis Smyrna, quo tempore natus fuit Homerus.

ἀφ' ὃ δὴ Ὅμηρος ἐγένετο, ἔτεά ἐστιν ἑξακόσια εἰκοσιδύο μέχρι τῆ Ξέρξεω διαβάσεως, ὡς ἐγὼ συμβαλλόμενος ὅτι τὰς Ἕλλησας, καὶ ζεύξας τὸν Ἑλλήσποντον, διέβη ἐκ τῆ Ἀσίας ἐς τὴν Εὐρώπην. ἀπὸ δὲ τούτου ῥηϊδίως ἐστὶν ἀριθμῆσαι ὃν χρόνον τῷ ἐθέλοντι ζητεῖν ἐκ τῶν ἀρχόντων Ἀθηναίων. τῷ δὲ Τρωϊκῶν ὕστερον γέγονεν Ὅμηρος ἔτεσιν ἑκατὸν ἑξηκοντα ὀκτώ.

Ab Homero autem nato anni sunt sexcenti vigintiduo ad Xerxis vsq; in Græciam traiectum, qui videlicet iuncto pontibus Hellesponto cum exercitu ex Asia in EVropam penetrauit. Ex his igitur tempus illud calculo colligere facile fuerit ei qui prætorum Athenienſium rationem habuerit. Centum autem & sexaginta octo post Troianum bellum annis extitit Homerus.

ΤΕΛΟΣ

τῶν ἐπὶα Μυσῶν Ἡροδότου τῦ Ἁλικαρνασσέως, καὶ ἐξηγήσιος τῆς περὶ Ὁμήρου.

APPEN-

APPENDIX

AD HERODOTVM,

De Legibus & Instítutis tam Persícis quam Ægyptiacis.

Vt ea ex diuersis auctoribus ab H. STEPHANO *fuit adiecta.*

DE PERSARVM LEGIBVS ET INSTITVTIS, EX DIVERSIS historicis.

EX XENOPHONTE, *Paedia Cyri libro* I.

PRIMA his legibus cura à bono publicó videtur initium sumere Haud enim incipiunt itidem vt aliæ plurimæ ciuitates, quæ parentibus permittentes pro voluntate filios educare, & ætate prouectioribus pro arbitrio vitam agere, eis iubent ne furentur, ne rapiant, ne in *alienas* ædes ingrediantur vi, ne iniuste percutiant quenquã, ne adulterium patrent, ne [1] principis imperium detrectent, reliquaque huiusmodi eodem pacto. quod siquid horum transgressus quis fuerit, pœnam in eum statuerunt. At Persarum leges anticipantes, *maxime* curant ne initio tales sint ciues vt cuiusquam vel improbitatis vel turpitudinis desiderio capiantur.

Curant autem illud hoc pacto. Est illis forum quod vocatur liberum, vbi & regiæ, & alia sunt palatia. Hinc & venalia, & circumforanei, & horum clamores atque ineptiæ in alium locum reiecta sunt, ne horum turba compositis eorum moribus qui institutionem adepti sunt, misceatur. Est autem forum circa palatia distributum in partes quatuor quarum vna est puerorum, altera puberum, [2] tertia virorum, qui perfectam ætatẽ iam agũt:

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΕΡΣΙΚΩΝ ΝΟΜΩΝ ΚΑΙ ΕΘΩΝ, ΕΚ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΣΥΓΓΡΑΦΕΩΝ.

ΕΚ ΤΟΥ ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ, ΠΑΙΔΕΙΑΣ ΚΥΡΟΥ ΒΙΒΛΙΩ Α'.

ΟΙ ΓΕ ΤΟΙ ὃ δοκοῦσιν οἱ νόμοι ἀρχεσθαι τῆς χρηστῆς ἀγωγῆς ἐπιμελόμενοι. οὐ γὰρ ὁμοίως γε ταῖς πλείσταις πόλεσιν ἄρχονται. αἱ μὲν γὰρ πλεῖσται πόλεις, ἀφέσαι παιδεύειν ὅπως τις ἐθέλοι τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας, καὶ αὐτοὺς τοὺς πρεσβυτέρους ὅπως ἐθέλουσι ζῆν, ἐπιτάττουσιν αὐτοῖς μὴ κλέπτειν, μὴ ἁρπάζειν, μὴ βίᾳ εἰς οἰκίαν παριέναι, μὴ παίειν ὃν μὴ δίκαιον, μὴ μοιχεύειν, μὴ ἀπεῖπεῖν ἄρχοντι, καὶ ἄλλα τὰ τοιαῦτα ὡσαύτως. ἐὰν δέ τις τούτων τι παραβαίνῃ, ζημίας αὐτοῖς ἐπιτίθεσαν. οἱ δὲ Περσικοὶ νόμοι, προσλαβόντες ὅπως μὴ ἀρχικοὶ μὴ τοιοῦτοι ἔσονται οἱ πολῖται ὥστε πονηροῦ τινος ἔργου ἢ αἰσχροῦ ἐφίεσθαι.

Ἐπιμέλονται δὲ ὧδε. ἔστιν αὐτοῖς ἐλεύθερα ἀγορὰ καλουμένη, ἔνθα τά τε βασίλεια καὶ τὰ δημόσια ἔρχεται πεποίηται· σιτεύεται τε τὰ μὲν ὠνία, καὶ οἱ ἀγοραῖοι, καὶ αἱ τούτων φωναὶ καὶ ἀποθορυβαλίαι ἀπελήλανται εἰς ἄλλον τόπον· ὡς μὴ μιγνύηται ἡ τούτων τύρβη τῇ τῶν παιδευομένων εὐκοσμίᾳ. διῄρηται δὲ αὕτη ἡ ἀγορὰ εἰς τέτταρα μέρη· τούτων δ' ἔστιν ἓν μὲν τοῖς παισίν, ἓν δὲ ἐφήβοις, ἄλλο τελείοις ἀνδράσιν,

Alias tetr. vide in meis annot.

[1] ὑπεξαιρεῖσθαι

[2] ζημίαν ἐπιτιθέασιν.

[1] Magistratus imp. [2] Tertia eorum qui virilem ætatem attigerunt. *Vel*, eorum qui matura sunt ætate. *Sic paulo post.*

ἄλλο τοῖς ἄνδρ' τὰ ς ατεύσιμα ἔτη γεγονόσι. νόμῳ δὲ εἰς ἓξ ἑαυτῶν χώρας ἕκας οι τούτων πάρεισιν, οἱ μὲν παῖδες, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, καὶ οἱ τέλειοι ἄνδρες· οἱ δὲ γεραίτεροι, ὡίκ' αὖ ἑκάστῳ τοῦχωρῇ· πλὴν ὅταν τεταγμέναις ἡμέραις, ἐν αἷς δεῖ αὐτοὺς παρεῖναι. οἱ δὲ ἔφηβοι καὶ κοιμῶνται πρὸς τὰ ὅρχεια, σὺν τοῖς γυμνικοῖς ὅπλοις, πλὴν τῶν γεγαμηκότων. οὗτοι δὲ οὔτε ἐπιζητοῦνται, ὡς μὴ τοσοῦτοι ἀπῇσαν παρεῖναι· οὔτε πολλάκις ἀπεῖναι καλόν. ἄρχοντες δ' ἐφ' ἑκάστῳ τούτων τῶν μερῶν εἰσὶ δώδεκα· (δώδεκα γὰρ καὶ Περσῶν φυλαὶ δεδήμευνται) καὶ ὅτι μὲν τοῖς παισὶν ὁμοῦ τῶν γεραιτέρων ἡρημένοι εἰσὶν εἰ αὖ δοκοῦσι τοὺς παῖδας βελτίους ποιεῖν, αὖ ἀποδεικνῦσι· ὅτι δὲ τοῖς ἔφηβοις, ὁμοῦ τῶν τελείων ἀνδρῶν εἰ αὖ αὐλοῖς τοὺς ἔφηβους βελτίους δοκοῦσι παρέχειν· ὅτι ὑπὸ τοῖς τελείοις ἀνδράσιν, εἰ αὖ δοκοῦσι τοσοῦτον παρέχειν αὐτοὺς μάλιστα τὰ τεταγμένα ποιοῦντας, καὶ τὰ παραγγελλόμενα ὑπὸ τῆς μεγίστης ἀρχῆς. εἰσὶ δὲ καὶ τῶν γεραιτέρων τεταγμένοι ἡρημένοι οἳ τοσοῦτον ποιοῦσιν ὅπως ἂν αὐτοὶ τὰ καθήκοντα ἀποτελῶσιν.

Ἃ δὲ ἑκάστῃ ἡλικίᾳ τοσοῦτον τέτακται ποιεῖν, διηγήσομεθα· ὡς μᾶλλον δῆλοι γένωνται ἢ ὅτι μέλονται ὡς ἂν βέλτιστοι εἶεν οἱ πολῖται. οἱ μὲν δὴ παῖδες εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶντες, δικαίους, μανθάνοντες δικαιοσύνην· καὶ λέγουσιν ὅτι ὅτι τοῦτο ἔρχονται, ὥσπερ τοσοῦτον ἡμῖν οἱ τὰ γράμματα μαθησόμενοι. οἱ δὲ ἄρχοντες αὐτῶν διατελοῦσι τὸ πλεῖστον μέρος τῆς ἡμέρας δικάζοντες αὐτοῖς. γίγνεται γὰρ δὴ καὶ παισὶ τοσοῖς ἀλλήλοις, ὥσπερ ἀνδράσιν, ἐγκλήματα καὶ κλοπῆς, καὶ ἁρπαγῆς, καὶ βίας, καὶ ἀπάτης, καὶ κακολογίας, καὶ ἄλλων οἵων εἰκός. οὓς δ' ἂν γνῶσι τούτων τι ἀδικοῦντας, τιμωροῦνται· κολάζουσι δὲ καὶ οὓς ἂν ἀδίκως ἐγκαλοῦντας εὑρίσκωσι. δικάζουσι δὲ καὶ ἐγκλήματος οὗ ἕνεκα αἰσθηθῶσι μισοῦσι μὲν ἀλλήλους μάλιστα ἐν τούτῳ, ἐὰν γνῶσι δυνάμενον μὲν χάριν ἀποδιδόναι, μὴ ἀποδιδόντα δέ, κολάζουσι καὶ τοῦτον ἰσχυρῶς. οἴονται γὰρ δεῖν τοὺς ἀχαρίστους καὶ τοσοῦτον ἥκιστα ἀμελῶς ἔχειν, καὶ τοσοῦτον γονέας καὶ πατρίδα καὶ φίλους. ἔστε δὲ ὅτι δεῖ μάλιστα τῇ ἀχαριστίᾳ ἡ αἰσχύνη πάρεστιν.

γυμνητικοῖς

Lege ἐδ' ἥκιστα (*vt scribunt mm. ann.*) *vel* ἥκιστα, *neutra partic. praefixa.*

quarta vero eorum qui sunt emeriti. Legeque cautum est vt horum singuli loci suis adsint: pueri, quumprimum illuxerit, & eodem modo perfectæ ætatis viri: seniores vero, quum per ocium cuique licuerit, exceptis constitutis diebus, quibus adsint necesse est. At [1] adolescentes cubant etiam in palatiis [2] cum gymnicis armis: exceptis maritis, qui ne requiruntur quidem, nisi antea iussi adesse fuerint. At neque honestum *ducitur* sæpius abesse. Et præsunt cuique harum partium duodecim principes. nam in duodecim tribus Persæ distributi sunt. Ii vero pueris præsunt qui *selecti* ex senioribus eos videantur reddituri quãoptimos: [3] adolescentibus autem, ex absolutæ ætatis viris illi qui perquam optimos eos existimentur effecturi. At ipsis absolutæ ætatis viris ii *sunt præfecti*, quorum illi institutione censeantur quę constituta sunt & à magistratu maximo imperata, maxime præstituri. Electi etiam sunt præsides seniorum: qui præsunt, quo hi quoque suo fungantur officio.

Quæ autem cuiq; ætati imperantur faciunda, enarrabimus, quo dilucidius fiat [4] diligentiamne adhibeant vt ciues sint quamoptimi. Pueri igitur ventitantes ad scholas, iustitiæ discendæ dant operam, aiuntque ita illos huic rei studere quemadmodum apud nos qui *eunt* ad litteras perdiscendas. Eorum autem magistri magnam diei partem consumunt in eorum disceptationibus iudicandis. Habent enim pueri quoque inter sese, quemadmodum viri, accusationes & de furto, & de rapina, & de vi, & de fraude, & de maledicentia, & de aliis *criminibus*, vt & par est. Quos autẽ norint horum aliquid deliquisse, eos plectunt. In illos item animaduertunt quos minus iure accusantes inuenerint. [5] Ac iudicia de illo etiã crimine exercent, quod est quidẽ in caussa cur homines mutuo se odio quammaxime insectentur, sed tamen ita vt ne minimum quidem iudicium de eo exerceant: nimirum de ingratitudine. ac quẽcunq; cognorint posse referre gratiam, nec referre, in hunc seueriſſime animaduertunt: quippe qui arbitrantur, eos qui sint ingrati, & deos maiorem in modũ negligere, & parentes, & patriam, & amicos. Ingratitudinẽ vero potissimũ impudentia sequitur.

1 Ephebi *sive*, puberes, *vt paulo ante vertit.* 2 Cum armis quibus exercentur. 3 Ephebis (vel puberibus) ex maturæ ætatis viris. 4 *Legit* ἠ ἐπιμ. *at* ἡ ἐπιμέλονται *significat*, Qualem diligentiam adhibeant: 5 *Huius loci sensum inuerterat Philelphus.*

etenim

etenim hæc ad omnem turpitudinem maxima est dux. Docent etiam pueros temperantiam. ad quam discendam eis plurimum conducit quod vident senes ipsos toto die temperanter vitam agere. Tradunt præterea iis præcepta parendi magistratibus. Multum quoque huic rei conducit quod seniores magno studio parere magistratibus intuëtur. Eosdem insuper docent vt & cibi & potus continentiam seruent: ad quos illos admodū adiuuat quòd ante oculos habēt, seniores non prius abire ventris *implendi* gratia, quam præsides permiserint: quodque non apud matrem vescuntur pueri, sed apud magistrū, quando præsides significarint: feruntque domo pro cibo panem, pro obsonio nasturtium, ad potum vero, siquis sitiat, capedinē, vt ex flumine aquam hauriant. Ad hæc etiam discunt sagittandi & iaculandi artem. Atque ad sextum vsque & septimumdecimum ætatis annum hæc agunt pueri.

100, 45 alii ad vrbem Elephantinam) *Franc. Iun. in Esaiã p. 68. Græca sic distinguit,* ὧν τε Ἐλεφαντίνην πόλιν πρὸς Αἰθιόπων τῶν Δάφνας τὰς Περσικὰς πρὸς Ἀραβίων τε καὶ Ἀσσυρίων. *id est*, alii ad vrbem Elephantinam, Æthiopibus oppositi: alii ad Daphnas Persicas, oppositi Arabibus & Assyriis.

107, *v. vlt. extr. pag. post* conuertisse) *Alii sic totum locum vertunt*, atque interim quietum mansisse: atque ei ad aram admoto molam inspergerent (*vel, vt Budæus sentit*, capillum vellerent) ad vires *exercendas* versum omnes illos interemisse.

113, *v. antep. post* ellychnium) *alii*, superne autem inest ipsum ellychnium.

116, 17 veluti hostes exag.) *alii*, tractans vt hostes.

120, 7 alii morborum occultorum) *Hier. Mercurialis Var. lect. lib. 2. c. 8. putat pro* alii *legi posse* siue: *vt hæc sequentia exponant præcedentia.*

135, *v. vlt. extr. pag. post* vinculis) *Leopard. Emend. lib. 7. c. 12. vertit*, duos aut tres vtrium petiolos pendulos resoluisse. *Infra sane in oraculo* προέχων αἰεὶ πόδιον dicitur penis, *qui è ventre velut ex vtre petiolus prominet.*

153, *v. vlt. extr. pag. post* attentior) *Plutarch. pro eodem* ἀπεψόφησε, *id est*, crepitum *ventris* emisit.

Ad Librvm III.

P. 167, v. 26 Nec ipsis Inaro) tametsi quã Inarus & Amyrtæus nullus dum Persis plus damni dedit: *vt vertit Paul. Leopard. Emend. lib. 7. c. 14.*

170 *v. vlt. pag. post* breuiuage) *Eam lectionem secutus Paulus Leopard. Emend. lib. 7. cap. 14. sic vertit*: neque enim tot eos victuros fuisse *annos*, nisi potu conspergerent atque miscerent: de vino hoc dicens Ichthyophagis. hac enim re se Persis esse inferiores.

213, 2 & lenia post acria) *alii in Græco legunt* ἰητάματα ἰχῶρα προσάγων. *id est*, fomẽta efficacia & vehemẽtia admouens. *vt vertit Paul. Leopard. Emend. lib. 7. cap. 14.*

Ad Librvm IV.

P. 229, 37. nam anima) *Sincerior videtur hæc Græci contextus lectio apud Eustath. Comment. in Dionysii Periegesin, pag. 16.* ἀρι μὲν γὰρ τὸν Σκυθικὸν, μασπὼ γὰρ τοῦτο τὸν ὀφθαλμὸν λέγουσι. *id est*, nam ARI Scythice VNVM dicitur, MASPVS vero OCVLVS. *vt Hartung. annotauit decuria 1. c. 2.*

236, *v. pen. extr. pag. post* Est autem sep.) *Pausanias hanc* Argin *vocat.* Hecaergen, 41, 22 & 154, 15

241, 37 Amaxampeus) *Infra* 251, Exampæus *scribitur, etiam in Graco: itidemque apud Solinum c. 24. & apud Pomp. Melam lib. 2. ca. 1.*

245, *v. pen. extr. pag. post* οἱ ἀνδρ.) *Pro* ἀνὴρ *supra fuit* ἀνὴρ. *p. 45. quod sonat* execrationi obnoxios. *Corinthus, qui de dialectis scripsit,* ἀνὴρ *interpretatur* ἀποτρόπαιος. *nonnulli tradunt* ἀνδρίας *Scythas esse vates eorum quos Hippocrates alicubi* ἀναδρίας *appellauerit: vt annot. Paul. Leopard. Emend. lib. 7. c. 10.*

274, 6 sono vocis exili) *Budæus ex antiquo exemplari legit* ἰοχόρους, *id est*, hæsitans lingua, *vt annotauit Paul. Leopard. Emend. l. 3. ca. 11. Ex terrore id vocis vitium emendatum refert Pausan. 331, 16.*

286, 22 Zygantes) Ζύγαντες *pro gente Libyæ ex Ho-*

adiungitur a Stephano: vt annotauit Turneb. Aduers. lib. 19. c. 24. Sed idem tamen Steph. & Suidas pro Libya populo citat ex Hecataeo & Eudoxo.

Ad Librvm VII.

392, *v. vlt. extr. pag. post* somniasse) *ad verbum sonat*, multa & magna euersa esse ab inferioribus.

417,21 Bogem) *Paus.* Boen *vocat. 242,44.*

418,38 Niphragæ) Phagrę *legendum esse docet Paul. Leop. Emend. l. 8. c. 1. ex Thucyd. l. 2. & Strabonis Epitome.*

424,10 Enienes) Ænianes *hi dicuntur a ceteris scriptoribus, de quibus vide Stephanum.*

434,31 Cyllirii) *Suidas* Καλλικυλεῖς *vocat. itidemque Aldus in Prouerbiorum Collectaneis habet* Καλλικυλεῖον πλοῦς. *Qui vero hic (itidemq; apud Hesychium) more Siculo seu Dorico vocantur* γάυδροι, *in iisdem Prouerbiis & apud Suidam nominantur* γύμδροι, *quasi dicas* Agrorum possessores, Agricolæ.

443,2 χύτρους) *Eustathius feminino genere* χύτρας *habet, Comment. in Dionysii Periegesin. pag. 73.*

455,28 lapidem nomine Melampygum) *Paul. Leop. Emend. lib. 8. ca. 1. manult*, lapidem Melampygi, *id est, Herculis nigro podice praditi.*

459,11 bis modo) *Forsan* bis duo: *cum in Graco sit* χιλιάδες πύρριαι, *id est*, quatuor millia. *In praecedenti versu Diodorus Siculus pag. 259 pro* τετρακοσίαις, *habet* δισμυρίαις *id est*, Bis decies centum millibus.

Ad Librvm VIII.

471,2 & optimam portionem agri Hist.) Ellopiique agri & Histiææ regionis maritimos vicos omn. p.

472,12 [illegible] dictati [illegible]

473,45 Dryton) *Paus.* [illegible] *demq; Plin. l. 4. c. 3. Stephanus vero* [illegible]

475,37 Minervæ protemplaris) *vox* Προνάϊς, *quod secutus est interpres, legitur apud Paus. lib. 5, 40.* Προνοίας, *quod sonat* Minervæ Prouidentiæ. *Ipsum tamen Pausaniæ* & Προνάϊ Ἀθηνᾶς *(id est* Protemplaris Minervæ*) mentionem facit, 489, 25. Suidas quoque vtramque agnoscit; sed ita vt* Πρόναον *hic legerit.* Πρόναον *ex Æschylo, Callimacho & Demosthene citat. Paul. Leopard. Emend lib. 8. cap. 1.*

476,20 obseruatum. Et) *vertatur.* nec solum hæc dicunt, sed etiã perinde ac si esset, ministrua ei *libamina* apponunt, libum *scilicet* mellitum; *seu* placentam mellitam.

481,40 credibile est) λόϊον ἐσι *significat potius* oraculo prædictum est, *Leop. Emend. lib. 8. c. vertit* fatale.

507,27 Murem in Lebadiam) Murem Lebadeam (*Bœotiæ oppidum*) venisse, & mercede pellecto quodã indigena, ad Trophonium (*id est, in antrum Trophonii*) descendisse.

ibid. v. 35. vaticinium esse) μαντεύεσθαι *significat hic verius* Oraculum consulere: *vt annot. Paul. Leopard. Emend. lib. 8. c. 1.*

Ad Librvm IX.

547,23 pecora & in Dod.) *Interpres legit* πρόβατα, *sed verior scriptura est* πρόφαντα, *id est*, oracula: *vt monuit Paul. Leop. Emend. lib. 8. c. 1.*

556,26 resiliit) vibrauit: *seu*, concussa est: *a verbo* σάλευω.

FINIS.

EX

ΕΚ ΤΩΝ

ΚΤΗΣΙΟΥ

ΤΟΥ ΚΝΙΔΙΟΥ

Περσικῶν καὶ Ἰνδικῶν

ΕΚΛΟΓΑΙ.

EX

CTESIÆ

CNIDII

Perſicis & Indicis

EXCERPTA

à PHOTIO.

cum interpretatione H. STEPHANI; & Indicorum quidem duplici, quarum altera L. RHODOMANI.

IN HÆC

Notæ, variæ lectiones, & diuerſa interpretationes H. STEPHANI, D. HOESCHELII, A. SCHOTTI.

AD HÆC

alia eiuſdem CTESIÆ ex iiſdem & aliis ipſius libris Fragmenta aucta iam & locupletata.

HENR. STEPHANI

DE CTESIA HISTORICO ANTIQVIS-simo diſquiſitio.

QVi melius, qui certius de rebus Perſicis ſcribere potuerit quam Cte-as, arbitror fuiſſe neminem. Quod quo magis mihi perſuadeo ſemper perſuaſi, eo certe magis (vt homo Perſicæ hiſtoriæ ſtudioſiſſimus) aliqu eius ſcriptorum partem in quopiam bibliothecæ angulo reperire po deſidero ac ſemper deſideraui. Nam iſtæ ex eius ſcriptis ἐκλογαὶ tantu abeſt vt deſiderio meo ſatisfaciant, vt illud, nõ aliter quam ex longo tractam ſitim pauculæ aquæ guttæ, multo vehementius accendant. autem Cteſiæ tantum tribuam cum alia multa faciunt, tum vero quod illum à Xenopho laudatiſſimo authore laudari videam. Eum enim cuius vnius ex omnibus ab illo citetur ſtimonium, vt locupletiſſimum, laudari certe, & magnificentiſſime quidem, interpre Vnde fit etiam, vt Plutarcho, modeſtiſſimo alioqui & prudentiſſimo ſcriptori, ſuccenſe qui ita huius hiſtorici mores exagitat, vt omnibus modis ſuſpectam nobis eius reddere ve le videatur fidem. Sed quum duo in hiſtorico requirantur, & poſſe & velle de rebus ve ſcribere: primum, an id præſtare potuerit, videamus: deinde de eo, an voluiſſe veriſimile diſputabimus. At illud vel ipſe Plutarchus nobis teſtabitur: & teſtatus erat ante eum laud tiſſimus, vti dixi, ſcriptor Xenophon. Reſpondeant igitur pro me ambo: Xenophon quide in libro Κύρου ἀναβάσεως primo, his verbis, vbi narrat vulneratum à Cyro Artaxerxem rege eius fratrem, Ἐπαίει κατὰ τὸ στέρνον, καὶ πεζώσαντι Δαρεικῷ, ὡς φησι Κτησίας ὁ ἰατρός. Ἐκ ἰᾶσθαι αὐτὸ τραῦμά φησι. & pauciſſimis interiectis verbis, ὁπόσοι μὲν τῶν ἀμφὶ βασιλέα ἀπέθανον, Κτησίας λέγ παρ' ἐκείνῳ γὰρ ἦν. Plutarchus autem initio Ἀρταξέρξου (ita enim illic nominatur, conſentiente etiam veteribus exemplaribus) hæc ſcribens, ἀλλὰ τὸν Κτησίαν οὐκ εἰκὸς ἐστιν ἀγνοεῖν τοὐνόμα καὶ λέως παρ' ᾧ διέτριβε, θεραπεύων αὐτὸ Ἑ γυναῖκα καὶ μητέρα Ἑ παῖδας. Et pagina illius libri ſecunda, Κτησ ας γ', ὃν ἔτι ἀγνοεῖν τὸν χρόνον εἰκὸς ἐστι, πρόφασιν τῆς παρόδου, ἔτι ἐκὼν αἰτίαν εἶχεν ἐκ τοῦ χρόνου μεταιτήσας τὸ ἔ ὡς ἐπεχθῆ διηγούμενον. Ex his igitur quũ res omnes compertas exploratasq; Cteſiam habe potuiſſe, (præſertim quum medicorum apud reges multo maior tunc temporis quam nu authoritas eſſet) & vt de compertis atq; exploratis vere ſcribere potuiſſe intelligamus: nũ an eum (vt φιλαλήθη, id eſt, veritatis amatorem) id etiam voluiſſe probabile ſit, conſideret Nimirum & de hoc ἀπλῶς ὁ λόγος. Nam ſi mentiri volebat Cteſias, nempe aſſentationis dium in cauſſa fuiſſe dicamus neceſſe eſt. Si aſſentator erat, certe mentiendo, eius auri quo plurimum commodi expectabat, aliquid dare, eiuſque ambitioni ſubſeruire ſibi p poſitum habebat. A quo autem plura quam à rege ſuo aut à regis matre ſperare eum p rat? Supereſt igitur vt Cteſiam, dum Artaxerxi & Paryſatidi ſtatuit adulari, falſam illis lau in hiſtoria ſua plerunq; affinxiſſe exiſtimemus. Atqui tantum abeſt vt iis, ac Paryſatidi ſertim, falſam laudem affinxerit, vt veram potius detraxiſſe, ex iis paſſim quæ de ea com morat, omnibus videri poſſit. Et de his quidem ita loquor, quaſi ante illorum obitum hi riam ſuam edidiſſe Cteſiam conſtet. Nam ſi poſt eorum obitum in lucem ab eo prof fuiſſe credamus, quomodo eum huius culpæ, imo vel huius ſuſpicionis dicere affinem fu audebimus? Quod autem ad res Indicas attinet, profecto mendacii illum multis in l nemo non facile ſuſpectum habuerit: ſed quotuſquiſque eſt qui cõuincere queat & co guere? Neſcio (reſpondebit quiſpiam) quis eo tempore potuerit: at nunc poſſunt merca noſtri qui illuc & ipſi nauigant. Ain' tu? at vnde illis, vt, quum ſint ἀναλφάβητοι, ide eo cio eo quod litteris & doctrina quæritur, omnino careant: obſeruare & obſeruata aliis p commemorare eadem quę viri docti, poſſint? Ne longe abeamus, vnde hominis omnium terarum rudi, vt ligni πεῤῥέζα dicti naturam ita animaduertiſſe, & animaduerſam ita q deſcribere vt hoc in libello à Cteſia deſcriptam habemus? vt omittam illud quod pro ſuę (quum medicus eſſet) ſolertia, vt obſeruauit, ita & obſeruaſſe debuit: nimirum illud ἐκδοσις τῆς χολικῆς ἐκθήματα. vel tale quid quale alio quodam loco narratur? nempe aut cuiuſdam radicis ad corrigendum nimium lactis vſum virtutem: aut, quod de aſinorum noſtris comm refert? qui è poculis ex eorum cornu confectis biberint, neq; ſpaſmo poſſint comitiali morbo corripi: ſed neq; quomodo aut vbi aut aquam ex pocul

ex huiusmodi poculis bibãt, illos hausto aut ante aut post minime interire veneno? Nequaquã profecto ab imperitis istis mercatoribus expectanda hæc narratio fuerit. quid igitur illi narrabunt? nimirum se vidisse syluestres asinos cornu in fronte gestantes, quod cuius coloris esset discernere non potuerint, sed nec satis eius magnitudinem considerauerint. Hanc autem vim huic cornu esse insitam, tam sunt nescii, quam ii qui nunquam ne Indorum quidem nomen audiuerunt. Hæc autem à me idcirco hic dicuntur, lector, vt quoties in quosdam homines incides, qui plus fidei de illis rebus, mercatoribus etiam litterarũ impetitis, quã vel doctissimis antiquis scriptoribus adhibendũ esse credũt, in promptu tibi quod illis nugatoribus respondeas, esse possit. Quod si quis me roget, an nec Ctesiæ, nec aliis vetustis authoribus rerum huiusmodi historiã describentibus derogandam arbitrer esse fidem, ille à me hoc responsum feret: me domi & in patria mea tot tantaq; rerũ videre passim miracula, vt quum illos qui de peregrinarum regionum miraculis scripserunt lego: tum demum velim, Scepticam vsurpans ἐποχὴν, dicere ὃ μᾶλλον, id est ὃ μᾶλλον πιστεύω, ἢ ὃ πιστεύω. si tantum illa excipias quæ ita à ratione abhorrent, vt ne ipse quidem sensus communis ea quenquam patiatur admittere. Quid si vero, quo magis tales sunt res aliquæ, eo etiam magis inter miracula, sed non inter incredibilia tamen referendæ sint? Nam vel istud quale sit considera. Fuerunt nonnulli prisco sæculo homines, qui quod de quadam Indica aue narrabatur, eam videlicet in India, Indicum, illinc in Græciam transportatam, Græcum sermonem discere, & hominum more articulatas distinctasque voces tandem proferre: hoc vt plane absurdum & ineptum commentum, exsibilandum explodendumq; esse dixerint. Quinam? nempe non alii quam quibus huiusmodi auem ex Indicis oris aduectam videre nunquam contigisset. Nam Ouidius & Statius, fortasse & ipsi, hominem id commemorantem, vt aperte mendacem, aliquando risu exceperant: at postquam ipsam illis datum fuit auem cernere & audire, quam ea de re famæ & aliorum sermoni adhibere fidem noluerant, eam suis ipsorum oculis adhibere coacti fuerunt. Et, vt illos taceamus, hodieque vulgaris est adeo illa auis, vt extare aliquem qui dicat incredibile esse quod de illa narratur, id demum nobis plane sit incredibile. Quem enim, psittacum (quem βίττακον Ctesias hic appellat) præter illum Veronensem Claudiani senem, aut aliquem illi similem, nunquam vidisse putabimus? Finge tamen reperiri senem aliquem (& reperiuntur forsitan aliquot ex illis etiam qui in vrbibus degunt) qui nunquam eam volucrem viderit, aut, si viderit, loquentem certe nunquam audierit: an eum qui hanc illi aui inditam esse naturam affirmabit, fidem apud huiusmodi hominem impetraturum reris? Hoc certe si credis, longe falleris. His igitur tandem hunc sermonem claudamus verbis. Quemadmodum si psittacus nunquam ex India aduectus ad nos fuisset, auem apud Indos esse humanas voces sonantem nemo crederet: nunc vero, quoniam vulgaris est illa, vix quisquam hoc miraculi loco habet: itidem etiam multa de aliis Indicis animalibus referri, & de plantis atque arboribus, nominatim etiã de quibusdam radicibus, item de aquis, de metallis, de aliis denique multis illi regioni peculiaribus rebus commemorari, quę multorum fidem superant: at si tam facilis illarum rerum, quam psittaci, asportatio esset, tam facile firma ab omnibus persuasione reciperentur, quam ea quæ de psittaco scripta sunt, recipiuntur. Ergo quod Plutarchus Ctesiæ Persicis tribuit μυθῶδες (apud eum corrupte legitur θυμῶδες) ego id in eum, ne in Indicis quidem, nedum in Persicis, cadere existimo. At erat φιλολάκων. Fuerit vero φιλαθηναῖος, fuerit φιλόφιλος. quid tum? Hoc certe vt aliquo in loco Lacedæmoniorum auribus aut Atheniensium aut Thebanorum potius quam veritati seruiret, facere potuisse dixerim: at ex vna historiæ particula totam illam mendacii arguere, hoc ego iniquissimi iudicis esse censuerim. Sed Plutarchum, aliquo præiudicio fortasse præoccupatum, quicquid libuerit, impune scribere sinamus, & de Ctesiæ Persicis, penes ipsos Persas: de Indicis, penes Indos esto fides. Hic certe libellus, qualis qualis est, si aliud quo commendaretur, non haberet, vel hoc vnum abunde ad eius commendationem valere posset, quod aliquot cum ab aliis, tum vero à Plinio citati in eo reperiantur loci. Sunt vero & maxime memorabiles in eo & minime tamen vulgares historiæ. quarum vnam, lector, Latino sermone interpretatam, proferam: ἄστεμφα certe huiusmodi quod rhetori cuipiam χρείας pulcherrimæ argumentum, poetæ, facoso quidem facetorum epigrammatum: seuero autem, grauissimæ tragœdiæ ampliſſimã suppeditare possit materiam. Mortuo, inquit, Megabyzo, vxor eius Amytis, libidinosa mature filia libidinosior, summe virorum erat appetens, & suam vndiq; explebat libidinem. Forte accidit vt ægrotaret, non graui morbo illa quidem: sed qui tamen medici desideraret opem. Eam igitur inuisens Apollonides medicus Cous, quum iampridem eius esset amore correptus, consulturam illam (vtpote quæ hysterica esset) si cum viro congrederetur, affirmauit. Hac arte ille voti compos Apollonides, & amata potitur Amytide. Verum tabescen-

tem eius paulatim quum cerneret, à congressu abstinere cœpit. Illa [illegible] matri suæ rem totam aperuisset, eam, ne hanc quam ab Apollonide acceperat iniuriam punitamq; dimitteret iniuriam, rogauit. Mater, quæ audiuerat, ad Artaxerxem refert, ratque vt congressu eius vsus esset, nec, nisi ea indignis pœnis abusus modis, [illegible] Rex matri de his agendi vt vellet, potestatem permittit. Illa igitur comprehensam in vestibulo coniectum Apollonidem duos menses in tormentis & cruciatibus habuit, deinde ita viuum etiam defodit. Hic iam mihi lector (quod in legendis historicorum libris [illegible] ge & iucundissimum & vtilissimum est) historiam cum historia confer, Persicam cum Romana. Amytin cum Messalina, regis Persarum filiam cum imperatrice Romana coniuge mihi compara: & muliebre vtrobique, quasi in speculo quodam, considerare genium.

Claudius audi
Quæ tulerit dormire virum quum senserat vxor,
Ausa Palatino &c.

satis enim tibi notos esse puto versus. Aptissime autem, meo quidem iudicio, hoc mulierum copulauerimus: vt quas personas & longa temporum intercapedo & longum eorum interuallum & linguæ magna discrepantia dissociauerunt, generis nobilitas (in altera maior) & morum fœditas ac turpitudo minime nobili vinculo nobis consociatæ atque coniungant. Et de Messalinæ quidem vt audias libidine, tibi longe abeundum fuerit. Amytin autem præterquam Ctesiæ, etiam Dinonis grauissimi authoris hoc infamem reperi elogio. Ἀμυτις, πολλῶν τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ γυναικῶν ἀκολαστοτάτη. id est, *Amytis omnium Asiæ fœminarum vt pulcherrima, ita libidinosissima.* Historiam cum historia contulisti, lector: nunc autem poetæ quomodo cum historicis conferri debeant, & vt cum illorum sententiis horum pulchre testimonia consonent, considera. Nimirum quod à poeta Latinorum omnium ingeniosissimo pronunciatum est, Litem magnam pudicitiæ cum forma esse, non minus vere quam eleganter esse dictum, iam antea tibi, vt opinor, persuaseras: sed ita vere tamen hoc esse, vt non in omnes hanc cadere suspicionem existimare deberemus. At nos hæc te docent historiæ, non obscuras tantum, non priuatas tantum affines huic culpæ personas, verum etiam imperatrices, eorum etiam qui reges regum vocabantur (& merito quidem vocabantur) filias. Sed cur ego tam memorabilem vndique hanc tibi reddere conor narrationem? nimirum quod illa vel certissimum Ctesiæ φιλαληθείας datura sit testimonium. Quem enim missum me facere velle simulaueram, nunc quasi ex insidiis repetere libet sermonem. Ecquis vnicuique erga suam artem & erga eiusdem artis societatem iunctos (quod eiusdem velut sacri sint cultores) naturaliter quosdam amoris excitari nescit igniculos? Nisi igitur Ctesiæ amica quidem ars sua, amicus vero Apollonides, sed amica magis historiæ veritas fuisset, hæccine cũ tanto vtriusq; narrasset dedecore? At ego (dicet fortasse Plutarchus) istud factum longe aliter interpretor. Nam vt κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, sic iam ἰατρὸς ἰατρῷ. hinc illa diffamatio. Itane tandem hæc eius diffamandi studio commoueret, quẽ aliquot in locis non multo ante sponte laudauerit? Quo te iã vertes Plutarche? deo video quo euadere velis. Passim ab Herodoto dissentit. Patrem fabularum mihi narras. tandem te tuo confodisti gladio. Nimirum verax Ctesias mendaci Herodoto repugnat. Quid tu autẽ ad hæc, lector? nonne iam tibi teneri Plutarchus videtur? Hoc si tibi persuaseris, Ctesiæ τὸ φιλάληθες admirare mecum potius, quam cum Plutarcho τὸ φιλοψευδὲς reprehende. Aut, si tibi paria in vtramque partem rationum videntur esse momenta, saltem te neutri [illegible] seruа, & vti dixi, de Ctesię Persicis, penes Persas, de Indicis, penes Indos fides esto. Vale.

DE ΔΙΤΤΟΓΡΑΦΙΑ QVORVNDAM NOMINVM, IN CTESIA PRÆSERTIM: ET DE EXCERPTIS ipsis ac voce Ἐκλογῶν.

Ex eiusd. H. STEPHANI *Castigationibus ad Appiani Iberica & Annibalica, Ctesiæ, Agatarchidis, & Memnonis excerpta, in fine.*

DVo sunt præterea, lector, de quibus te admonitum volo: vnum, quod ad nomina multa, in Ctesiæ præsertim exemplaribus, διπλογραφίαν· alterũ autem, quod ad vocem ἐκλογὰς attinet. Exemplum huius διπλογραφίας ponam ex multis vnum, Πετίσας cap. 38. in vno codice cum ι scriptũ, quum in altero scribatur cum η. Certe huius nominis & aliorum huiusmodi quærere scripturam, nescio cuius laboris, imo vero nescio cuius curiositatis esset. Nam si tandem repetiretur (quod tamen nullo fieri modo posse credo) quid tale repertum commodi nobis afferre posset, non video. Vnum tamen optabile foret, vt quo modo apud vnum historicum nomen aliquod proprium scribitur, eodem apud alios quoq; scriptum esset: ne erroris (vt sæpe accidere videmus) diuersa scriptura nobis occasionẽ præberet: dum quod de vna eademq; persona dicitur, de diuersis dici existimamus. Sed illud quî fieri possit? Si tamen & hic coniectura locum habere debet, credo, quo longiora sunt, eo magis Persicæ linguæ characterem seruare nomina. scimus enim Persas, in suis denominandis, nequaquam id quod quidã dixit, curasse, παύτε δοῦλον εἶναι τῷ δεσπότῃ μονοσύλλαβον, imo potius ἢ δοῦλον ἢ δεσπότῃ εἶναι πολυσύλλαβον ἢ μακροσύλλαβον. Quam rem videmus vt facete Plautus etiam notet. Hæc igitur ratio videtur idonea ad probandum magis veram esse scripturam (duplex enim in hoc nomine reperitur) Σφενδαδάτης quã Σφενδάτης, vtpote longiorem: eandemque in id genus aliis esse debere rationem. Itidem in nonnullis nominibus, in quibus diuersa scriptura, nimirũ & per ζ & per ξ, quæ est per ξ meis auribus nescio quid Persicum magis sonat, ideoq; magis mihi probatur. Vt Ἰζαδάτης quam Ἰξαδάτης, sic Ἀρτιζαρξαύης quam Ἀρτιξαρξαύης. nam etiam Ἀρζαύης non Ἀρξαύης dicitur. In nonnullis melioris exemplaris fidem vbique secutus sum. vt Σκυθάρκης vbique non Σκυθάρχης. Item Ἄμυτις non Ἄμυντις. quam Ἄνστιν a Dinone appellatam reperio, si quidem non mendosum est exemplar. De duplici autem scriptura Ἀρτοζέρξης & Ἀρταξέρξης non habeo quod dicam. Quin & ἐθνικῶν in dubium vocari scriptura possit. Nam quos Δέρβικας consensu vtriusque exemplaris appellatos hic habes, Stephanus ait ipsum Ctesiam appellasse Δερβίκας, ἢ Τερβισανούς. Sed & male illic Δελβίκκαι legitur pro Δερβίκαι per ρ & vnum κ, prius. Alicubi certe exemplari alteri fidem audacter derogaui. vt in iis locis qui sunt cap. 17. & 21. habebat enim Καρχηδονίων & Καρχηδονίοις pro Χαλκηδονίων & Χαλκηδονίοις, (cuiusmodi mendum in hoc ipso nomine in aliorum authorum antigraphis, vt Strabonis, mihi occurrit) quod exemplar etiam male & graui cum errore permutatas nonnunquam habebat nominum quorundam sedes, vt cap. 29. [ibi, Ἐς παρεγένεται Δαρειαῖος ἀγόμενος ὑπὸ Ἀρταπάνυ εἰς τὴν ὁπλίαν Ἀρτοξέρξυ] in eo scriptũ est Ἀρβοξέρξης vbi habes Δαρειαῖῳ, & Δαρειαίυ vbi habes Ἀρβοξέρξου. Nec in propriis nominibus tantũm, sed vbiq; à partibus melioris (vt mihi quidẽ videbatur) exemplaris stare volui: in incertis, alterutrũ sine delectu, sequutus sum: sed ita vt alterius quoq; lectionem tibi adnotatã in fine libri dederim, nõ in Ctesia solum, sed & in Agatharchide, & Memnone. Nam quod ad Appianum attinet, eius vnicũ exemplar nanciscí potui. Sed hoc addere oblitus eram, non esse quod in nonnullis & propriis & appellatiuis nominibus, Ionici idiomatis terminationes in his ex Ctesiæ libris ἐκλογαῖς reperire mireris, quum Ionica dialecto illos conscripsisse dicatur. quanquam, vt harum ἐκλογῶν testatur author, ἐν τοῖς Ἰνδικοῖς μᾶλλον ἰωνίζει ἢ ἐν τοῖς Περσικοῖς.

ALTERVM autẽ quod te scire tua interesse existimo, hoc est. Ex Ctesię scriptis hęc ita fuerũt excerpta, vt is qui excerpsit, aliquãdo verba ipsius sola posuerit: interdũ autem, & sane plurimũ, sua illis admixta nobis dederit, simul etiam in pauca & velut in arctum ea quæ ille latius ac fusius exposuerat, contrahens. Vtro igitur potius an ἐκλογῶν an ἐπιτομῆς appellanda sint eanomine, videamus. Ἐπιτομῆς appellationem dare solitos Græcos existimo iis quæ ex scriptore aliquo ita describuntur, vt primum ordo idem qui apud eum est, seruetur: deinde vero ipsa etiam verba (quantum fieri potest) sed ex multis pauca, aut ex paucis paucissima, retinentur. Eos autem locos qui ex aliquo authoris libro hinc inde, prout visum est, sed αὐτολεξεὶ describuntur, ἐκλογὰς ab iis vocitari solitos fuisse arbitror. Nec vero Athenæum cum alibi, tum vero vbi ἐκλογὰς ἀξιωμάτων ποιησάμενος dicit, aliud hoc nomine

significare voluisse crediderim. Quó fit etiam vt iis quæ postissimè in Getarum [illegible] rùm posteriorum Polybii librorum particulis, nequaquam ἔπτυμος, sed ἐκλογὰς [illegible] dum fuisse nomen putem, & ita putem, vt affirmare audeam. Nam quin illic [illegible] ipsa Polybii verba, mihi, qui locos aliquot ex iis à quodam Græco authore (ἀνωνύμῳ bene memini) quales illic sunt, ex Polybio citatos reperierim minime dubium esse [illegible] possit. Sed quod ad hæc ex Ctesiæ libris excerpta attinet, quum, vti dixi, non numquam ipsa authoris verba & eum ipsum velut loquentẽ à nobis audiri faciat (vt Indic. cap. 25. τὴν ἀμφαλον καλλιστον ὧν ἐγὼ εἶδον καὶ οἶον περ βοὸς ὦτα τὸ εἶδος καὶ τὸ μέγεθος.) interdũ vero, & multo frequentius id quidem, non μιμητικῶς, vt ita dicam, id est, non ipsum scriptorẽ loquentem introducendo, & verba quasi ex eius ore excipienda nobis relinquendo, sed διηγηματικῶς, id est ipse nobis quid apud Ctesiã legerit, narrans (vt Indic. cap. 4, quum dicit, ἐξ ὧν [ὁ διδάσκαλος] ἀκούσας ἔφη Κτησίου φησιν ἐσχηκέναι, ἐν τῷδε βασιλέως, καὶ ἐν τῷδε τῶν βασιλέως μητρὸς παρυσάτιδος. Φησὶ δὲ αὐτὸν τὸν Indic. item cap. 28, καὶ φησιν ἰδεῖν αὐτὸ [τὸ δένδρον] ὁ Κτησίας, καὶ θαυμάζειν ὅσον μῆκος, οἷας δὲ καὶ ὅσας ἐπιφυὰς κάτω.) Quum, inquam, hæc ita sint, nomẽ ἐκλογὰς admittere nos hic ita oportet, vt quæ [illegible] proprie hac in re significet, non ignoremus, ad receptum tamen apud authores [illegible] gnificationem eius hîc non esse restringendam, sed paulo latius extendendam [illegible] Quod autem de ἐκλογαῖς ἐκ τῆς Κτησίου dixi, idem & de ἐκλογαῖς ἐκ τῆς Ἀγαθαρχίδου dictum [illegible] puta. At in Memnone paulo alia ratio est. quia is qui ex eius scriptis hæc ἐξελέξατο, hic [illegible] fateor, modo μιμητικῶς, modò διηγηματικῶς eius nobis orationem proponit, sed ita vt [illegible] ita vt in epitome, multa verba in pauca contrahat: sed potius eius narrationes, vt opinor, integras nobis, si non vbique, plurimis certe in locis proferat. Hoc autem vt credam, [illegible] ducor, quod minutissima quæque plerumque in his narrationibus persequi eum video, certum quendam sermonis characterem vno eodemque quasi tenore continuare [illegible] animaduertam.

ELOGIVM
CTESIÆ CNIDII.

Ex Barnaba Brissonio, *lib. I. de regio Persarum principatu.*

IN Persicorum Archiatrorum ordine, & numero, non infimum locum Ctesias Gnidius te-
net, quem Persicarum rerum bonum auctorem, in primis, indictum tacitus præterire non
possum. à me ergo is hoc μνημόσυνον feret, quod ei lubens, merito, do dicoque. Hunc Ar-
xerxis Mnemonis archiatrum fuisse, prælioque quod inter ipsum & Cyrum fratrem
commissum est, interfuisse, atq; adeo curasse vulnus regi à fratre inflictũ, constat ex Xe-
phonte, lib. I. Ἀναβάσ. & Plutarcho in Artaxerxe. Xenophontis verba quæ & Plutarchus stricti-
tigit, sunt, πατάξει (videlicet Cyrus minor Artaxerxem fratrem) κατὰ τὸ στέρνον, καὶ τιτρώσκει διὰ τοῦ θώρακος
ὡς φησὶ Κτησίας ὁ ἰατρός. ἔβαλε αὐτὸς τὸ τραῦμα φησί. Et mox, ὁπόσοι μὲν τῶν ἀμφὶ βασιλέα ἀπέθανον
σίας λέγει· παρ' ἐκείνῳ γὰρ ἦν. A quibus Diod. Siculus dissentiens, in Cyri minoris partibus, Ctesiam
eoque prælio captum, in Artaxerxis potestatem venisse, & propter artis præstantiam à rege ad eius
poris adsumptum, lib. II. ita scribit, Κτησίας μὲν ὁ Κνίδιος, &c. [quæ statim habes inter elogia e-
teribus prompta] Strabo de Cnido loquens, lib. XIV. ἐντεῦθεν δὲ Κτησίας, ὁ ἰατρεύσας μὲν Ἀρταξέρξην
συγγεγράψας δὲ τὰ Συριακὰ, καὶ τὰ Περσικά. Extat & apud Suidã, de Ctesia, elogium huiusmodi, Κτησίας
σιάρχου, &c. [& hæc statim habes] *Præterea περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν Φόρων, libros scripsisse eum, Athe-*
lib. X. docet: quorum tertium, lib. II. laudat. Apud Stobæum quoque, serm. XCVIII. *eiusdem de Monti-*
ber X. citatur. Atque Ctesiam hunc potissimum ducem & auctorem in Assyriorum historia conscri-
sese secutum esse, Diodorus Siculus profitetur. Meminit & huius Cnidii Ctesiæ Plin. lib. II. cap. CVI.
in huius Ctesiæ historia, fidem desiderat Plutarchus, qui in Artoxerxe fama eius non parcit his ver-
Κτησίας, ὡς ἔοικε, Φιλότιμος ὢν, καὶ οὐχ ἧττον φιλολάκων ἢ φιλολέαρχος, εἴκει τισὶν, ἐν τῇ διηγήσει, χαρι-
τῷ δόξαντι, ἢ αὐτῷ δοκοῦντι, πολλὰ καὶ καλὰ μεμυθολογηκὼς Κλεάρχῳ καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις. Nec vero
esse Plutarchum, hæc initio vitæ Artaxerxis ab eo posita declarant, ἀλλὰ τὰ Κτησίου, *& cetera.*

VETERVM QVORVNDAM TESTIMONIA

DE CTESIA, *eiusque scriptis, & dicendi genere.*

Diodorus Siculus
bibliotheca histor. libro II.

At Ctesias Cnidius, Herodoto recentior, sub expeditionem Cyri aduersus Artaxerxem fratrem vixit. Captus enim tunc, & ob artis medicæ scientiam à rege in gratiam receptus, XVI annos cum honore apud illum exegit. Hic è regiis membranis (in quibus res antiquas Persæ, iussu legis cuiusdã, ordine descriptas habebant) studiose indagauit singula, inque historicum ordinem redacta ad Græcos transtulit.

Διόδωρος ὁ Σικελιώτης
βιβλιοθήκης ἱστορικῆς ἐν τῇ δευτέρᾳ.

Κτησίας ὁ Κνίδιος τοῖς καθ' Ἡρόδοτον μὲν χρόνοις ὑπῆρξε καὶ τῶν Κύρου στρατείαν ἐπὶ Ἀρταξέρξην τὸν ἀδελφὸν γενομένων ὁ ἀκμάσαντος, ἐν Περσαῖς τῶν ἰατρικῶν ἐπιστήμην ἀναληφθεὶς ἐπὶ βασιλέως, ἐπ' ἔτη δεκαεπτὰ διετέλεσε τιμώμενος ὑπ' αὐτοῦ. ἔστι δ' ἐν οἷς φησὶν ἐκ τῶν βασιλικῶν [1] διφθερῶν (ἐν αἷς οἱ Πέρσαι τὰς παλαιὰς πράξεις καὶ τινα νόμον εἶχον συντεταγμένας) πολυπραγμονήσαι τὰ καθ' ἑκάστους ἐν συντάξαμενον τῇ ἱστορίαν εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξενεγκεῖν.

Strabo
rerum geographicarum lib. XIV.

Cnidii viri memoria digni fuerunt *&c.* Cnidius fuit etiam Ctesias Artoxerxis medicorum princeps, qui Syriaca scripsit & Persica.

Σφάδων
γεωγραφικῶν βιβλ. ιδ'.

Ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι Κνίδιοι &c. Ἐντεῦθεν ἦν καὶ Κτησίας ὁ ἰατρεύσας μὲν Ἀρταξέρξην, συγγράψας δ' [2] τὰ Ἀσσυριακὰ καὶ τὰ Περσικά.

Suidas.

Ctesias, Ctesiarchi siue Ctesiochi filius, Cnidius, in Persia medicus fuit Artaxerxis, cognomento Mnemonis. Scripsit Persica libris XXIII.

Σούδας.

Κτησίας, Κτησάρχου, ἢ Κτησιόχου, Κνίδιος ἰατρός· ὃς ἰάτρευσεν ἐν Πέρσαις Ἀρταξέρξην τὸν Μνήμονα κληθέντα, καὶ συνέγραψε Περσικὰ ἐν βιβλίοις κγ' καὶ τρισί.

Ioannes Tzetzes
lib. histor. Alpha dicto, chil. I, *vers.* 82

Ctesias autem medicus, filius Ctesiochi,
Profectus ex vrbe Cnido Cypriæ,
Quicũ Artaxerxa victus, velut socius Cyro,
In Persis commoratus est annis septem & decem,
Libris tribus & viginti Persicas res describẽs.

Ἰωάννης ὁ Τζέτζης
βιβλ. ἱστορ. τῆς Ἄλφα, χιλ. α'. στίχ. πβ'.

Ὁ δὲ Κτησίας ἰατρὸς, υἱὸς δὲ Κτησιόχου,
[3] Ἐξωρμημένος πόλεως ἐκ Κνίδου τῆς Κυπρίας,
Ὃς Ἀρταξέρξῃ κρατηθείς, ὡς συμμαχῶν τῷ Κύρῳ,
Ἐν Πέρσαις διετέλεσε χρόνους ἑπτὰ καὶ δέκα,
Βίβλοις τρισὶ καὶ εἴκοσι τὰ Περσικὰ συγγράψας.

Dionysius Halicarnassæus
de structura vel collocatione apta verborum.

Dictio vero Thucydidis, Rhamnusiiq; Antiphontis, quod ad compositionem attinet, proba mehercle, si vllæ aliæ: non vsquequaque tamen suauis. At Cnidii illius historici Ctesiæ & Xenophontis suauis est quammaxime, non tamen quantum oportebat proba. Dico autem hoc in commune, non quòd prorsus ita habeat. nam & apud illos quædã disposita sunt suauiter, & contra apud hos nonnulla probe dicuntur.

Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς
ἐν τῷ περὶ συνθέσεως ὀνομάτων.

Ἡ δὲ τοῦ Θουκυδίδου λέξις, καὶ ἡ Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου, καλῶς μὲν συγκειται νὴ Δία, εἴπερ τινες καὶ ἄλλαι, ἀμέμπτου γε παντὸς· ἡ δέ γε τοῦ Κνιδίου συγγραφέως Κτησίου, καὶ ἡ τοῦ Σωκρατικοῦ Ξενοφῶντος, ἡδέως μὲν ὡς ἐπὶ μάλιστα, ἀμέμπτως γε ἐφ' ὅσον ἔδει. λέγω δὲ κοινότερον, ἀλλ' οὐχὶ καθέκαστα· ἐπεὶ καὶ παρ' ἐκείνοις ἁρμοστεί τινα ἡδέως, καὶ παρὰ τούτοις καλῶς.

Demetrius Phalereus
de elocutione, cap. de perspicuitate orationis.

Quod vero Ctesiæ obiiciunt, loquaciorem scilicet esse ob verborum repetitiones, id quidẽ forte recte faciunt saepius: saepius tamen haud animaduertunt viri in dicendo perspicuitatem. reponit enim idem, vim de significatio efficiatur expressior. *&c.* In summa, poeta iste, ita enim quos non inepte adpellarunt, perspicuitatis in hac scriptione est artifex.

Δημήτριος ὁ Φαληρεύς,
περὶ ἑρμηνείας, κεφ. περὶ σαφηνείας.

Ὅπερ δὲ τῷ Κτησίᾳ ἐγκαλοῦσιν ὡς ἀδολεσχοτέρῳ διὰ τὰς ἐπαναλήψεις, πολλαχῇ μὲν ἴσως ἐγκαλοῦσιν ὀρθῶς πολλαχῇ δ' οὐκ ἀληθεύοντες τὴν ἐνάργειαν δ' αὐτοῦ. πλεονασμὸν ταυτό, διὰ τὸ πολλάκις ποιεῖν ἔμφασιν τελείου. *&c.* καὶ ὅλως δὲ ὁ ποιητὴς τοιοῦτος, πιστὸν δὲ αὐτὸ καλοῦσι τοῖς εἰκότως, σαφηνείας δημιουργὸς ἐστιν ἐν τῇ γραφῇ συμπάσῃ.

Exempla huius vrbanitatis quæ Demetrius ait fieri, infra subiicientur cum Ctesianis fragmentis, vbi & alia inspergentur quibus partim laudatur Ctesias, partim notatur: & eadem sæpius.

---

[1] Διφθερῶν. Persas papyrum nouere & chartarum vsum ignorasse & hinc colligit Brissonius l. 2. de reg. Pers. [2] Ita legendum ex Aldina. Vulg. ἃ γράφων. vt est in vet. lib. nec recte itaque Xylandrum Συνθεμένου malisse & deleuisse. Vide ex iisdem Excerptorum è lib. Ctesiæ fragm. quæ sequuntur. Nec Eusebium ad Strabonis locum tam ad eram quam in Comm. & Brissonius itaque non recte eandem lectionem [Συνθεμένου] tuetur quæ videtur l. 2. de reg. Pers. prius quæ ante ait Valesius. [3] Vertepartiis, Prof. ex vrbe Cnido Cypria qui ab Artaxerxe captus ut Cyri in pugna socius, in Persia *&c.* manifestum id è præcedentibus Diodori, quibus sine dubio ista carmina Tzetzes quæ vidit ipsum ut videtur, inter Diodorum & alios videntur discrepans, sicut & Brissonius dicto loco animaduertit.

AD LECTOREM.

Διάφοροι γραφαὶ in Græci contextus Cteſiæ orationis ſunt ex editione Photii, quam cl. vir DAVID HOESCHELIVS *ante aliquot annos publicauit, quibus nimirum illa eximia editio à Stephaniana, quam noſtra hac ſequimur, variat: quod ſemper indicatum additis litteris* D.H. *Cætera quibus hæ litteræ non ſunt additæ, ſunt & iſtæ tamen ex eiuſdem doctiſſimi & amiciſſimi viri editione eadem, ab ipſo ibi in oram paginarum collocatæ, vti hic pariter repræſentamus. Quæ vero auctiora in ipſius quibuſdam mſs. fuere, vt præſertim in Indicis contigit, ea contextui noſtro fere inſeruimus, vncinulis tamen eiuſmodi [ ] incluſa: id quod & in interpretatione fecimus, quam tum à clariſſ. A. Schotto viro pariter amico & benevolo ſumus mutuati, quem diuerſam interpretationem in hiſce Cteſiæ Perſicis & Indicis adhibuiſſe & illuſtraſſe ab ea (vt ipſe ſuis προλεγομένοις in Photium indicat) quæ typographorum κακόζηλα opera circumfertur, id inquam ex ipſius Latino Photio non te poteſt fugere.*

Quæ itaque extrema quoque pagina ſunt adiecta, priora continent interpretationes diuerſas in Perſicis & Indicis excerptis eiusd. A. SCHOTTI, *(de cuius opera in hoc auctore collocata tam diximus) quas ex eius Latina Photii editione excerpſimus, raptim (ne quis nos adpendiſſe putet) ipſius verſione Cteſiana cum H. Stephani collata.*

Poſteriora vero quæ à tali hoc ſigno ¶ incipiunt, ea exhibent Notas in Perſicorum & Indicorum excerpta tam H. STEPHANI, *quam* D. HOESCHELII. *Iſtas vt ab his diſcerneres, litteris principibus* H. S. *adpoſitis notauimus: interdũ tamen & alteras his* D H. *ne vlla vllibi facile occaſio dubitandi foret. Numeri ſitis in cõtexiu ſingulis ſingulis indices. Quod autem H. Stephanus aliam ms. lectionem in Notis quoque proponit, noſſe debes eum nimirum & altero ms. vſum, vt ipſe indicat in diſſertatiuncula ſuper διττογραφίαι quorundam nominum in Cteſiæ præſertim eclogis, quam ante paullo poſitam habuiſti. En vero tibi pro ſummario Cteſia Perſicorum & hanc ab* A. SCHOTTO *ſeriem regiam.*

REGVM PERSICORVM SERIES EX CTESIA.

Rex	*Vxor*	*Liberi*	*regnauit*	*mortuus*
I. CYRVS	Amytis	Cambyſes, & Tanyoxarces	annos xxx	ex vulnere in prœlio accepto.
II. CAMBYSES	Roxane		annos xviii	caſu ictus ſuomet cultello.
III. SPHENDADATES *magus, aliis* SMERDES			menſes vii	à vii coniuratis interfectus.
IV. DARIVS *Hyſtaſpæ* F.		Xerxes	annos xxxi	poſt xxx dierũ morbum.
V. XERXES	Amiſtris	Dariæus, Hyſtaſpes, Artaxerxes, Achæmenides, Artarius, Amytis, & Rhodogune.	annos xxii *aliis auctoribus.*	ab Artapano & Spamitre peremtus.
Artapanus *Xerxæ percuſſor ab aliis hic inſeritur, & dicitur regnum tenuiſſe*			menſes vii	eadem morte, qua Artaxerxem ſtatuerat è medio tollere.
VI. ARTAXERXES, Longimanus *appellatus.*	Damaſpia	Xerxes *ſolus legiti mus: ſpurii* xviii *inter quos* SECYNDIANVS & OCHVS *poſtea in regnũ ſucceſſerunt.*	annos xli	morte naturali.
VII. XERXES *alter*			dies xlv	Secyndiani & Pharnaciæ manu.
VIII. SECYNDIANVS, *aliis* SOGDIANVS.			menſ. vi. dies xxv.	in cinerem coniectus.
IX. OCHVS, *qui &* DARIÆVS, DARIVS Nothus *aliis.*	Paryſatis	Arſaces, Cyrus, Artoſtes, Oxendras, *& alii* xiii, *qui cito vita abierunt.* Amiſtris *filia.*	annos xxxv	ex morbo, Babylone.
X. ARSACES, *idemq; mutato nomine* ARTAXERXES, *aliis*	Statera			

Mnemon *cognominatus. aduerſus hunc Cyrus frater conſurgens in prœlio occubuit. Reliqua huius dabit Plutarch. in Artoxerxe.*

ΕΚ ΤΩΝ ΚΤΗΣΙΟΥ ΤΟΥ ΚΝΙΔΙΟΥ ΠΕΡΣΙΚΩΝ ἐκλογαί.

EX CTESIÆ SCRIPTIS QVÆ PERSICA NOMINATA SVNT, excerptæ à PHOTIO historiæ.

Latinitate donatæ ab HENR. STEPHANO.

CTESIÆ [1] *Cnidii Persica libris viginti tribus continentur: sed in sex prioribus res Assyriorum & quæcunque res Persicas præcessere, tractat: à septimo autem libro de Persicis rebus agit: at in septimo, octauo, nono, decimo, undecimo, duodecimo & decimo tertio, quæ ad Cyrum & Cambysem, & [2] magum illum, Dariumque & Xerxem spectant, commemorat: fere in omnibus repugnantia [3] Herodoto narrans, illumq; in multis mendacem & [4] scriptorem fabularum appellans. illo enim posterior est. Se autem eorum quæ narrat, magna ex parte oculatum testem fuisse, aut certe, quæ videre non licuit, de iis à Persis qui viderant, edoctum, ita demum ea memoriæ prodidisse dicit. Nec vero tantummodo ab Herodoti, sed etiam in aliquibus à Xenophontis Grylli filii historia dissentit. Floruit temporibus Cyri [5] Dario & Paryſatide geniti: qui frater fuit [6] Artoxerxis ad quem regnum Persicum deuenit.*

1 Scribit itaque ſtatim de [7] Aſtyage, [8] eum genere Cyro iunctum non fuiſſe: illumque etiam Aſtyigan vocat. Fugiſſe autem Aſtyigan à conſpectu Cyri in Ecbatana, & in criſcranis regiarum ædiũ ab [9] Amyti filia ſua & eius viro Spitama occultatum fuiſſe dicit. at ſuperuenientem Cyrum, non ſolum Spitaman & Amytin, ſed eorũ etiam liberos Spitacẽ ac Megabernẽ de Aſtyiga [10] per cruciatus interrogari voluiſſe: Aſty-

ΚΤΗΣΙΟΥ τῦ Κνιδίυ τὰ Περσικὰ ἐν βιβλίοις ὄντι κγ'. ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς πρώτοις ἓξ τὰ τε Ἀσσύρια λαμβάνει καὶ ὅσα πρὸ τῶν Περσικῶν· ἀπὸ μέντοι τῦ ζ' τὰ Περσικὰ διεξέρχεται. ἔστι δὲ μὲν τὰ ζ' ἢ ἐν ἑπτὰ καὶ ιβ' καὶ γ' διέξοδος τὰ πρὸς Κύρου καὶ Καμβύσου καὶ τὸ μάγου, Δαρείύ τε καὶ τὸ Ξέρξυ· σχεδὸν δὲ ἅπασι αὐτοῖς μάλα Ἡροδότῳ ἐναντία ἱστορῶν, ἀλλαχοῦ καὶ ψεύστην αὐτὸν ἀποκαλῶν· ἐν πολλοῖς, καὶ λυπρότατον ἀποκαλῶν. ἔστι δὲ νεώτερος μὲν ὄντι αὐτῦ φησὶ δ' αὐτόν, τῶν πλείόνων ἀνίστορα, αὐτόπτην μὴ γεγονότα, ἢ παρ' αὐτῶν Περσῶν (ἔνθα δὲ ὁρᾷ μὴ ἐνεχώρει) αὐτήκοον καταστάντα, ὅπως τὰ ἱστορούμενα συγγράψαι. οὐχ Ἡροδότῳ μόνῳ ταὐτὰ ἱστορῶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς Ξενοφῶντα τὸν Γρύλλυ ἐπ' ἐνίων διαφωνῶν. ἤκμασε δὲ κατὰ τοὺς χρόνους Κύρυ τῦ ἐκ Δαρείυ καὶ Παρυσάτιδος, ὃς ἀδελφὸς Ἀρτοξέρξυ (εἰς ὃν ἡ Περσικὴ βασιλεία καλῶς ἦλθεν) ἐτύγχανεν.

Φησὶν οὖν αὐτίκα πρὸ τῦ Ἀστυάγους, ὡς οὐδὲν αὐτῷ Κύρος πρὸς γένος ἐχρημάτιζεν· οὗτος δὲ αὐτὸν καὶ Ἀστυῖγαν καλῶν. φυγεῖν δὲ ἀπὸ προσώπου Κύρυ Ἀστυῖγαν μὲν Ἐκβατάνοις, καὶ κρυφθῆναι δὲ ἐν τοῖς χρισχραίοις τῶν βασιλείων οἰκημάτων, κρυφθῆναι αὐτὸν τε θυγατρός Ἀμύτιος καὶ ἄνδρὸς αὐτῆς Σπίταμα. ἀνακρίναντα δὲ Κύρον, ἀνακρίναι καὶ βασανίσαι Σπίταμά τε καὶ Ἀμυτιν, σὺν δὲ καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν Σπιτάκην τε καὶ Μεγαβέρνην, πρὸς Ἀστυῖγα. τὸν

Ἀπὸ τῦ βιβλίου Κτησίου τῦ Κνιδίου τῶν Περσικῶν ἐκλογαὶ κγ'. D.H.

ἔστιν D.H.

al. ἐλέγχων.

Ἀμύτιος D.H.

Ἀμυτιν D.H.

1 Lecta Ctesiæ Cnidii Persica, in libros distributa tres supra viginti. &c. 2 Sphendadaten *inf. nominat c.* 10. & 11. & 15. *Herodot.* Smerden. 3 *Qui de quatuor hisce duntaxat scripsit: Ctesias vero his alios quinque adiecit.* 4 fabularum confictorem 5 Dariæum *hunc, non* Datium, *in ijs quæ sequentur vocat c.* 48. &c. 6 *De quo infra c.* 50. &c. 7 *De Astyage, Oebare, & Petesaca (vt ibi scribitur) vide ex Ctesia qua breuiter excerpsit Ioan. Tzetzes in Chiliad. ib. hist.* 1. *in fine.* 8 nulla Cyrum ipsi generis propinquitate iunctum fuisse. *Cyrus hic Maior.* 9 al. Amynti. 10 per tormenta

¶ 1 *Videtur prius hoc participium esse expungendum.* H.S. 2 *Max. Marg. codex* Ἀστυίαν.

δὲ, ἑαυτὸν παρασκευάσαι, ἵνα μὴ δι' αὐτὸν τρεβλωθείησαν οἱ παῖδες. ληφθέντα δ', πέδαις παχείαις ὑπὸ Οἰβάρᾳ δεθῆναι. λυθῆναι δὲ ὑπ' αὐτοῦ Κύρου μετ' οὐ πολύ, καὶ ὡς πατέρα τιμηθῆναι. τὴν τοῦ θυγατέρα Ἀμυτιν πρῶτον μὲν μητρικῆς ἀπολαῦσαι τιμῆς, ἔπειτα δὲ καὶ εἰς γυναῖκα ἀχθῆναι τῷ Κύρῳ, Σπιταμᾶ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς αἰτησαμένου, ὅτι ἐψεύσατο, ἀγνοεῖν εἰπὼν ἐρωτώμενον Ἀστυιγᾶν. Ταῦτα λέγει Κτησίας τοῦτον Κύρου, ἃ οὐχ οἷα Ἡρόδοτος. καὶ ὅτι τοὺς Βακτρίους ἐπολέμησε, καὶ ἀγχώμαλος ἡ μάχη ἐγένετο. ἐπεὶ δὲ Βάκτριοι Ἀστυιγᾶν μὲν, πατέρα Κύρου γεγενημένον, Ἀμυτιν D.H. Ἀμυτιν δὲ μητέρα καὶ γυναῖκα, ἔμαθον, ἑαυτοῖς ἐκόντες Ἀμυτι D.H. Ἀμυτι καὶ Κύρῳ παρέδοσαν. Καὶ ὅτι τοὺς Σάκας ἐπολέμησε Κύρος, καὶ συνέλαβεν Ἀμόργην τὸν Σακῶν μὲν βασιλέα, ἄνδρα δὲ Σπαρέθρης· ἧπερ καὶ μετὰ τὴν ἅλωσιν τοῦ ἀνδρὸς, στρατὸν συλλέξασα, ἐστρατήλατησε Κύρῳ, ἀνδρῶν μὲν στράτευμα, τριάκοντα μυριάδας ἐσαγαγομένη, γυναικῶν δὲ, εἴκοσι. καὶ νικᾷ Κύρον, καὶ συλλαμβάνει ζωγρίαν, μετὰ καὶ ἄλλων πλείστων. Παρμίσην τε τὸν Ἀμύτιος ἀδελφὸν, καὶ τρεῖς αὐτοῦ παῖδας. δι' οὓς ὕστερον καὶ Ἀμόργης ἀφέθη, ἐπεὶ καὶκεῖνοι ἀφέθησαν. Καὶ ὅτι στρατεύει Κύρος ἐπὶ Κροῖσον καὶ πόλιν Σάρδεις, συνεργὸν ἔχων Ἀμόργην. ὅπως τε τῇ βουλῇ Οἰβαρᾶ Περσῶν εἴδωλα ξύλινα αἱ τοῖχος φανέντα, εἰς δέος μὲν κατέστησε τοὺς ἐνοικοῦντας, ἅλω δὲ ἀφ' ἑαυτῶν καὶ αὐτὴ ἡ πόλις. ὅπως τε τῷ τῆς ἁλώσεως εἴδωλα ὁ παῖς Κροίσου ἐν ὁμήρου λόγῳ, δαιμονίου φαντάσματος ἀπατήσαντος Κροῖσον. ὅπως τε δεδορκότος Κροίσου, ὁ παῖς κατ' ὀφθαλμοὺς αἱμαρεῖται· καὶ ὅπως ἡ μήτηρ ὁ παῖδος ἰδοῦσα, ἑαυτὴν τοῦ τείχους ἀποχρημνίζει, καὶ οὐ θνήσκει. ὅπως τε, ἁλούσης τῆς πόλεως, πρὸς ὃ ἐν τῇ πόλει ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος καταφεύγει, καὶ θνήσκει. καὶ ὡς τοῦ Κροῖσος, κ.τ.λ. D.H. τις ἐν τῷ ἱερῷ πεδηθεὶς ὑπὸ Κύρου, λύεται πρότερον ἀορίστως· καὶ ὅτι σφραγίδων τῷ ἱερῷ ἐπικειμένων, ὑπὸ τούτων τὸ φυλακεῖον Οἰβαρᾶ ἐμπεπιεσμένον. ὅπως τε οἱ συνδούλωσοι Κροίσῳ, τὰς κεφαλὰς ἀπετέμνοντο, ὡς καταπροδιδόντες λύεσθαι Κροῖσον.

igan vero seipsum patefecisse, ne propter se pueri [1] cruciarentur, captumque [2] & compedibus crassis ab OEbara vinctum: nec multo post ab ipso Cyro liberatum, & non secus ac patrem honoratum obseruatumque fuisse: filiamque Amytin primum quidem tanquam matrem in honore habitã, postea vero Cyro nupsisse, quũ Spitamas eius vir esset interfectus [3] propterea quod mentitus esset, ignorari à se dicens Astyigan de que interrogabatur. *Hæc dicit Ctesias de Cyro, iis quæ ab Herodoto referuntur dissimilia.* Itemque illum aduersus Bactrios pugnauisse, & eam pugnam æquo Marte gestam fuisse. sed Bactrianos, postquam Astyigan Cyri patrem factum esse, Amytin autem matrem & vxorem, intellexerunt, sponte seipsos Amyti & Cyro dedidisse. Tradit etiam, Cyrum cum [4] Sacis bellum gessisse, & Amorgem Sacarum regem Sparethræ maritum cepisse: eam autem, capto marito, exercitum coegisse, bellumque Cyro intulisse, & virorum quidem trecenta millia, mulierum vero ducenta in aciem eduxisse: & Cyrum superauisse, viuumque eum cum multis aliis cepisse: itemque Parmisem Amytis fratrẽ & tres eius filios. propter quos postea Amorgem liberatũ fuisse, quod & ipsi liberati fuissent. Tradit etiam, Cyrum Amorgis ope adiutum, Crœso & Sardibus bellum intulisse. Narrat etiam quomodo OEbaræ consilio [5] lignea Persarum simulacra in muro conspecta timorem incolis iniecerint, & propter hanc causſam ipsa vrbs capta fuerit: & quo pacto ante captam vrbem, Crœsi filius pro obside datus fuerit, quum Crœsus diuino quodã spectro deceptus fuisset. Narrat etiam quomodo dolos nectente Crœso, filius in eius conspectu fuerit interfectus, & mater hãc calamitatem intuita seipsam ex muro præcipitarit, nec tamẽ mortua sit: & quomodo, capta vrbe, ad Apollinis ædem, quæ erat in vrbe, [6] confugerit, ac mortua sit: & quomodo [7] ter in templo vinctus à Cyro Crœsus, [8] tertium arte oculos fallente solutus sit, quamuis templo sigilla circumposita essent, eorumque custodia OEbaræ commissa esset: quomodo item illis qui vna cum Crœso vincti fuerant, amputata fuerint capita, vt quorum proditione solutus

1 torquerentur, 2 grauibus comp. ab Oe. oneratum fuisse: 3 p.q. dum quæreretur Ast. ignorare se illum m. es.
4 *De Sacis & hoc Cyri bello varia scripsit Strabo l. 11.* 5 Ξύλινα λέγει εἴδωλα Σάρδιν ἁλοῦσαν, Ἐντεῦθεν ἡ κατὰ Νυκτὸς ἐνέδρα. *Ioan. Tzetz. hist. 1.* 6 Crœsus confugerit, perierit huc. *Negantẽ hinc particulam in præcedentem paullo anteversum perperã translatam (ibi οὐ θνήσκει) plane mihi persuadeo. Alii omissa voce Crœsi hæc ad eius vxorem referunt.* 7 tertium 8 tertium etiam fallente oculos fascino sol. sq pluribus templum esset sigillis obsignatum,

¶ 1 *Scholion m. s. ἐφ' ᾧ τῶν Τ εἰδώλων ἐμφάνισις.*

Crœsus

Crœsus[1] fuisset. Narrat etiam, Crœsum in regias ædes adductum vinctumque firmius fuisse: sed quum tonitrua fulminaque irruissent, rursum fuisse solutum: tumque Cyrum vix tandem eum missum fecisse. à quo tempore Cyrus cum aliis humanitatis officiis eum prosequutus sit, tum vero vrbem magnam nomine [2] Barenen prope Ecbatana ei donauerit: in qua erant quinque millia equitum, peltatorum autem iaculatorumque & sagittariorum decem millia. Commemorat item quomodo Cyrus Petisacan eunuchum, qui apud ipsum plurimum authoritate valebat, in Persas miserit vt Astyigam à Barcaniis adduceret. nam & ipse & Amytis filia patrem videre cupiebat. Quomodo item OEbaras consilium dederit Petisacæ vt in deserto loco Astyigam relinqueret, & fame sitique conficeret. id quod factū est. At in somnis scelere patefacto, Petisacas puniendus traditur Amyti,[3] quæ eum expoposcerat. Illa vero oculos eius effodit, pellemque detraxit, & cruci deinde affixit. OEbaras autem, timens ne eadem quæ ille pateretur, quamuis Cyrus nihil tale se permissurum affirmaret, nihilominus decem dierum inedia ipse sibi mortem consciuit. Astyigas vero magnifice splēdideque sepultus est, [4] atque in deserto loco cadauer eius intactum permansit, neq; fuit à feris comesum. leones enim cadauer eius, donec Petisacas reuersus

VI acciperet, seruabant. Cyrus autem aduersus [5] Derbices expeditionem suscipit, quorū rex erat Amoræus: at Derbices ex insidiis producunt elephantes, ac Cyri equites fugant. vbi ipse Cyrus ex equo cecidit & quidam Indus, (nam Indi Derbicibus in bello opem ferebant: à quibus etiam acceptos elephantes in bellum ducebant.) hic igitur Indus, quū Cyrus iam cecidisset, eū iaculo vulnerauit sub coxa in femore: ex quo vulnere postea mortuus est. tum vero ipsum adhuc viuum, quū familiares sui erexissent, ad castra profecti sunt. Occubuerunt autē in pugna illa multi Persæ, & æquales numero Derbices. nam illorū quoq; x. millia [6] erant. Amorges vero quū audiuisset quod Cyro contigerat, festinanter

VII venit, Sacarū equitū viginti millia ducens. & quū Persæ ac Derbices inter se conflixissent,

Κροῖσον. καὶ ὅτι ἁλοὺς εἰς τοὺς βασιλείους, καὶ δεθεὶς ἀσφαλέστερον, βροντῶν καὶ σκηπτῶν ἐπενεχθέντων, λύεται πάλιν· καὶ τότε μόλις ὑπὸ Κύρου ἀφίεται. ἐξ οὗ καὶ τιμᾶται, καὶ ἔδωκε Κύρος Κερίσῳ πόλιν μεγάλην Βαρήνην, ἐγγὺς Ἐκβατάνων· ἐν ᾗ ἦσαν ἱππεῖς μὲν πεντακισχίλιοι, πέλτας δὲ καὶ ἀκοντιστὰς καὶ τοξότας, μύριοι. Ἔτι δὲ διαλαμβάνει ὡς ἀποστέλλει Κύρος ὁ Περσίδι [1] Πετισάκαν ὃν [2] ἡμιάρρενα, μεγα παρ' αὐτῷ δυνάμενον, ἐπέγνω ἀπὸ Βαρκανίων Ἀστυίγαν. ἐπόθει γὰρ αὐτός τε καὶ ἡ θυγάτηρ Ἄμυτις ὃν πατέρα ἰδεῖν. καὶ ὡς Οἰβαρᾶς βουλεύει [3] Πετισάκᾳ ἐν ἐρήμῳ τόπῳ καταλιπόντα Ἀστυίγαν, λιμῷ καὶ δίψῃ ἀπολέσαι· καὶ γενόμ. δι' ὑπνίων δὲ τοῦ μιάσματος μηνυθέντος, Πετισάκας, πολλάκις αἰτηταμένης Ἀμύτιος, εἰς ὄψεις παρὰ Κύρου ἐκδίδοται. ἡ δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύξασα, καὶ τὸ δέρμα περιδείρασα, αἴρει ἀνω. Οἰβαρᾶς δὲ δεδιὼς μὴ τὰ ὅμοια πείσεται, καίτοι Κύρου μηδὲν τοιοῦτον ἰσχυριζομένου ἀπαγορεῦσαι, αὐτὸς ἕμερας ἀποκαρτερήσας δι' ἡμερῶν δέκα, ἑαυτὸν ἐξήγαγε. Ἀστυίγας δὲ μεγαλοπρεπῶς ἐτάφη. καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ δὲ ἄβρωτος αὐτοῦ διέμεινεν ὁ νεκρός. λέοντες γὰρ αὐτοῦ (φασὶ) μέχρι [4] Πετισάκα πάλιν ἐλθὼν καὶ ἀναλαβεῖν, ἐφύλαττον τὸν νεκρόν. Κῦρος δὲ στρατεύει ἐπὶ Δέρβικας, Ἀμοργαίου βασιλεύοντος αὐτῶν· καὶ ἐξ ἐναντίας οἱ Δέρβικες ἐλέφαντας, καὶ τοὺς ἱππεῖς Κύρου τρέπουσι. καὶ πίπτει καὶ αὐτὸς Κύρος ἐκ τοῦ ἵππου, καὶ Ἰνδὸς ἀνήρ· (συνεμάχοντο γὰρ καὶ Ἰνδοὶ τοῖς Δερβίκεσιν, ἐξ ὧν καὶ τοὺς ἐλέφαντας ἔφερον) οὗτος οὖν ὁ Ἰνδὸς πεσόντα Κύρον βάλλει ἀκοντίῳ ὑπὸ τὸ ἰσχίον, εἰς ὃν μηρόν· ἐξ οὗ καὶ τελευτᾷ. τότε δὲ ζῶντα ἀειρόμενοι αὐτὸν οἱ οἰκεῖοι, ὅπερ ἦν τὸ στρατόπεδον ἦσαν. ἀπέθανον δὲ ἐν τῇ μάχῃ καὶ Περσῶν πολλοὶ καὶ Δερβίκων ἴσοι. μύριοι γὰρ ἦσαν οἱ αὐτοί. Ἀμόργης δ' ὡς περὶ Κύρου ἀκούσας, σπουδῇ ἐχρήσατο, ἔχων Σακῶν δισμυρίους ἱππέας. ἦν πόλεμος συρραγὴς Περσῶν καὶ Δερβίκων,

νικᾷ.

Ἀμόργης δὲ ὡς ἐπύθετο τὸν Κύρου θάνατον, σπουδῇ ἐχρήσατο, ἔχων Σακῶν δισμυρίους ἱππέας. ἦν πόλεμος συρραγὴς Περσῶν καὶ Δερβίκων,

